P. PAPINIUS STATIUS

PUBLII PAPINII STATII

OPERA QUAE EXSTANT

CUM VARIORUM NOTIS

VENETIIS

EXCUDIT JOSEPH ANTONELLI

AUREIS DONATUS NUMISMATIBUS

M.DCCC.XL

LE OPERE

DI

PUBLIO PAPINIO STAZIO

CON

LA TRADUZIONE E NOTE DI VARII

VENEZIA
DALLA TIP. DI GIUSEPPE ANTONELLI ED.
PREMIATO CON MEDAGLIE D' ORO
1840

P. PAPINIO STAZIO

DE P. PAPINIO STATIO

NOTITIA LITTERARIA

§. I

VITA*

P. *Papinius Statius* patrem habuit grammaticum et poëtam neapolitanum **, quem luxit mortuum in Epicedio superstite, *Silv.*, v, 3. Ipse natus Neapoli anno p. Chr. n. 61 [ante mensem julium, addit Dodwell.], educatus est Romae, ac mature ingenio poëtico, praesertim versibus ex ingenio fundendis inclaruit. Uxorem adolescens duxit (a. fere p. Chr. n. 80) Claudiam, cujus prior maritus cantor videtur vel citharoedus fuisse (*Silv.*, III, 5, 52 et 64: add. Markl. ad l. II *Epist.*). Is privignam Claudiae reliquerat, quam tamen illa verae parentis caritate amplexa est (*loc. cit.* v. 54 sqq.). Ipse Statius non magis ac prior maritus e Claudia liberos suscepisse videtur (cf. *Silv.*, v, 5). In poëticis certaminibus

* De vita Statii quaecumque sciri possunt, copiose exposuit, in annosque digessit HENRICUS DODWELL. in libro : *Annales Vellejani*, etc., Oxonii, 1698, p. 193-306. Quae quia maximam partem ex *Silvis* hausta, Marklandus aliqua melius constituendi nactus est occasionem. Pauca illa, quae extra dubitationem posita sunt, breviter narravit G. E. WEBERUS, in *Corpore poët. lat.*, p. LIV, cujus verba mutua sumsimus, mutatis quibusdam et adjectis. Vitae Statianae, quae in codd. exstat, auctor Statium nostrum Tolosensem dicit et *Surculum*, sive, ut cod. Paris., *Sursulum, quasi sursum canentem*. Nimirum permutavit poëtam cum rhetore *L. Statio Ursulo*, paullo antiquiore, de quo vide Fabricii *Bibl. lat.*, II, c. 16, not. 1, ubi etiam de aliis *Statiis*.

** Veliae quidem natum anno fere 20 p. Chr. n., sed post Neapoli degentem, ubi a. 39 scholam aperuerat.

NOTIZIE LETTERARIE

INTORNO A

P. PAPINIO STAZIO

§. I

VITA*

P. Papinio Stazio s'ebbe a padre un gramatico e poeta napoletano **, cui pianse morto nell'Epicedio che ne rimane, *Selve* v. 3. Egli nato in Napoli l'anno 61 dopo di Cristo (Dodwell aggiunge prima del mese di luglio) fu educato in Roma, e per tempo addivenne chiaro per ingegno poetico ed in ispezieltà per prontezza di compor versi. Si disposò giovane (l'anno 80 circa dopo di Cristo) con Claudia, il primo marito della quale pare essere stato cantore o suonatore di cetra *(Selve*, III, 5, 52 e 64: aggiugni Markl. al lib. II. delle *Epistole)*. Aveva questi lasciata una figliastra a Claudia, cui essa però accolse con amore di vera madre *(loc. cit.* v. 54 e seg.). Lo stesso Stazio pare

* Enrico Dodwell trattò a dilungo e spese in anni checchè può sapersi intorno alla vita di Stazio, nel libro che s' intitola: *Annali Velleiani*, ec. Oxford 1698, p. 193-306. Le quali cose, siccome per la massima parte sono attinte dalle *Selve*, il Markland trovò occasione di meglio determinarne alcune. Tutto ciò ch'è fuor da ogni dubbio venne raccontato da G. E. Weber nel *Corpo dei poeti latini* p. LIV, del quale abbiamo usato le parole con un qualche cangiamento ed aggiunta. L'autore della vita di Stazio, che v'ha nei codici, chiama il nostro Stazio Tolosano e *Surcolo*, ossia, come legge il codice di Parigi, *Sursolo*, quasi colui *che canta al di sopra*. Tramutò egli il poeta col retore *L. Stazio Ursolo*, alquanto più vecchio, intorno al quale vedi il Fabricio nella *Biblioteca latina*, II, c. 16, not. 1, dove parla altresì di altri Stazii.

** Egli in vero nacque in Velia l'anno 20 circa dopo di Cristo, ma poi visse in Napoli, dove l'anno 39 aveva aperta una scuola.

praemia retulit primum Neapoli, ludis quinquennalibus patriis in Cereris honorem (*Silv.* II, 2, 6; v, 3, 225 sq.); deinde Quinquatribus Minervae, quas in Albano quotannis Domitianus celebrabat (Sueton. *Domit.*, c. IV), cantatis Domitiani rebus gestis (*Silv.* IV, 2, 65 sqq.), ter victoriam reportavit (*Silv.* III, 5, 28 sqq.; v, 3, 227 sqq.): contra in quinquennali certamine capitolino (Sueton., *loc. cit.*) victus est (*Silv.* III, 5, 31, sqq.; v, 3, 231 sqq.). Hanc cladem male ad malum successum recitatae Thebaidos retulerunt. At Thebaidem magno cum applausu, diu exspectatam, quum tandem recitasset, a populo exceptam fuisse discimus e Juvenali, VII, 82 sqq., neque ipse Statius, quae Thebaidos XII, 810 sqq. canit, sine impudentia canere potuisset, si in commissione ejus carminis agonali excidisset, neque placuisset. In illo autem solemni capitolino non promiscua argumenta, sed ipsius Jovis laudes perpetuam fuisse sacri certaminis materiam e Quintiliani *Instit.*, III, 7, § 4, demonstrat Marklandus, l. c.

Thebaidem carmen incepisse videtur anno 80 p. Chr. n., insequentique primum librum recitasse; absolvit vero atque edidit a. 92: post eam Silvas edidit, et Achilleidem aggressus est, quam morte, ut dubitari non potest, oppressus non finivit. Extremum vitae tempus Neapoli transegit, fastiditus, ut videtur, spe longa et irrita tamen, emendandae per poësin rerum suarum conditionis; compulsus fortasse etiam dolore amissae illius victoriae capitolinae. Uxor eum in illum secessum non sponte sequebatur (*Silv.* III, 5). Domitiani quae excedant aetatem, in Statii carminibus non reperiuntur temporum vel rerum memorabilium mentiones: num vero ex ea re conjiciendum sit, eum ante Domitianum obiisse, lubricum Webero visum est velle decernere. Attamen quum dubitari vix possit, quin extrema Statii scripta possideamus omnia, non est cur repudietur quod inde effecerunt Barthius (*Nott.*, p. 366) et Dodwellus, lib. cit., cap. 47, assentiente Marklando ad *Silv.* III, 5, 22, poëtam triginta quinque annorum aetatem, vel ann. 96 p. Chr. n., vel paucis tantum mensibus, vel omnino non esse transgressum.

che non abbia avuto più figli da Claudia, che il primo marito (vedi le *Selve* v. 5.) Nelle poetiche gare riportò premii dapprima in Napoli nei patrii giuochi, che ricorrevano ogni cinque anni in onore di Cerere (*Selve* II, 2, 6; v, 3, 225 seg.); poi nelle feste *quinquatrie* di Minerva, che Domiziano ogni anno celebrava nell' Albano (Svet. *Domiz.*, c. IV), nel cantare le geste di Domiziano stesso (*Selve* IV, 2, 65 seg.), per tre volte riportò la vittoria (*Selve* III, 5, 28 seg.; v, 3, 227 seg.): nella gara in vece *quinquennale* del Campidoglio (Svet., *loc. cit.*) fu vinto (*Selve* III, 5, 31 seg.; v, 3, 231 seg.). Alcuni hanno riferito erroneamente al triste successo della Tebaide da lui recitata questa sconfitta. Ma noi sappiamo da Giovenale, VII, 82 seg. come avendo egli finalmente recitata la sua Tebaide che da lungo tempo aspettavasi, fu essa con gran plauso accolta dal popolo; nè lo stesso Stazio avrebbe potuto senza impudenza affermar ciò che canta nel duodecimo della Tebaide, 810 e seg., se fosse caduto in quella poetica lotta e non avesse colto il favore del popolo. E a quella gara solenne, che si tenea sul Campidoglio, non già argomenti promiscui, ma sì le laudi di Giove porgevano sempre materia di sacro canto, come dal libro terzo delle *Instituzioni* di Quintiliano 7, § 4, dimostra il Markland al luogo citato.

Pare ch'egli abbia incominciato il poema della Tebaide l'anno 80 dopo di Cristo, e che nell'anno appresso ne abbia recitato il primo libro: condussela a termine e pubblicolla l'anno 92: dopo di quella die' fuori le Selve e tolse a compor l'Achilleide, cui non fornì, come non può dubitarsi, per morte. Discorse l'estremo tempo del viver suo in Napoli, annoiato, come si pare, dalla lunga e vana speranza di migliorare colla poesia la condizione di sue bisogne, e fors'anche sospinto dal dolore di quella vittoria perduta nel Campidoglio. La moglie a malincuore seguivalo in quel ritiro (*Selve* III, 5). Non v' hanno nei carmi di Stazio traccie di tempi o di cose memorabili che passino l'età di Domiziano: che s'abbia poi a conghietturare da ciò, esser lui morto prima di Domiziano, la parve al Weber cosa malagevol d'assai a volersi giudicare. Siccome però è probabilissimo, che possediamo noi tutti gli ultimi scritti di Stazio, non è a rigettarsi la conghiettura che da ciò hanno ricavato il Barth (*Nott.* p. 366) e il Dodwell lib. cit. cap. 47, a cui s'aggiunge anche il Markland alle *Selve* III, 5, 23; che il poeta cioè non abbia passato l'età di trenta cinque anni, ossia l'anno 96 dopo di Cristo, o solamente di un qualche mese od anche di niuno.

§. II

CARMINA

Statius eo tempore vixit, quo poësis romana fere omnis in ostentationem abierat. In antiquioribus igitur poëtis si recte quaeritur nativus color, affectuum sine fuco expressa veritas et sensuum ingenua simplicitas; in Statio ejusque aequalibus id solummodo spectandum est, quod successu earum rerum speciem aliquam sibi valuerint induere, et an dictionis vel elegantia vel luminibus suaviter lectorem fallant. Atque hujus artis tantam perfectionem et innato ingenio et institutione paterna exercitiique perseverantia assecutus est Statius, ut nunquam defuerint viri laudatissimi, qui eum vel elogiis extollerent vel imitando exprimere studerent: inter antiquos Claudianus, Sidonius Apollinaris, Symmachus; inter recentiores Dantes, Tassus, Boccatius, Hugo Grotius, Fr. Malherbius, ut taceam poëticarum venerum nimis suspectos judices Scaligeros, Casaubonum, Lipsium, Gronovium, aliosque philologos, qui Statium dilaudant indefessi. Nimirum hi locorum aliquot splendorem et felicem audaciam, multarum dictionum ingeniosum acumen, in rebus, quae oculis percipiuntur, picturae veritatem, ut par erat, agnoverunt: sed nimium istis delectati de universo poëtae ingenio aut falsa judicia, aut non satis circumspecta tulerunt. In rerum inventione, quae et *nova* et felicia sint, animadvertas in Statio perpaucissima: multa in dictione, licet in universum modo tumida, modo arguta, modo operosae elegantiae, ubique fere insolentiorum temere studiosa. In comparationibus, quas mire affectat, nonnunquam, ut loquar libere, absurdus est aut monstruosus. Virgilium, ut adorabat, ita imitatus est saepissime; deinde Lucanum, aliquoties Horatium. « Nec vulgarem (ut *Handii* verbis loquar) imitandi modum sequitur Statius, sed ubi aliorum vestigiis insistit, ipsum incessum callida arte celat: quo saepe fit, ut verbis multum ab iis discedat, quibus ipsam inventionem debeat. De qua re egregie *Henkius:* Unus est ex callidissimis imitatoribus Papinius. Ingenio suo fretus, ubi imitatur, nunquam exemplum suum sequi vult, sed praesilire ac circa eosdem sensus certamen cum illo inire. Homeri Virgiliique quam plurima expressit, semper fere modum egressus, eoque ipso infe-

§. II

I CARMI

Stazio visse a que' dì, in che la romana poesia era quasi all'intutto ita in ostentazione. Il perchè se negli antichi poeti ricercasi a ragione il natio colore, la verità degli affetti espressa senza belletto e la ingenua semplicità dei sentimenti; in Istazio e ne' suoi contemporanei ciò solo è a vedere, con quale successo abbiano potuto vestirsene di una qualche apparenza, e se colla eleganza o coi lumi dello stile facciano un dolce inganno al lettore. E di quest' arte una tanta perfezione sia per lo ingegno innato, sia per la paterna instituzione e per la perseveranza dello esercizio conseguì Stazio, che non mancarono mai uomini lodatissimi, i quali o con elogii il celebrarono, o colla imitazione tolsero a ricopiarlo: fra gli antichi Claudiano, Sidonio Apollinare e Simmaco; e tra i più recenti, Dante, Tasso, Boccaccio, Ugon Grozio, Fr. Malerbi, a tacere dei troppo sospetti giudici delle poetiche grazie, degli Scaligeri, del Casaubono, del Lipsio, del Gronovio e di altri filologi, che sono tutti nelle laudi di Stazio. E' davvero costoro hanno conosciuto, com' e' si doveva, lo splendore e la felice audacia di parecchi luoghi, l' ingegnoso acume di molte dizioni e la verità del dipingere in quelle cose che cadono di sotto agli occhi; ma, preso avendo di ciò soverchio diletto, o falsamente o con non bastante circonspezione giudicarono dell'universo ingegno del poeta. Nella invenzion delle cose ti verrà fatto di scorgere pochissime cose in Stazio, che sieno nuove e felici: molte nello stile, comechè in generale ora sia gonfio, ora arguto, ora di troppo studioso d' un'operosa eleganza e dappertutto quasi di novità. Nelle comparazioni, che affetta a maraviglia, alle volte, per dirlo liberamente, egli è assurdo e mostruoso. Come idolatrava Virgilio, così assai di spesso imitollo; poi Lucano, ed alcune fiate Omero. « Nè Stazio (ad usare le parole dell'*Hand*) prese ad imitar servilmente; ma dove segue gli altrui vestigii, con bell'artifizio ne cela il cammino: d'onde addiviene di spesso, ch'egli colle parole si dilunghi di molto da coloro, a cui va debitore della invenzione medesima. Intorno alla qual cosa dice egregiamente l' *Henk*: Papinio è il solo tra gl' imitatori che sia

rior, quod e magnis tumentia, e mirabilibus τερατόλογα et puerilia effecit. * »
Suo tempore quanti fuerit habitus, ostendunt versus Juvenalis, vii, 82 sqq.:

> Curritur ad vocem jucundam et carmen amicae
> Thebaidos, laetam fecit quum Statius Urbem,
> Promisitque diem: tanta dulcedine captos
> Afficit ille animos, tantaque libidine vulgi
> Auditur! Sed quum fregit subsellia versu,
> Esurit, intactam Paridi nisi vendat Agaven.

I. e. nisi tragoediam, nondum in scena exhibitam, histrionibus ad agendum vendat, itaque pauperem vitam sustentet.

Ex scriptis Statii aetatem tulerunt

I. Silvarum *libri v*, sive collectio carminum, quae vel in imperatoris, vel in amicorum gratiam, vel alia quacumque occasione oblata variis temporibus scripsit. Epistolae ab ipso singulis libris praemissae eorum originem indicant. Quintum librum ipse vivus edidisse non videtur, sed post eum amica aliqua manus: nam carmina aliquot continet perquam imperfecta.

II. Thebaidos *libri xii*, quam ipse dicit per duodecim annos *assidua lima cruciasse*; et immortalitatem ex hoc potissimum carmine sperabat. Materia haec poëtarum et epicorum et scenicorum studiis multum celebrata erat. Inter

* Recentiorum judicia de Statio si desideras, vide La Harpe, *Cours de littérature,* part. 1, ch. 4, sect. 2; Voltaire, *Essai sur la poésie épique,* c. 4, init.; praesertim Naudet, *Biographie universelle,* t. xliii, sub v. Stace. Inter Germanos, Manso epicos poëtas romanos, qui post Virgilium fuerunt, inter se contulit in vol. viii libri: *Nachtroege zu Sulzers Encyclopoedie:* praeter hunc consulendi Handius in praefatione edit. *Silvarum,* Bernhardy, *Roemische Litteraturgeschichte.*

più destro di tutti. Sorretto dal suo ingegno, quando viene imitando, non soffre mai di seguire il suo esemplare, ma vuol correre innanzi e intorno ai sentimenti medesimi con esso lui gareggiare. Ricopiò più cose di Omero e di Virgilio, ma quasi sempre trasmodando, e per ciò stesso a que' sòmmi inferiore, perchè rendette gonfie le sublimi, miracolose e puerili le cose che destano ammirazione. » *Quant'egli fosse stimato al suo tempo, lo mostrano i versi di Giovenale, VII, 82 e seg.

> Dell'amica Tebaide al carme, al suono
> Che gli orecchi titilla, allor che Stazio
> Roma fe' lieta, e il dì prefisse, accorre
> Il popol tutto : di dolcezza è tanto
> Il fascino che i petti alletta e bea!
> Con tanta avidità lo ascolta il volgo!
> Ma che giova il fragor de' scanni infranti?
> Se mai l'Agave non udita ancora
> A Paride non venda, ei muor di fame:

vale a dire s'egli non venda agl'istrioni la sua tragedia non ancor messa sulle scene, perchè la vengano essi recitando, e così sostenti la povera vita.

Fra gli scritti di Stazio giunsero insino a noi,

I. Delle Selve *libri v*, ossia una collezione di carmi, che o in grazia degli imperadori, o degli amici, o per qualunque altra occasione in varii tempi egli scrisse. Le lettere ch'egli ha premesse ai singoli libri ne mostrano la origine. Pare che il quinto libro non sia stato pubblicato da lui vivo, ma bensì dopo da una qualche amica mano: contiene infatti alcuni carmi imperfetti d'assai.

II. Della Tebaide *libri xii*, la quale egli stesso afferma di avere con *assidua lima* per dodici anni *tormentata*, e da questo poema specialmente ei sperava l'immortalità. Questo argomento fu molto celebrato dagli studii dei poeti epici

* Chi amasse i giudizii dei più recenti intorno a Stazio, vegga La Harpe, *Cours de littérature*, part. I, cap. 4, sez. 2; Voltaire, *Essai sur la poésie épique*, cap. 4, al princ., ed in ispezieltà Naudet, *Biographie universelle*, tom. XLIII, alla voce Stace. Tra i Germani, Masso raffrontò i poeti epici romani, che fiorirono dopo Virgilio, nel vol. VIII del libro: *Nachtroege zu Sulzers Encyclopoedie*; ed oltre a questo sono a consultarsi Hand nella prefazione dell'ediz. delle *Selve*, Bernhardy, *Roemische Litteraturgeschichte*.

Graecos post Thebaidem cyclicam, quae ab aliquibus vel ad Homerum referebatur, plures eam aggressi sunt: *Menelaus Aegeus* duodecim libris (sed ejus poëtae tenuia tantum vestigia restant, ap. Suidam s. v., Steph. Byz. s. vv. Τέμμιξ et Ὑρμίνη), *Antagoras Rhodius* (in Vita Arati ap. Ernest. Callim., t. 1, p. 591 : nam in ed. Imm. Bekkeri alia exstat: Apostol. *Proverbb.* v, 82, vel Arsen. *Viol.* p. 146 Walz. coll. Jacobs ad *Anthol.*, vol. XIII, p. 843), sed praesertim Antimachus *Colophonius*, qui paullo ante Platonem epicam poësin instauratam sui temporis ingenio et sensui accommodavit (Vide de hoc ejus studio A. F. Naeckium in *Choerili Samii reliquiis*, Lips., 1817, cap. IX, p. 67 sqq. *). Is igitur et prius bellum thebanum, quod Statius cecinit, et alterum Epigonorum unius carminis ambitu ingenti conclusit, de quo Cicero, *Brut.*, LI: « Magnum illud quod novistis volumen .... reconditum carmen: » nam mythica doctrina abundabat, et artificiosa dictione incedebat. Sed de toto ita judicat Quintilianus, *Inst.* x, 1, § 3: « Et affectibus et jucunditate et dispositione et omnino arte deficitur: » quamquam hoc judicium lenire studet *Naeckius*, l. cit., p. 68 **. Ne plura, ex Antimacho, tum perceleb ri, multum profecisse videtur Statius ***, licet vel pauca quae supersunt fragmenta illius ostendant rerum bonam partem ab latino poëta pro consilio esse neglectam. Etenim, quod bene demonstravit *Welckerus*, diversum utriusque poëtae institutum erat. Antimacho veterum mythorum de thebanis bellis opes et divitias decretum

* In ejus carminibus ponitur etiam unum, cui titulus est Ἰαχίνη, quo quid faceret non exputavit Schellenbergius, qui ante hos fere quadraginta annos Antimachi fragmenta collegit et docte explicuit. Locus hic est: Ἀντίμαχος Ἰαχίνῃ. Τοὶ δ' ἄρ' οἱ ἀβολήτορες ἄνδρες ἔασιν. V. D. in Gaisfordii *Poëtis gr. minorib.*, vol. III, p. 252, ed. Lips. tentat: Ἀντίμαχος· Ἰάχοντι δ' ἄρ' οἱ ἀβ., etc. Mihi in mentem venerat: Ἀντίμαχος· Ἰναχίδαι δ' ἄρα οἱ ἀβ., etc., quam conjecturam praeferet, qui numeros attendit.

** Totum mythorum de thebanis bellis cyclum et poëtarum ejus tractandi rationes summa doctrinae copia exposuit Welckerus in *Ephemeridib. scholast. Darmstad.* a. 1832, febr. et mart., inde a nr. 14 et seqq., p. 105-180; 209-250: *Thebais und Epigonen.* Ibi p. 158 sq. de *Antimacho;* et p. 161-164 exquisita de *Statio* disseruit.

*** Et erat haec jam antiqua fama. Schol. Barthianus ad *Theb.*, III, 466: « Dicunt poëtam ista omnia ex graeco poëta Antimacho deduxisse, qui et ipse [lon]gam Thebaidem scripsit et veteribus in magno pretio habitam. » Neque hoc redarguitur locis quibusdam singulis, in quibus Statium ab Antimacho dissentientem deprehendimus: e. c. frag. 29 Antimachi, qui Parthenopaeum non Arcadem, ut Statius, sed Argivum facit cum quibusdam aliis, de quibus v. Welckerum, l. c. p. 138 sq.

e drammatici. Tra i Greci dopo la Tebaide ciclica, che da alcuni riferivasi fino ad Omero, parecchi vi hanno posto mano: *Menelao Egeo* in dodici libri (ma di quel poeta non restano che pochi vestigii presso Suida s. v., Stef. Biz. s. vv. Τέμμιξ ed Ὑρμίνη), *Antagora di Rodi* (nella vita di Arato presso Ernest. Callim. t. I, p. 591: perchè nell'ediz. d'Imm. Bekkero ce n'ha un'altra: Apostol. *Proverb.* v, 82, o Arsen. *Viol.* p. 146 Walz. coll. Jacobs all'*Antol.* vol. XIII, p. 843), ma in ispezieltà Antimaco *Colofonio*, il quale poco prima di Platone accomodò al genio ed al sentire de' suoi dì la restaurata epica poesia (Vedi di questo suo studio A. F. Neck nelle *Reliquie di Cherilo Samio*, Lipsia, 1817, cap. IX, p. 67 e segg. *). Questi impertanto e la prima guerra tebana, che Stazio cantò, e l'altra degli Epigoni nel vasto giro di un solo carme racchiuse, intorno al quale Cicerone, *Brut.* LI, dice: « Quel grande volume che conoscete .... è carme recondito: » imperocchè abbondava di favolosa dottrina e procedeva con uno stile artificioso. Ma Quintiliano così giudica di ogni cosa, *Inst.* x, 1, § 3: « Esso è manchevole e negli affetti e nella dolcezza e nella disposizione e all'intutto nell'arte: » quantunque il *Neck* si adoperi a mitigare questo giudizio, l. c. p. 68 **. E a non dilungarci di vantaggio, e'pare che Stazio abbia tolto non poco da Antimaco, poeta in allora chiarissimo ***, comechè i pochi frammenti che di lui ne rimangono mostrino che buona parte delle cose è stata a bello studio negletta dal latino poeta. E davvero, siccome

* Fra i suoi carmi, se ne annovera eziandio uno che porta in titolo Ἰαχίνη, di cui non avvisò lo Schellenberg, che farne, il quale quaranta anni sono in circa raccolse e dottamente spiegò i frammenti di Antimaco. Il luogo è questo: Ἀντίμαχος Ἰαχίνῃ. *Τοὶ δ' ἄρ' οἱ ἀβολήτορες ἄνδρες ἔασιν.* V. D. *nei preliminari greci* del Gaisford, vol. III, p. 252, dell'ed. di Lipsia tenta d'emendare così: Ἀντίμαχος· Ἰάχοντι δ' ἄρ' οἱ ἀβ., ec. A me era venuto in mente: Ἀντίμαχος. Ἰναχίδαι δ' ἄρα οἱ ἀβ. ec., la qual conghiettura preferirà chi ponga mente ai numeri.

** Tutto il periodo dei miti delle guerre tebane e i modi di trattarlo, che hanno preso i poeti, con somma ricchezza di dottrina spose il Welcker nelle *Efemer. scolast. Darmstad*, dell'anno 1832, feb. e marzo dal num. 14 e segg. p. 105-180; 209-250: *Thebais und Epigonen.* Ivi p. 158 seg. di *Antimaco*; e p. 161-164 disse cose squisite di *Stazio*.

*** E questa era già l'antica fama. Lo scol. Barth. alla *Teb.* III, 466: « Dicono che il poeta abbia tratto tutte queste cose dal greco poeta Antimaco, il quale scrisse anch'egli una lunga Tebaide avuta in grande pregio dagli antichi. » Nè deroga a ciò un qualche luogo, in che riscontrasi Stazio non consenziente ad Antimaco: p. e., nel fram. 29 di Antimaco, il quale fa Partenopeo non Arcade, come Stazio, ma Argivo con alcuni altri, di che vedi il Welcker l. c. p. 138 seg.

erat religiose excutere, et antiquam memoriam complecti totam, historici poëtae fide: Romanus hac silva utebatur ad ingenii ostentationem, decerpens inde quae « *tractata nitescere posse* » sperabat; omniaque disponens ita, ut et unitatem quamdam operi pararet, et auditores lectoresque non laxaret, sed progrediens altius usque commoveret. Quare primum Homerico modo ἀριστείας induxit, i. e. in quoque libro aliquem de septem ducibus principem gloriae et pugnae fecit. Deinde rerum ordinem ita invertit, ut ante omnes Amphiaraum Orco demitteret, ne mortis ejus lenitas post Capanei sacrilegam audaciam et fraternae pugnae scelera territis lectoribus videretur languere: et quae sunt alia e Statiana narrationis descriptione pendentia, indicata illa cum ceteris memorabilioribus de poëmatis argumento et tractatione apud Welckerum, l. c.

Verbo mentionem injiciam *Pontici* poëtae, qui Augusti fere aevo Thebaidem scripsit, sed, absque Propertio esset, maneret ignotus. V. interpp. ad Propert., I, 7, init., praesertim Burmann., p. 70.

III. Achilleidos *libri II*, quam mors praematura Statium absolvere prohibuit. Nam Britannici et aliorum error, etiam ab Lemaerio repetitus, nimis apertus est. Ne secundum quidem librum finivit. In MSS. fere in quinque libros divisa exstat.

Domitiani res gestas in agone Albano se celebrasse significat *Silv.* IV, 2, 65 sq.: quas an in manus hominum venire jusserit, incertum est. De *Agave* tragoedia nihil scimus praeter ea, quae Juvenalis indicat loco allato.

§ III

SCHOLIASTAE

Quae ad Silvas adscriptae leguntur glossae et breves explicationes in codice Parisiensi, post medium saeculum XV exarato, valde recentes sunt et post renatas litteras factae. Sed *antiqua scholia* exstant ad Thebaidem et Achilleidem.

bene dimostrò il *Welcker*, l'uno e l'altro poeta aveano un diverso intendimento. Antimaco s'era proposto di religiosamente frugar nelle ricchezze e ne'tesori dei vecchi miti delle guerre tebane, e di abbracciarne tutte le antiche memorie con fedeltà di storico poeta: il Romano usava di questa selva a pompa d'ingegno, scegliendo da qua tutto ciò ch'egli sperava che potesse brillare trattato, e disponendo ogni cosa per forma da acquistare una certa unità all'opera, da non istancare i suoi uditori e lettori, ma piuttosto da commuoverli sollevandosi più alto. Il perchè ad imitazione di Omero egli introdusse dapprima le così dette *ἀριστεῖας*, ossia in ciaschedun libro costituì uno dei sette duci principe della gloria e della pugna. Poi così invertì l'ordine delle cose, che fe' morire prima di tutti Anfiarao, perchè non giugnesse languida la dolcezza della morte di lui a' suoi lettori inorriditi per la sacrilega audacia di Capaneo e per le scelleraggini della pugna fraterna; e se hannovi altre cose, le quali pendono dalla staziana sposizione de' fatti, le troverai indicate con le altre cose più memorabili intorno all'argomento e alla trattazione del poema presso del Welcker, l. c.

Dirò una parola del poeta *Pontico*, che all'età di Augusto incirca scrisse la Tebaide; ma che senza di Properzio rimarrebbe ignoto. Vedi gl'interpr. di Properz. 1, 7, al princip., specialmente Burmann, pag. 70.

III. Dell'Achilleide *libri II*, cui non pote' Stazio per immatura morte compire. Imperocchè è troppo manifesto l'errore di Britannico e d'altri, ripetuto eziandio dal Lemerio. Egli non condusse a termine nè anche il secondo libro. Ne' MSS. la si ritrova divisa per lo più in cinque libri.

Delle *Selve* IV, 2, 65 seg. accenna di aver celebrato i *gesti di Domiziano* nella battaglia di Alba: i quali è incerto s'egli abbia voluto che giugnessero nelle mani degli uomini. Intorno alla tragedia *Agave* noi non sappiamo altro, salvo ciò che ne accenna Giovenale al luogo citato.

§. III

GLI SCOLIASTI

Le glosse e le brevi spiegazioni che si leggono aggiunte alle Selve nel codice di Parigi, scritto dopo la metà del secolo XV, sono di molto recenti e composte dopo la restaurazion delle lettere. Annovi però degli *antichi Scolii* alla Tebaide

Primum nota illa *Lactantii Placidi*, cujus sub nomine etiam glossae veteres latinae (multo quidem integriores in codd. Parisinis, quam in Vaticanis, unde eas edidit *Ang. Maius)* et argumenta metamorphoseon Ovidii hodie feruntur. De se loquitur ad librum VI *Thebaidos*, p. 279 ed. Crucci: « Sed de his rebus (de Antipodibus), prout ingenio meo connectere potui, ex libris ineffabilis doctrinae Persei praeceptoris, seorsum libellum composui Lactantius Placidus. » Sic MSS. Lindenbrogii, dum vett. edd. et MS. Paris.: *Coelius Firmianus, Lact. Plac.*, quibus obversabatur clarus auctor *Institutionum*. Alii eum appellant *Lutatius* vel *Luctatius Placidus*, refragantibus certe MSS. Non ante saec. VI scripta esse haec scholia possunt, partim ex Servio, Hygino, aliis concinnata; nihilominus permulta etiam propria continent. Editio princeps eorum, quae ad Thebaidem scripta sunt, est *Romana* anni 1475; deinde ab Lindenbrogio ex MSS. emendata sunt, a. 1600, *Paris.*; postrema eorum editio *Cruceana*, a. 1618, *Paris.*, additis notis Lindenbrogii.

Praeter haec scholia Barthius e duobus codd. Statii, quos versavit, antiquissimis eruit *Glossographum*, modo paucis, modo pluribus difficiliores poëtae sententias exponentem, tam vere plerumque ac feliciter, ut paene succenseam mihi, qui non plura inde ad dilucidandam locorum quorumdam obscuritatem excerpserim. Hic licet non tam docte excurrat in mythologiam aliasque res antiquas, quam Lactantius; verba tamen et sententias Statii multo melius intellexit et exposuit.

Ad Achilleidem Lactantii scholia ex codice Fr. Pithoei primus edidit Lindenbrogius a. 1600, multa quidem illa minoris pretii, quam quae ad Thebaidem habentur. Partem eorum, ad v. 240 libri I, inveni in cod. membr. Regiae bibl. saec. XI, nr. 8040, cum magna varietate lectionis, cujus aliqua excerpsi. Etiam in cod. membr. 8559 ejusdem bibl., saec. XIV exeuntis vel XV ineuntis, scholia ad Achilleidem vidi, non mala, sed quae ignoti nihil continerent. Glossographus ille praestans Barthii in Achilleidem quoque exstat.

ed all'Achilleide. E primamente quelli già noti di *Lattanzio Placido*, sotto il nome del quale vanno al dì d'oggi altresì le antiche glosse latine (molto invero più intere nei codici di Parigi che in quelli del Vaticano, donde pubblicolle *Ang. Mai)* e gli argomenti delle Metamorfosi di Ovidio., Egli parla di sè al libro VI della *Tebaide*, p. 279 della ediz. del Crucco: « Ma di queste cose (degli Antipodi), per quanto ho potuto raccozzar col mio ingegno dai libri d'ineffabile dottrina di Perseo mio precettore, ho composto a parte un libretto io Lattanzio Placido. » Così i MSS. del Lindenbrogio, mentre le antiche edizioni e i MSS. di Parigi hanno: *Celio Firmiano, Lattanzio Placido*, i quali avevano fra mano il chiaro autore *delle Instituzioni.* Altri lo appellano *Lutazio* o *Luttazio Placido*, certamente contro l'autorità dei MSS. Questi scolii non possono essere scritti prima del secolo VI, raffazzonati in parte da Servio, Igino e da altri; contengono però di molte cose anche nuove. La edizione principale di quelli, che illustrano la Tebaide, è *la Romana* dell'anno 1475: poscia dal Lindenbrogio furono emendati sui MSS., l'anno 1600, *a Parigi:* l'ultima edizione di essi è la Cruccana, dell'anno 1618, *a Parigi*, aggiuntevi le note del Lindenbrogio.

Oltre a questi scolii, il Barth da due antichissimi codici di Stazio, cui svolse, trasse un *Glossografo*, che ora con poche, ora con più parole dispiega le più difficili sentenze del poeta, e quasi sempre con tanta verità e felicità, ch'io quasi riprendo me stesso, di non averne tratte più cose a rischiarare la oscurità di alcuni luoghi. Questi, comechè non discorra nella mitologia e nelle altre antiche cose dottamente così come Lattanzio, intese però e dilucidò molto meglio le parole e le sentenze di Stazio.

Primo il Lindenbrogio pubblicò nell'anno 1600 da un codice di Fr. Piteo gli scolii del Lattanzio all'Achilleide, molti dei quali sono in vero di minor pregio di quelli che illustrano la Tebaide. Una parte di essi fino al v. 240 del libro I ne ho ritrovato in un codice membr. della regia Bibl. del secolo XI n.° 8040, con grande varietà di lezioni, e ne ho scelte alcune. Anche nel codice membr. 8559 della stessa Bibl., descritto al finire del secolo XIV, o al principiare del XV, ho veduto degli scolii all'Achilleide, non cattivi, ma che però niente d'ignoto contenevano. Quel celebre Glossografo del Barth illustra pure l'Achilleide.

§. IV

CODICES

I. Silvarum. De quibus *Marklandus* in praefatione: « Scripti earum codices rarissimi sunt. Duos habuit Barthius (unum litteris capitalibus exaratum, qui utinam exstaret): neutro eorum nisi perpaucis horis uti illi licuit, propter flammas mansioni ejus injectas, e quibus tamen elapsos illos suspicatus est. Alium laudat Justus Zinzerlingius, *Promuls. crit.*; alium, Lipsianum, Bernartius; alium Gebhardus, *Curar. juvenil.* lib. iii. Senensis vero et Medicei excerptis utebatur Gronovius; et postea, uno Jo. Rhodii, chartaceo; altero archiep. Salisburgensis, membr. Nic. Heinsius habuit Vaticanos quatuor. » Nimirum *Poggius* primus exemplum earum e Gallia detulit in Italiam, mendosum et decurtatum, sed e quo reliqui codd. videantur emanasse. V. accurate haec exponentem et de codd. illis judicantem *Handium* in praef. ed. p. xx sqq. Praeterea collationem habemus codicis *Rhedigerani* sive *Vratislaviensis* saec. xiv in *Sillgii* repetitione editionis Marklandianae, p. 21 sqq., et *Parisiensis* anni 1470 (qui desinit in v, 2, v. 257) in ed. Lemaerii, aeque utriusque interpolati. Alia solummodo ad tria priora carmina ap. Handium. Qui in *Vindobonensi* bibliotheca servatur si ex Budensi est derivandus, quod credi licet ex adscriptis ei notis, alia etiam servata est familia quam Poggiana.

II. Thebaidos codicum ingens copia in bibliothecis servatur, quorum notitiam pete ex Haenelii *catalogis manuscriptorum*, *Catalogo Regiae Parisiensis* (sive ed. Lemaer., vol. iv, p. 62-64, qui et Britannicos plene recenset, p. 56-61), Eberti *catalogo MSS. Guelferbytanorum*, p. 157 sq., et aliis. Sed eos memorare nostrum est, quibus editores usi sunt. Agmen ducit antiquissimus ille et optimus Barthii, qui reliquos omnes longo intervallo post se relinquit: hunc recensionis novae fundum haberi oportet, ut Bembinum in Terentio; non quod liber sit ab interpolatione vel errore omni, sed quod manum poëtae longe plurimis in locis evidenter servat: in talibus vero manuscriptis mutationes a

§. IV

I CODICI

I. Delle Selve. Delle quali dice il *Markland* nella prefazione: « I codici scritti di esse sono rarissimi. Due n'ebbe il Barth (uno in lettere unciali descritto, il quale piacesse a Dio che esistesse): egli non potè usare nè dell'uno, nè dell'altro se non se per poche ore, per le fiamme che si appiccarono alla sua casa, dalle quali però egli ebbe sospetto che si salvassero. Un altro ne loda Giusto Zinzerling, *Promuls. crit.*; un altro di Lipsia, il Bernart; un altro il Gebhard, *Delle cure giov.* lib. III. Il Gronovio usava degli spogli del Sanese e del Mediceo; e poscia di uno di Giov. Rodio, di carta; di un altro dell'arciv. di Salisburg, di membrana. Nic. Einsio n'ebbe quattro vaticani. » Il *Poggio* infatti ne portò il primo un esemplare dalla Francia in Italia, scorretto e mutilato, ma dal quale pare che i rimanenti codici sieno derivati. Vedi l'*Hand* nella Pref. dell'ediz. pag. XX e segg., il quale accuratamente ciò espone e dà giudizio di que' codici. Abbiamo inoltre una collazione del codice *Redigerano* o *Vratislaviense* del secolo XIV nella ripetizione fatta *dal Sillgio* della edizione del Markland, p. 21 segg., e *del Parigino* dell'anno 1470 (che termina nel v, 2, v. 257) nell'ediz. del Lemerio, e l'uno e l'altro egualmente interpolato. Ve n'hanno degli altri, ma solo in riguardo ai tre primi carmi presso l'Hand. Quello che si conserva nella Biblioteca *di Vienna* se dee derivarsi da quello di Buda, ciò ch'è permesso dedurre dalle aggiuntevi note, è di un'altra famiglia distinta da quella del Poggio.

II. Una gran copia di codici della Tebaide conservasi nelle Biblioteche, dei quali si può avere contezza nei *Cataloghi dei MSS.* dell'Enelio, nel *Catalogo della Regia Parigina* (ossia nell'ediz. del Lemer. vol. IV, p. 62-64, che annovera appieno anche i Britanni, p. 56-61), nel *catalogo dei MSS. Guelferbitani* di Eberto, p. 157 seg. ed in altri. Ma noi dobbiamo rammentar quelli, di che usarono gli editori. Il primo di tutti è quell'antichissimo ed ottimo del Barth, che lascia di molto dietro a sè tutti i rimanenti: questo è ad aversi siccome il fondamento di una nuova correzione, siccome il Bembino in Terenzio: non già perch'esso sia scevro da ogni interpolazione od errore, ma perchè

lectoribus vel criticis factae multo facilius deprehenduntur, quam in recentioribus, qui sunt, ut de vetere pallio Theocritus dicit, ἔργον ἐπ' ἔργῳ. Hujus igitur ope codicis, a Barthio satis accurate (sed non ad Gronovianum textum, quem ipsi obtrusit Daumius, sed ad Lindenbrogianum) excussi, sobrio judicio cum reliquis collati; non dubito quin Thebais ad tantam integritatem perduci possit, quantam pauci veterum scriptorum recuperaverunt. Usus praeterea Barthius est alio ab hoc, ut ait, derivato: an pluribus etiam, non satis liquido constat. Inter bonos codices refero: *Lipsianum*, quem Bernartius contulit, unum ex duobus *Behotianis*, et praesertim ex Lindenbrogianis *Puteaneum*, qui non potest quin sit idem ac Regius Parisiensis nr. 8051, saec. x, a Lemaerio et Amaro collatus. Hic saepe cum egregio illo Barthii consentit. Minus boni sunt ejusdem Lindenbrogii *Petavianus*, et *Danielis*. Eodem ordine habeo *Petrensem*, quem supra meritum laudat Marklandus. Vulgo autem accenseo *Taurinensem*, *Buslidianum*, *Burmannianos*, *Regium* 2 (nr. 8052) saec. xii, et alios. De Gronovianis in *Diatribe* (nam editio cum ipsius notulis ad manum non fuit) judicium ferre non audeo: certum vero est eum habuisse aliquot valde antiquos et perbonos, sed quibus in paucis tantummodo locis sit usus. Neque ausim de iis, quorum frequens mentio in scriptis Heinsiorum, neque de codd. Guil. Canteri, Schotti, Bentleii, Wakefieldi (ad *Lucret.*) et aliorum, qui Statium non ediderunt, sed occasione tantum oblata eum emendarunt: id tamen mihi certum est, horum numero longe plures esse recentes sive interpolatos.

III. Achilleidem perpauci e codicibus memoratis complectuntur, neque optimus ille Barthii. In hoc carmine prae multis, ne dicam omnibus, eminet *Regius* 1, quo multum usi sumus.

conserva ad evidenza nella più parte dei luoghi la mano del poeta: e in siffatti MSS. i cangiamenti introdotti dai lettori o dai critici si discoprono molto più facilmente che nei più recenti, i quali sono, come dice Teocrito d'un vecchio pallio, ἔργον ἐπ' ἔργῳ, *opera sopra opera*. Pertanto coll'aiuto di questo codice abbastanza diligentemente confrontato dal Barth non già col testo Gronoviano, che il Daumio gli appose, ma col Lindenbrogiano, e sobriamente collazionato cogli altri, io confido di poter ritornare la Tebaide a una tanta interezza, che pochi riebbero tra gli antichi scrittori. Di più il Barth usò di un altro codice derivato, com'ei dice, da questo: non si sa poi di certo s'egli abbia fatto uso di altri ancora. Tra i buoni codici annovero quello *di Lipsia*, cui confrontò il Bernart, uno dei due *Beoziani*, ed in ispezieltà tra quelli del Lindenbrogio il *Puteaneo*, che non può essere che una sola cosa col *Regio* di Parigi n.° 8051, del secolo x, collazionato dal Lemerio e dall'Amaro. Questo di spesso concorda con quello egregio del Barth. Sono men buoni quelli dello stesso Lindenbrogio, il *Petaviano* e il *Daniele*. Nello stesso pregio io tengo il *Petrense*, cui il Markland loda oltre il merito: ritengo poi siccome volgari il *Torinese*, il *Buslidiano*, i *Burmanniani*, il *Regio* 2 (n.° 8052) del secolo XII ed altri. De' Gronoviani nella *Diatriba* (dacchè non ebbi tra mano la sua edizione colle brievi note di lui) non oso proferire giudizio: è certo però ch'egli n'ebbe parecchi molto antichi ed assai buoni, ma che ne usò in pochi luoghi soltanto. Così del pari non oserei di pronunciare giudizio di quelli, di che si fa spesso menzione negli scritti degli Einsii, nè dei codici di Guglielmo Cantero, dello Schott, del Bentleio, del Wakefield (al *Lucr.*) e di altri, i quali non pubblicarono Stazio, ma solamente il corressero, quando se ne porse loro occasione: io però tengo per certo che i più di questi sieno recenti ed interpolati.

III. Pochissimi tra i codici annoverati abbracciano l'Achilleide, e nè anche quell'ottimo del Barth. In questo poema va al di sopra di molti, a non dire di tutti, il *Reg.* 1, del quale molto abbiamo usato.

§. V

EDITIONES

I. Operum Statii. *Princeps* ed., *Thebaidem* et *Achilleidem* complectens, sine l. et a. (circa ann. 1470), fol. *Altera princeps*, itidem sine l. et a. (circa a. 1477?), ex alio cod. minus accurate expressa. Neque haec *Silvas* continet.

1480? *Romana*, fol., cum scholl. Lact. Placidi in *Thebaidem*, Fr. Maturantii notis in *Achilleidem*, Domitii Calderini in *Silvas*. Hic quidem multa partim temere ex ingenio, partim, ut postea cognitum est, ex MS. mutavit: sed doctae et ingeniosae sunt ejus explicationes plurimae. Hi commentarii post saepe repetiti sunt.

1502. *Aldina prima*, 8, ex Avancii recensione, cujus emendationes jam 1498 Venetiis prodierant.

1519. *Aldina secunda*, 8, cui Fr. Asulani epistola praemissa. Denuo recensita, sed, judice Handio, festinantius.

1595. *Jo. Bernartii, Plantiniana*. Antv. 8, ex uno pluribusve codd. non male recensita. Saepius repetita.

1600. *Friderici Tiliobrogae* (Lindenbrogii); Paris., 4, cum Lact. Placidi commentariis. Omnia e codd. recensita, sed ita, ut aequo plura ex edd. antecedentibus reliquerit. — Ejusdem anni *Commeliniana*, cum notis *Jani Gruteri*.

1609. *Jo. Jac. Grasseri*. Recensio sine notis.

1616. *Jo. Gasp. Gevartii*, Lugd. Bat., 8. Recensio et *Papinianarum lectionum libri quinque*. Gevartii *Electa*; Paris., 1619, 4.

1618. *Emerici Crucei*; Paris., 4, 2 voll. cum aliorum commentariis scholiisque suis. Nullius fere meriti editor.

1624. *Amstelodamensis*, 12, ex rec. *Dan. Heinsii*, ut putant.

1653. Ex rec. et cum notis Friderici Gronovii. Amstel., 24. Is ad hanc recensionem codicibus pariter atque ingenio instructus, non omnem Statii textum judicio suo subjecit, sed iis tantum locis mederi est dignatus, qui Gronovium salvatorem requirere viderentur. Quare haec recensio, ad hodiernum diem in edd. fere servata, perfunctoriae solummodo nomen meretur.

1658. Cum notis Franc. Guyeti, Jo. Peyrarede et alior. a *Marollio* edita, Paris., 8, 3 voll. Guyetus in Statio magis etiam quam in aliis temerarius, memoravimus.

§. V

LE EDIZIONI

I. Delle Opere di Stazio. *La edizion principale* che abbraccia la *Tebaide* e l'*Achilleide* è senza luogo e senza anno (circa l'anno 1470), in foglio. Un'altra *principale* del pari senza luogo e senza anno (circa l'an. 1477?) fu ricopiata da un altro codice con poca esattezza. E questa pure non contiene *le Selve*.

1480? *La Romana* in foglio, cogli scolii di Latt. Placido alla *Tebaide*, colle note di Fr. Maturanzio all'*Achilleide*, e di Domizio Calderino alle *Selve*. Questi cangiò molte cose, parte di suo capo senza alcun riguardo, e parte, come si conobbe in appresso, con la scorta di alcuni MSS. Sono tuttavia dotte ed ingegnose moltissime sue spiegazioni. Questi commentarii furono di poi spesso ripetuti.

1502. *L'Aldina prima*, in 8, giusta la emendazion dell'Avancio, del quale erano state pubblicate le correzioni in Venezia fino dal 1498.

1519. *L'Aldina seconda*, in 8, alla quale è premessa un'epistola di Fr. Asolano. Fu di poi riveduta, ma troppo in fretta per giudizio dell'Hand.

1595. *La Plantiniana di Giov. Bernart*; Anversa, in 8, secondo uno o più codici non malamente corretta. Fu di spesso ripetuta.

1600. *Di Federico Tiliobroga* (del Lindenbrogio); Parigi, in 4, coi commentarii di Latt. Placido. Il tutto fu corretto sui codici, ma in forma da intralasciare più che non si doveva delle antecedenti edizioni. È dell'anno stesso *la Commeliniana* colle note *di Giano Grutero*.

1609. *Di Giov. Jacopo Grassero*. Edizione con correzioni, ma senza note.

1616. *Di Giov. Gasparo Gevart*; Leida, in 8, con correzioni e *libri cinque delle lezioni Papiniane*. *Le prescelte* dal Gevart; Parigi 1619, in 4.

1618. *Di Emerico Cruceo*; Par. in 4, 2 volumi con commentarii d'altri e suoi scolii. Editore di quasi niun merito.

1624. *Di Amsterdam*, in 12, dietro le correz. di *Dan. Einsio*, come credono.

1653. Con le emendazioni e note di Federico Gronovio; Amsterdam, in 24. Questi per sì fatta correzione fornito ad un tempo di codici e d'ingegno, non soppose al suo giudizio tutto il testo di Stazio, ma solamente s'accontentò di emendare quei luoghi, i quali parevano aver bisogno dell'opera sua. Il perchè questa correzione, fino a' nostri giorni conservata nelle edizioni, merita solamente il nome di *perfuntoria*.

1658. Colle note di Franc. Guyet, di Giov. Peyraredo e di altri, stampata *dal Marollio*; Parigi, in 8, 3 volumi. Il Guyet fu più temerario in Stazio che negli altri.

1664. Cum commentario Gasparis Barthii, post obitum ejus a *Daumio* edita, Cygneae, 4, 4 voll. Immortalia Barthii de Statio merita, et ob optimorum codicum usum (quos si accuratius ubique distinxisset, nihil fere superesset quod optares), et ob doctrinam maximam in explicando exhibitam. Haec ita intelligere noli, ac si Barthii judicium probaremus ubicumque: πολλοῦ καὶ δεῖ. Sed Papinianis studiis in omne tempus fundamentum solidissimum perseverantia sua substruxit. Insane vero egit Daumius, quod Gronovianum textum adjicere, quam Lindenbrogianum Barthianis copiis et crisi emendare maluit. Ut summa ejus temeritatis incommoda premam silentio, id certe dicendum, Daumii meritum esse, quod aliquot millia emendationum certissimarum ad hunc diem in commentariis sepulta jaceant, neque in ullius editionis textu repraesententur.

1785. *Bipontina*, 8.

1825. Amari et Lemairii; Parisiis, 8, 4 voll. *Silvas* ex rec. Marklandi, reliqua ex rec. Gronovii, hic illic recognitis, cum notis integris Marklandi ad *Silvas*, reliquorum selectis.

1833. Guill. Ern. Weberi, in *Corpore poëtarum lat.*, vol. II, Francof. Qui etiam hic, ut in toto libro, plura praestitit quam promiserat. Sed Broennerus librarius vehementer accusandus est, hoc opus typographicorum vitiorum copia paene inaudita inquinatum exire passus.

II. Silvarum. *Princeps* ed. s. l. et a. (circa a. 1472), 4. Deinde

1472, *Venetiana* Spirensis, ad calcem Catulli, 4, seq. a. *Parm.* 1473, item cum Catullo: et saepius.

1475. *Romana*. Cum comment. Domitii Calderini. Cf. ad a. 1480.

1599. *Jo. Bernartii* commentarius. Antv., 8.

1601 et 1602. *Fed. Morelli* observationes. Paris., 8 et 4.

1637. Prodiit excellentissima Fr. Gronovii *Diatribe in St. libros V*, Hag. com., 8. Inde lites cum Emerico Cruceo, qui edidit *Antidiatriben*; Paris., 1637. Cui respondit Gronovius *Elencho Antidiatribes*, 1640, Parisiis edito. Quo libro se plane argui non sentiens, rusticitatis et ἀκρισίας monumentum reliquit Cruceus: *Muscarium*, Par., eodem anno. Ea omnia duob. voll. repetiit doctisque notis instruxit *Ferd. Handius*; Lips., 1812, 8.

1728. Ed. Jeremiae Marklandi. Londini, 4. Mirum doctrinae, acuminis et justi de pulchro

1664. Col commentario di Gaspare Barth, dopo la morte di lui pubblicata dal *Daumio*, in Cignea, in 4, 4 vol. Sono immortali i meriti del Barth verso Stazio e per l'uso degli ottimi codici (i quali se più accuratamente avesse egli distinti in ogni luogo, non ci sarebbe per avventura che altro desiderare), e per la somma dottrina di che egli fe' mostra nelle spiegazioni. Le quali cose non sono da intendersi così, che noi vogliamo approvare dappertutto il giudizio del Barth: *πολλοῦ καὶ δεῖ* (più di quel che abbisogna). Egli è certo però che mediante la sua perseveranza egli ha messo un solidissimo fondamento in ogni tempo agli studii di Papinio. Malamente per altro adoperò il Daumio, il quale volle più presto aggiungere il testo Gronoviano, di quello che emendare quello del Lindenbrogio colle lezioni e col giudizio del Barth. Comechè io taccia i gravi danni cagionati dalla temerità di lui, è a dire certamente, essere colpa del Daumio, che alcune migliaia di emendazioni certissime giacciano fino a'nostri dì sepolte ne'commentarii, nè vengano rappresentate nel testo di alcuna edizione.

1783. *La Bipontina*, in 8.

1825. Dell'Amaro e del Lemaire; Parigi, in 8, 4 vol. Le *Selve* sulle correz. del Markland, il resto sulle correz. del Gronovio, coll'intere note del Markland alle *Selve*, poste ad esame eziandio qua e là le scelte note degli altri.

1833. Di Guglielmo Ern. Weber, *nel corpo dei poeti latini*, vol. II, Francfort. Il quale anche qui, come in tutto il libro, diede più di quello che aveva promesso. Ma è a riprendersi gravemente il tipografo Brenner, il quale sofferì che uscisse quest'opera macchiata da una quasi inaudita moltitudine di errori tipografici.

II. Delle Selve *la edizione principale* è senza luogo ed anno (circa l'anno 1472), in 4. Poscia

1472, *la Veneziana* Spirese, in calce di Catullo, in 4: nel seg. a.; Parm. 1473, ugualmente col Catullo, e spesso ripetuta.

1475. *La Romana*. Col commentario di Domiz. Calderino. Vedi all'an. 1480.

1599. Il commentario *di Giov. Bernart*, Anv., in 8.

1601 e 1602. Le osservazioni di *Fed. Morell*; Parigi, in 8 e in 4.

1637. Uscì la eccellentissima *Diatriba di* Fr. Gronovio *intorno ai cinque libri di Stazio*, Aja, in 8. Quindi le liti con Emerico Cruceo, che pubblicò un'*Antidiatriba*, Parigi 1637, cui rispose il Gronovio *nell'Elenco dell'Antidiatriba*, 1640, stamp. a Parigi. Nel qual libro non accorgendosi di essere al tutto ripreso, lasciò il Cruceo un monumento di ruvidezza e d'indiscretezza, *il Moscario*, Parigi, nell'anno stesso. Tutte quelle cose ripetè in due volumi ed illustrò di note erudite *Ferd. Hand*; Lipsia 1812, in 8.

1728. Ed. di Geremia Markland; Lundra, in 4. Saggio maraviglioso di dottrina, di acume

judicii specimen: in quo tamen Statio saepius id, quod dicere debebat, imputatur, quam vera et antiqua ejus scriptura eruitur. Repetita est addita collatione codicis Rhedigerani ab *Sillig*io; Dresdae, 1827, 4.

1817. Ferd. Handius *Silvarum* editionem auspicatus est, omnia quae de iis bene observaverunt eruditi complectentem, editoris animadversionibus confirmata et aucta. Vix unquam ullius poëtae editio tam copiosa et exquisita supellectile incepta est: nihilominus in primo volumine substitit.

III. Thebaidos. Ex rec. *Bonini Mombritii*, sine l. et a.; Mediolani, circa 1478. Ubi editus eod. a. Lactantii commentarius.

1601. *Jo. Barclai* commentarii in *Theb.* Massiponti, 8.

IV. Achilleidos. Princeps vel *Veneta*, ut videtur, sine l. et a. (1472), vel *Ferrariensis*, per Andream Gallum, quam pro principe habet Affò *Saggio di mem. su la tipogr. Ferr.*, p. 25.

1485. *Veneta*, cum *Jo. Britannici* commentario. Fr. Maturantii commentarium supra memoravimus. Uterque saepe repetitus, etiam in ed. Emer. Crucei. Ceterae solius *Ach.* editiones nulla re memorabiles. *Mitscherlichii* et *Menkii* observationum crit. in *Ach.* libellis carui.

Memoravi tantummodo quae merito aliquo viderentur esse conspicuae. Ceteras si noscere cupis, vide Eberti *Lex. bibl. nr.* 21657-21716.

Omnia namque animo complexus, et omnibus auctor,
Qua fandi via lata patet: sive orsa libebat
Aoniis vincire modis, seu voce soluta
Spargere, et effreno nimbos aequare profatu.

Exsere semirutos subito de pulvere vultus,
Parthenope, crinemque afflato monte sepulti
Pone super tumulos, et magni funus alumni,
Quo non Munychiae quicquam praestantius arces,
Doctave Cyrene, Spartave animosa creavit.
Si tu stirpe vetus, famaeque obscura jaceres,
Nil gentile tumens, illo te cive probares
Graiam, atque Euboico majorum sanguine duci.
Ille tuis toties praestrinxit tempora sertis,
Quum stata laudato caneret Quinquennia versu,
Ora supergressus Pylii senis, oraque regis

Del suo destin con la crudel sorella
Filomela, ch' al vol sciolse poi l' ali;
Favole note al genitor poeta.
Chi non intreccia alle funebri lodi
Delle suore di lui, che in Po cadeo,
Cangiate in pioppe, i tristi pianti amari;
E di lei non racconta il caso acerbo,
Che per alto dolor divenne un sasso;
E di colui, che con insano ardire
Tentò di superar nel canto Apollo,
E che Pallade in fin spezzò la piva,
Per cui diforme ha il sonator la guancia?
Ma per te la Pietà, poste in oblío
L' alme de' grandi, e la giustizia il cielo
Lasciando: e la Facondia e Palla, e quanti
Seco Apollo conduce almi poeti
Piangeran la tua morte, e intorno al rogo
Latini e greci canteran tue lodi.
Altri l' onore avran de' versi pieni,
Altri in lirico metro uso alle mense
S' acquisteranno eterna gloria e nome;
E quei, che sette numerò la fama
Savii d' Atene senza pari al mondo:
Nè coloro otterran grido minore,
Che su tragiche scene han per costume
Far comparir re scellerati e fieri.
Pompa faran del loro stile ameno
Quelli, che da Talía furono istrutti
All' eroico verso un' altro appresso
Di far seguir, che sia minor d' un piede.
Sì, tutti voi io chiamo incliti vati
A celebrar di lui l' alta memoria.
Giacchè tutte in sua mente avea raccolte
Le scienze di cui n' era autor primiero,
Ed a cui del bel dir le strade aperte
Erano tutte; o sia che degli eroi
Cantasse in versi, ci dilettava il senso;
O dal metro lontano, in lui parea
Lo sciolto favellar fluvida pioggia.

Dal tonante Vesuvio abbrustolita
Nera innalza, o Partenope, la testa,
E dal calor del monte il crine adusto
Poni su l' urna d' un figliuol sì grande,
Di cui maggior non vide mai Cirene
Fra savii suoi, nè pur Atene o Sparta.
Se tua stirpe gentil, per cui ne vai
Sovra l' altre città cotanto altera,
Or si giacesse entro l' obblío sepolta,
La tua fama oscurando il vel del tempo,
Questo sol cittadin fora bastante
Greca a mostrarti, e dagli Abanti uscita.
Ei tante volte riportò gli allori
Lodando in versi i Quinquennali tuoi:
Più facondo nel dire, e più sublime
Del vecchio Pilio, e del reale Ulisse:
Quindi temprando l' uno e l' altro stile

Dulichii, specieque comam subnexus utraque.

Non tibi deformes obscuri sanguinis ortus,
Nec sine luce genus (quamquam fortuna parentum
Arctior expensis); etenim te divite ritu
Ponere purpureos infantia adegit amictus
Stirpis honore datos, et nobile pectoris aurum.
Protinus exorto dextrum risere sorores
Aonides, pueroque chelyn submisit, et ora
Imbuit amne sacro, jam tum tibi blandus, Apollo.
Nec simplex patriae decus, et natalis origo
Pendet, et ambiguo geminae certamine terrae:
Te de gente suum Latiis adscita colonis
Graia refert Selle: Graius qua puppe magister
Excidit, et mediis miser evigilavit in undis.

Maeon et inde suum longo probat ordine vitae
Maeoniden, aliae atque aliis natalibus urbes
Diripiunt, cunctaeque probant: non omnibus ille
Verus: alit victos immanis gloria falsi.

Atque ibi dum profers annos, vitamque salutas,
Protinus ad patrii raperis certamina lustri
Vix implenda viris, laudum festinus et audax
Ingenii: stupuit primaeva ad carmina plebes
Euboea, et natis te monstravere parentes.
Inde frequens palmae, nulloque ingloria sacro
Vox tua: non toties victorem Castora gyro,
Nec fratrem caestu virides plausere Therapnae.
Sit pronum vicisse domi: quid Achaea mereri
Praemia, nunc ramis Phoebi, nunc germine Lernae,
Nunc Athamantea protectum tempora pinu?
Quum toties lassata, tamen nusquam avia frondes
Abstulit, aut alium tetigit Victoria crinem.

Hinc tibi vota patrum credi, generosaque pubes
Te monitore regi, moresque et facta priorum
Discere: quis casus Trojae; quam tardus Ulysses:

Doppia corona ancor gli cinge il crine.
Figlio non sei già tu di sangue oscuro,
Nè di stirpe cui manchi gloria e lustro,
(Benchè fu scarsa ai padri tuoi fortuna.)
Ricco di queste doti ancor fanciullo
Ragion ti diede la purpurea veste,
Onor del sangue, e l'aurea bolla in petto.
Propizie al nascer tuo le dee di Pindo
Dieron segni di gioja, e in fresca etade
Poserti al collo testugginea lira;
E fin d'allor piacevole ed ameno.
T'insegnò d'Aganippe in su la riva
Del verseggiar l'arte più fina Apollo.
Nè il solo onor della città nativa,
Ma la stirpe, onde scendi, incerta ancora
Fra due città dall'altercar si rende.
Velina, onde famoso ancora è il nome,
(Però che a lei non lungi, dall'abete
Trojan cadde, e affogossi Palinuro)
Sede antica de' Greci, e da' Latini
Occupata dappoi, te di sua gente
Nato pretende, e ne' suoi fasti ascritto
Napoli ancor mostra gli annali suoi,
E fa veder che tu di padre in figlio
Per lunga età dal sen di lei ne scendi.
E mentre qui dell'immatura etade
Un segno dai, e d'esser vivo impari,
Astretto fosti al Quinquennal certame,
Che pur fa tema agli eruditi ingegni:
Pronto di mente, e a meritar la lode
Ardito forse; i primi versi tuoi
Nell'adunanza alto stupor destaro.
Quindi in sì poca età la tua virtude
Mostraron per esempio i padri ai figli;
E tanto più, che ad ogni lustro al crine
Riportavi gli allori e le vittorie.
Nè di Terapne risuonar le selve
Giammai cotanto, allorchè i suoi destrieri
Castore urgeva a conseguir la meta:
Nè tante palme meritò Polluce
Colla mano ferrata uso alla pugna.
Nella patria vincesti, e tanto basti,
Senza cercar trionfi in altro lido.
Che serve andar per le città vagando
Di tutta Grecia a meritarne i doni,
Or fra i giuochi febei cercar l'alloro,
Ed or fra gl'istmii, ed ora infra i nemei
Le corone bramar d'appio e di pino?
Ed è pur ver che se colà si stanca
Estero vate a riportar vittoria,
Non ha dappoi l'onor, che a lui le tempia
Cingan le tante sue frondi promesse.
Quindi la tua virtù seguendo i voti
De' padri, insegna ai generosi figli
Quanto hai di bel gli antichi detti e fatti:
Impara lor qual fu il destin di Troja,

Quantus equos pugnasque virûm decurrere versu
Maeonides; quantumque pios ditarit agrestes
Ascraeus, Siculusque senex; qua lege recurrat
Pindaricae vox flexa lyrae, volucrumque precator
Ibycus, et tetricis Alcman cantatus Amyclis,
Stesichorusque ferox, actusque egressa viriles
Non formidata temeraria Leucade Sappho;
Quosque alios dignata chelys: tu pandere docti
Carmina Battiadae, latebrasque Lycophronis atri,
Sophronaque implicitum, tenuisque arcana Corinnae.
Sed quid parva loquor? tu par assuetus Homero
Ferre jugum, senosque pedes aequare solutis
Vocibus, et nunquam passu breviore relinqui.
Quid mirum, patria si te petiere relicta
Quos Lucanus ager, rigidi quos jugera Dauni,
Quos Veneri plorata domus, neglectaque tellus
Alcidae, vel quos e vertice Surrentino
Mittit Tyrrheni speculatrix virgo profundi?
Quos propiore sinu lituo remoque notatus
Collis, et Ausonii pridem laris hospita Cyme;
Quosque Dicarchaei portus, Baianaque mittunt
Litora, qua mediis alte permixtus anhelat
Ignis aquis, et operta animos incendia servant.
Sic ad Avernales scopulos, et opaca Sibyllae
Antra, rogaturae veniebant undique gentes:
Illa minas divûm, Parcarumque acta canebat,
Quamvis decepto vates non irrita Phoebo.
Mox et Romuleam stirpem, proceresque futuros
Instruis, inque patrum vestigia ducere perstas.
Sub te Dardanius facis explorator opertae,
Qui Diomedei celat penetralia furti,
Crevit, et inde sacrum didicit puer: arma probare
Monstrasti Saliis, praesagumque aethera certis
Auguribus; cui Chalcidicum fas volvere carmen.

E quanto Ulisse al ritornar fu tardo;
L'armi e gli eroi, che scrisse in versi Omero;
E quanto mai per coltivar le terre
L'ascreo poeta, e il vecchio siclo han detto;
E con qual arte della lira al suono
Pindaro regolasse il canto e il ballo;
Ed Ibico chi fosse, che sue preci
Alle gru sorvolanti alzar solea;
E dai crudi Amiclei Alcman lodato;
Stesicoro feroce, a cui diè nome
La cetra unita all'armonia del coro;
E Saffo, che di Leuca in cima ascesa,
Tenendo un cor più che di donna in petto,
Non temè d'affrontarne i precipizii;
E quanti furon mai lirici vati.
Tu, sì, il potrai, che d'appianare hai l'uso
Di Callimaco il dotto i testi insigni,
E di Licofro le tragedie oscure,
Di Sofronio confuso aprire i sensi,
E di Corinna i molli versi e grati.
Ma che? dico ancor poco: al par d'Omero
Sei di portar lo stesso giogo avvezzo,
Ed obbligar le voci erranti e sciolte
Al metro, e con sei piedi andar più sode,
Senza giammai restarsi addietro un passo.
Che maraviglia poi se dalla fama
Tratti del tuo valore, a te del pari,
Lasciando in abbandon le patrie mura,
De' Rutuli e Lucani, e di Lavino
Vengono i figli, e Sorrentini e Bauli,
Cari questi ad Alcide, e quelli a Palla!
Vengon pur quei del vicin colle, antica
Sede da pria della cumea Sibilla:
Manda Pozzuolo i suoi, Baia li manda
Da quella parte, ove mischiato all'onda
Respira il foco, e la coperta fiamma
Mette in vigor le forze e le ristora:
Tai d'Averno agli scogli, ed all'oscura
Grotta della Sibilla a porger preci
Da tutte le città correan le genti;
Le minacce de' Numi, e delle Parche
I fatti prediceva e buoni e rei
Negli oracoli suoi sempre verace,
Benchè fusse talor deluso Apollo.
La gioventù romana, e chi di Roma
Dovrà un giorno occupar le prime sedi,
Le tue bell'arti apprende, e in lor risvegli
Con la virtù de' padri anche i costumi;
Sotto di te colui, che le Vestali
Sacro ministro ha in cura, e il trojan foco,
Ed il Palladio a custodire eletto,
Fanciullo apprese i sacri esterni riti.
Per iscoprir gli eventi o buoni o tristi
Delle future guerre, il noto volo
Agli auguri insegnasti; anche gli augelli
Presaghi son di certo augurio in cielo;

Lanea cui Phrygii est coma flaminis et tua multum
Verbera succincti formidavere Luperci.
Et nunc ex illo forsan grege, gentibus alter
Jura dat Eois, alter compescit Iberos,
Alter Achaemenium secludit Zeugmate Persen;
Hi dites Asiae populos, hi Pontica frenant,
Hi fora pacificis emendant fascibus, illi
Castra pia statione tenent: tu laudis origo.
Non tibi certasset juvenilia fingere corda
Nestor et indomiti Phoenix moderator alumni;
Quique tubas acres, lituosque audire volentem
Aeaciden, alio frangebat carmine Chiron.
Talia dum celebras, subitam civilis Erinnys
Tarpeio de monte facem, Phlegraeaque movit
Proelia: sacrilegis lucent Capitolia taedis,
Et Senonum furias Latiae sumpsere cohortes.
Vix requies flammae, nec dum rogus ille deorum
Siderat, excisis quum tu solatia templis
Impiger, et multum facibus velocior ipsis,
Concipis ore pio, captivaque fulmina defles.
Mirantur Latii proceres, ultorque deorum
Caesar, et e medio divûm pater annuit igni.
Jamque et flere pio Vesuvina incendia cantu
Mens erat, et gemitum patriis impendere damnis;
Quum pater exemptum terris ad sidera montem
Sustulit, et late miseras dejecit in urbes.
Me quoque vocales lucos lustrataque Tempe
Pulsantem, quum stirpe tua descendere dixi,
Admisere deae; nec enim mihi sidera tanti
Aequoraque et terras, quam vos debere parenti.
Tu decus hoc quodcumque lyrae, primusque dedisti

E fra i quindici, a cui spettan le carte
Aprir delle Sibille, e dirne i carmi,
Anche gli alunni tuoi contansi ascritti;
Contansi pur fra tuoi quei, che di Troja
Seguendo l'uso, ai sacrifizii attenti,
Copron di lana il capo, ed i Luperchi,
Che tuttor di tua man temono i colpi.
Ed or chi sa che d'uno stuol sì dotto
Talun non sorga a dominar gli Eoi,
Ed altro ch'agli Iberi imponga il freno;
Che non vi sia chi chiuda al re persiano
Di Zeuma il passo, e più lontan lo fughi.
D'Asia e di Ponto il popol ricco e fiero
Freneran questi; e questi ancor del foro
Consoli in pace emenderan le leggi,
Mentre gli altri in dover tengon l'armate;
E tu ne sei di tante lodi il fonte.
Senza punto esitar, nella tua scuola
Sarian nel fior di loro età comparsi
Ad apprender virtù Nestore il dotto,
E Fenice e Chiron, maestro ed ajo
Del fiero Achille, a cui l'accesa voglia
D'udire il suon delle guerriere trombe,
Mitigava Chirone al suon di cetra.
Mentre tu in Roma ad erudire attendi,
Guerra civile in sul Tarpéo s'accese,
Empia così, qual de' giganti in Flegra:
Di sacrileghe fiamme il Campidoglio
Arde dintorno: alle latine squadre
De' Senoni il furor svegliasi in petto:
Non era ancor del tutto estinto il foco,
Nè il rogo degli Dei consunto ancora,
Quando tu pronto allora, e più del foco
Veloce, e mosso da pietade al canto,
Ti sforzi a consolar Roma piagnente
Sovra i templi distrutti, e sovra i Numi
Del furor vitalian rimasti in preda.
Quindi ammiran tuo canto i padri e Roma:
Cesare ancor, che a vendicar gli Dei
Pose sua cura, ne mostrò piacere.
Del Vesuvio gl'incendii era tua mente
Cantar pietoso alla futura etade,
E compensar col canto i patrii danni,
Allorchè parte di quel monte ardente
Svelta da terra alzò Vulcano al cielo,
E la versò su le città infelici.
Io pur, per quella via sì amena e grata,
Padre, che mi mostrasti, ai boschi arguti
M'accostai di Parnasso, e su l'entrata
Dissi che di tua stirpe era disceso,
E pronto allor mi dier le Muse ingresso:
Nè son io tanto al padre mio tenuto,
Che il mar, le stelle e della terra i regni
Scoprì col suo sapere al mio talento,
Quant'è quel molto, che dovete a lui.
Tu, questo qualsisia onor del canto,

Non vulgare loqui, et famam sperare sepulcro.
Qualis eras, Latios quoties ego carmine patres
Mulcerem, felixque tui spectator adesses
Muneris! heu quali confusus gaudia fletu,
Vota piosque metus inter, laetumque pudorem!
Quam tuus ille dies! quam non mihi gloria major!
Talis Olympiaca juvenem quum spectat arena
Qui genuit, plus ipse ferit, plus corde sub alto
Caeditur: attendunt cunei; spectatur athletes
Ille magis, crebro dum lumina pulveris haustu
Obruit, et prensa vovet exspirare corona.
Hei mihi, quod tantum patrias ego vertice frondes,
Solaque Chalcidicae Cerealia dona coronae
Te sub teste tuli! Qualem te Dardanus Albae
Vix cepisset ager, si per me serta tulisses
Caesarea donata manu! quod subdere robur
Illa dies, quantum potuit dempsisse senectae!
Heu quod me mixta quercus non pressit oliva,
Et fugit speratus honos, quum Lustra parentis
Invida Tarpeii canerem! Te nostra magistro
Thebais urgebat priscorum exordia vatum;
Tu cantus stimulare meos, tu pandere facta
Heroum: bellique modos, positusque locorum
Monstrabas. Labat incerto mihi limite cursus
Te sine, et orbatae caligant vela carinae.

Nec solum larga memet pietate fovebas;
Talis et in thalamos: una tibi cognita taeda
Connubia, unus amor. Certe sejungere matrem
Jam gelidis nequeo bustis: te sentit, habetque,
Te videt, et tumulos ortuque obituque salutat,

A me l'hai dato, ed il parlar sublime.
Qual era del tuo cuor, quale il contento.
Allorchè de'miei carmi al suon rapiti
Stavan del Lazio ad ascoltarmi i padri,
E che misto fra lor godevi intanto
Felice spettator d'ogni tuo dono!
Ed oh qual confusion di gioja e pianto
Fra brame e tema, e fra un rossor, che piace!
Quel giorno, oh quanto a te diede di lode!
Quel giorno, oh quanto a me scemò di gloria!
Tale colui, che il giovinetto figlio
Vede pugnar nello steccato ignudo,
Sì lo porta l'amor, che col desio
Più del figlio crudele i colpi avventa
Al cor dell'inimico, e al suol lo spigne:
Miranlo i spettatori intorno assisi,
Ma lo sguardo d'ognun si volge al padre,
D'ogni atleta maggior, se ben non pugna
Che con l'affetto; e mentre a lui, che il mira,
Copre l'alzata polve il volto e i lumi,
Non toglie no l'ardente voto al core,
Ch'è di morir, purchè trionfi il figlio.
Me sfortunato, che una volta sola
Sotto degli occhi tuoi Cerere amica
Le patrie frondi al vincitor dovute
Ne' sacri giuochi suoi mi cinse al crine!
O con quale allegrezza il Lazio accolto
T'avrebbe mai, se la cesarea mano
T'avesse ornato di quegli aurei doni,
Che son pur tuoi, se ben l'onore io n'ebbi!
E perchè mai non diede a te quel giorno
Tanto vigor, quanto l'età ne tolse?
Ahimè che non mi cinse il capo allora
Intrecciato alla quercia il verde ulivo,
Che per avverso fato il canto mio
Men piacque a Giove, e lo sperato onore
Non meritai nel celebrarne i lustri!
Tu ben lo sai ch'altro maggior pensiero
Mi destavano in mente i tuoi precetti.
Gli antichi vati a ponderare attento
Mi stimolavi, onde gli eroi di Tebe
Potessi un giorno ravvivar col canto,
E aggiugner grazia alle famose imprese:
Quindi e l'arte di guerra, e i nomi e i siti
Delle città tu mi mostravi, ond'io
Senza di te n'avrei smarrito il corso,
Nè la mia nave avria trovato il porto.
Ma non io sol di tua pietade il frutto
Godeimi a lungo; il tuo costante affetto
Alla moglie si stese unica e sola
Fiamma del primo amor, che il cor t'accese:
E certo egli è, ch'ogni mio sforzo è vano
Dal tuo sepolcro a separar la madre;
Sei tu sì vivo ancor nella sua mente,
Ch'ella t'abbraccia, ella ti sente e vede;
O sia che nasca o che tramonti il sole,

Ut Pharios aliae ficta pietate dolores
Mygdoniosque colunt, et non sua funera plorant.
Quid referam expositos servato pondere mores?
Quae pietas? quam vile lucrum? quae cura pudoris?
Quantus amor recti? rursusque, ubi dulce remitti,
Gratia quae dictis? animo quam nulla senectus?
His tibi pro meritis, famam laudesque benignas
Index cura deûm, nulloque e vulnere tristes
Concessit: raperis, genitor, non indigus aevi,
Non nimius; trinisque decem quinquennia lustris
Juncta ferens. Sed me pietas numerare, dolorque
Non sinit: o Pylias aevi transcendere metas,
Et Teucros aequare senes, o digne videre
Me similem! Sed nec leti tibi janua tristis:
Quippe leves caussae, nec segnis tabe senili
Exitus instanti praemisit membra sepulcro;
Sed te torpor iners, et mors imitata quietem
Explicuit, falsoque tulit sub Tartara somno.
Quos ego tunc gemitus? comitum manus anxia vidit,
Vidit et exemplum genitrix, gavisaque vovit
Quae lamenta tuli: veniam concedite, Manes;
Fas dixisse, pater: non tu mihi plura dedisses.
Felix ille patrem vacuis circumdedit ulnis,
Vellet et, Elysia quamvis in sede locatum,
Abripere, et Danaas iterum portare per umbras:
Tentantem et vivos molitum in Tartara gressus
Detulit infernae vates longaeva Dianae.
Si chelyn Odrysiam pigro transmisit Averno

S'aggira all'urna, e la saluta e bacia.
Nè pur in lei finta è la doglia o il pianto,
Qual nelle donne egizie, o pur trojane,
Che con lagrime finte, Ati ed Osiri,
Funerali non suoi piangono estinti.
Ripeterò io quivi una per una
Le tue virtù, che son già note al mondo?
Qual fosse la pietade, e quanto vile
L'oro stimassi alle bell'opre avverso?
Qual fosse in te del vero onor la legge,
Del giusto amante, al mal oprar nemico?
Nè qui ridir io vuo' quel dolce ameno
Tratto nel conversar da'studii sciolto?
Qual grazia avessi ne'tuoi detti arguta,
E quanto brio nella matura etade.
Per questi tanti tuoi merti sublimi
I giusti Dei fama ti diero, e lode
Chiara mai sempre e senza macchia in volto.
Moristi al fin, ma degno ancor di vita,
Amato genitor, chè l'empia arciera
Vibrò con troppa fretta i strali suoi,
Quando, sovra i sessanta un lustro appena
Contavi tu d'un'età soda ancora:
Ma la pietade mia, ma il mio dolore
Non mi permette ricercarne il conto.
O degno in ver di trapassar la meta
Di quella etade a cui Nestor pervenne,
E de'vecchi di Troja eguagliar gli anni,
E di veder me giunto alla tua etade.
Ma la cagion del morbo tuo leggiera
Aprì men aspra al tuo morir la strada;
Mentre non la senile etica febbre
All'occaso ti spinse innanzi a sera;
Ma un sopor freddo, sotto cui ne viene
La morte ascosa, che rassembra un sonno;
Ahi che 'l tuo sonno altro non fu che morte!
Quai furo allora i miei sospiri e i pianti?
Lo san, lo sanno i tristi miei congiunti.
La madre il vide il mio dolore estremo,
E lieta va, perchè ella stessa attende
Dal pianto mio non inferior pietade.
Perdonatemi pure, alme felici,
E tu, padre, concedi alla mia doglia
Il poter dir, che lacrime non tante
Avrian sovra di me sparsi i tuoi lumi.
Felice Enea, che, vivo ancor, d'Averno
Passò le soglie, i neri fiumi e i laghi,
E col favor della Sibilla amica
Vide di nuovo il genitore Anchise;
Tentò rapirlo, ancorchè negli Elisi
Si godesse immortal lucida sede,
Bramoso ancor di riportarlo a Troja;
Provò tre volte d'abbracciarlo, e in vano
Tornar vuote le braccia al proprio seno.
Se per cagion minor di là da Stige
Orfeo n'andò della sua lira al suono;

Caussa minor; si Thessalicas Admeton in oras,
Si conjux retro Phylaceida rettulit umbram,
Cur nihil exoret, genitor, chelys aut tua Manes,
Aut mea? fas mihi sit patrios contingere vultus,
Fas junxisse manus, et lex quaecumque sequatur.
At vos, umbrarum reges, Ennaeaque Juno,
Si laudanda precor, taedas auferte comasque
Eumenidum: nullo sonet asper janitor ore:
Centaurosque, Hydraeque greges, Scyllaeaque monstra
Aversae celent valles; umbramque senilem
Invitet ripis, discussa plebe, supremis
Vector, et in media componat molliter alga.
Ite, pii Manes, Graiumque examina vatum,
Illustremque animam Lethaeis spargite sertis,
Et monstrate nemus, quo nulla irrupit Erinnys,
In quo falsa dies, coeloque simillimus aër.
Inde tamen venias melior, qua porta malignum
Cornea vincit ebur, somnique in imagine monstra
Quae solitus. Sic sacra Numae, ritusque colendos
Mitis Aricino dictabat nympha sub antro:
Scipio sic plenos Latio Jove ducère somnos
Creditur Ausoniis, et non sine Apolline Sylla.

E se dall'atre porte ebbe pur forza
Toglier Admeto la viril consorte
Col suo morir; se Laodamia ottenne
Strigner di nuovo al sen l'ombra adorata
Del fido süo Protesilao; chi 'l vieta
Che in virtù di tua lira a me non torni,
O che la mia non mi conduca in Dite?
Io bramo sol di riveder quel volto
A me sì caro, e strigner mano a mano,
Sotto quale si sia legge più dura.
Voi, re dell'ombre, e tu infernal Giunone,
Se pur qualche giustizia han le mie preci,
Rimovete le faci, e l'atre chiome
Delle Furie d' Abisso, ed ai latrati
Le tre gole chiudete al mostro orrendo:
Dalla plebe lontana in su la riva
Alta ed amena il passeggier Caronte
L'ombra senil riponga, e a lei conceda
Goder morbido letto all'alga in seno.
Andate a lei, anime belle, andate,
E voi greci poeti a lei correte,
E l'alma illustre coronate in Lete,
E i fiori elisii intorno a lei spargete:
Conducetela al fine entro la selva,
Da cui lontan si stan le Furie averne,
E dove al nostro ciel sono simili
L'aria purgata, e lo splendor del giorno.
Sì; che se mai verrà l'ombra diletta,
Qual pur soleva ad erudirmi in sogno,
Venga da quella porta ove l'avorio
Dal corno è vinto in presagirne il vero.
Così parlava in sogno Egeria a Numa
Allorchè i sacri riti a lui dettava
Nella grotta Aricina, e i dì solenni:
Così Giove a Scipione, Apollo a Silla.

IV

AD SOMNUM

Crimine quo merui juvenis, placidissime divûm,
Quove errore miser, donis ut solus egerem,
Somne, tuis? Tacet omne pecus, volucresque, feraeque,
Et simulant fessos curvata cacumina somnos:
Nec trucibus fluviis idem sonus; occidit horror
Aequoris, et terris maria adclinata quiescunt.

IV

AL SONNO

Per qual grave delitto, e per qual colpa
Giovine, ch' agli Dei caro se' tanto
Me sol rendi infelice, a me sol nieghi
Il favor de' tuoi doni, amabil sonno?
Dorme in mandra l'armento, ed entro ai nidi
Taccion gli augelli, e nel covil le fiere;
E gli antri e i monti al risuonar già stanchi
Par che posino anch'essi al sonno in braccio.
Si quetan l'onde, e l'alta orribil testa
Placido vedi il mar posar sul lido.
Già sette volte in cielo a far ritorno
Vidi la luna, e me trovò mai sempre
Senza riposo, e col pallor sul volto;
E tante volte ancor sul far del giorno

Septima jam rediens Phoebe mihi respicit aegras
Stare genas; totidem Oetaeae, Paphiaeque revisunt
Lampades, et toties nostros Tithonia questus
Praeterit, et gelido spargit miserata flagello.
Unde ego sufficiam? non si mihi lumina mille,
Quae sacer alterna tantum statione tenebat
Argus, et haud unquam vigilabat corpore toto.
Et nunc fors aliquis longa sub nocte, puellae
Brachia nexa tenens, ultro te, Somne, repellit.
Inde veni, nec te totas infundere pennas
Luminibus compello meis (hoc turba precetur
Laetior): extremo me tange cacumine virgae:
Sufficit, aut leviter suspenso poplite transi.

Fosforo vidi, e vidi il sol nascente,
Ed altrettante trascurò l'Aurora,
Senza pietade aver de' miei lamenti.
In me versar le fresche sue rugiade.
E sarò io bastante a tanta pena?
Nè pur se cento lumi avessi in fronte,
Che pure astutamente Argo a vicenda
Ora chiusi teneva, ed ora aperti,
Ripartendo tra lor vigilia e sonno.
Nè men forse colui, che in lunga notte
Stretta si tien l'amata donna al seno,
Resisterà del sonno al dolce invito.
Vieni ten priego, e l'ali tue distendi,
Ma con dolcezza, ad appannarmi i lumi:
(Degli allegri miei servi è questo il voto.)
Della tua verga colla parte estrema
Toccami gli occhi, e questo sol mi basta,
E senza far rumor passa leggero.

V

EPICEDION IN PUERUM SUUM

Me miserum (neque enim verbis solemnibus ulla
Incipiam nunc, Castaliae vocalibus undis
Invisus, Phoeboque gravis)! quae vestra, sorores,
Orgia, Pieriae, quas incestavimus aras?
Dicite: post poenam liceat commissa fateri.
Numquid inaccesso posui vestigia luco?
Num vetito de fonte bibi? quae culpa? quis error,
Quem luimus tantis moeroribus? Ecce lacertis
Viscera nostra tenens animamque, avellitur infans;
Non de stirpe quidem, nec qui mea nomina ferret
Oraque; non fueram genitor: sed cernite fletus,
Liventesque genas, et credite planctibus orbi.
Orbus ego: huc patres, et aperto pectore matres
Conveniant; crinesque rogis, et munera ferte.
Si qua sub uberibus plenis ad funera natos
Ipsa gradu labente tulit, madidumque cecidit

V

IN MORTE D'UN SUO FIGLIO ADOTTIVO

O me infelice (or non comincio il canto
Con quel facondo stil, che insegna l'arte,
Non ben veduto dalle Muse in Pindo,
E reso omai troppo molesto a Febo)!
Alme Pierie suore, e quando mai
Profanai l'are vostre, e i sacri riti?
Dite: se pur di dirlo evvi permesso,
Dopo della mia pena, il mio delitto.
Posi io forse il mio piede entro la selva
Cui si niega l' ingresso? o pur all'onda
Del fiumicel vietato il labbro immersi?
Qual colpa? qual error ho mai commesso,
Che mi convien purgar con tanti affanni?
Ecco, svelto mi vien di braccio un figlio,
Ch'era tutto il mio cor, l'anima mia:
Non è costui della mia stirpe, è vero,
Nè vanta no de' padri il nome e il volto:
No, non è di me nato, e non son padre;
Ma vedete i miei pianti onde le guance
Son divenute omai livide e smorte;
Alle lagrime mie date pur fede;
Nella morte di lui (ahi rimembranza!)
Senza padre ei rimase, io senza figlio.
Venite, o padri, e voi col petto ignudo,
Madri, correte, e l'auree chiome e i doni
Meste spargete al di lui rogo intorno.
Se v'è tra voi chi con le poppe piene
Portò li figli suoi con piè tremante
Alla pira, vedrà qual sia mia doglia,
Mentre ella stessa da pietà commossa,

Pectus, et ardentes restinxit lacte favillas;
Quisquis adhuc tenerae signatum flore juventae
Immersit cineri juvenem, primaque jacentis
Serpere crudeles vidit lanugine flammas.
Adsit, et alterno mecum clamore fatiscat:
Vincetur lacrymis, et te, Natura, pudebit:
Tanta mihi feritas, tanta est insania luctus!
Hoc quoque quum meditor terdena luce peracta
Acclinis tumulo, luctus in carmina verto,
Discordesque modos, et singultantia verba
Molior. Orsa dolor prohibet, atque ira tacendi
Impatiens: sed nec solitae mihi vertice laurus,
Nec fronti vittatus honos: en taxea marcet
Silva comis, hilaresque hederas plorata cupressus
Excludit: tenues ignavo pollice chordas
Pulso; sed incertam digitis errantibus amens
Tundo chelyn. Juvat heu! juvat illaudabile carmen
Fundere, et incompte miserum nudare dolorem.
Sic merui; sic me cantuque habituque nefastum
Aspiciant Superi: pudeat Thebasque novumque
Aeaciden: nil jam placitum manabit ab ore.
Ille ego, qui toties blandus matrumque patrumque
Vulnera, qui vivos potui mulcere dolores;
Ille ego lugentum mitis solator, acerbis
Auditus tumulis, et descendentibus umbris,
Deficio, medicasque manus, fomentaque quaero
Vulneribus, sed summa, meis: nunc tempus, amici,
Quorum ego manantes oculos et saucia tersi
Pectora, reddere opem, saevasque exsolvere grates.
Nimirum tunc vestra domans ego vulnera, moestos
Increpui: nunc damna dolens alterna, reposco

Spreme, quanto mai può, l'umido petto,
L'ardente fiamma ad ammorzar col latte:
E se talun v'è pur padre amoroso,
Cui sia morto il figliuol sul primo fiore
Della tenera etade, e 'l primo pelo
Abbia veduto a lui toglier la fiamma,
Venga pur meco a pareggiarne il duolo:
Vinceranlo le mie lagrime amare,
Onde n'avrà rossor natura stessa;
Tanto crudele è in me la doglia e il pianto!
Al sepolcro vicin già scorso è il mese
Ch'io penso a dar sollievo all'alma afflitta
Col cantar la tua morte; ahimè che i versi
Non son che pianti; e vo mettendo insieme
Con discorde armonia flebili voci
Tra i singhiozzi confuse, e tra i sospiri!
Così pugnano in me l'ira e 'l cordoglio;
L'un mi toglie il parlar, l'altra mi sprona
Di superar col canto il mio tacere.
Ma nè il solito lauro il crin mi cigne,
Nè le bende febee m'ornan la fronte.
Fregio infelice alle mie chiome è il tasso:
E 'l funesto cipresso ancor mi toglie
La verde ellera lieta onor, dei vati:
Quindi col maggior dito, pigro e fiacco
Tocco le corde non ben tese ancora,
E quasi fuor di me pensoso e incerto
Tasteggiando inegual pesto la lira.
Pur mi conviene ahimè! convien ch'io canti,
Se ben del mio cantar lode non spero,
E mostrar senza pompa il mio dolore:
Così vuol la mia sorte; e così appunto
In abito dimesso, e tristo in volto
Mi vedano gli Dei: so che vergogna
La Tebaide mia n'avranno, e Achille,
Che certo uscir non può dalla mia bocca
In tanto mio dolor cosa, che piaccia.
Io son pur quel, che tante volte e tante
Alle madri dolenti, ai padri afflitti
Col mio giocondo stil prestai conforto,
Che il non finto dolor resi men fiero:
Son io pur quel, che rasciugava altrui,
Mite consolator, l'umide luci:
Sì quel son io, ch'alle funebri pompe
Mi fei sentire, e penetrò mia voce
Sin negli Elisi a rallegrar quell'ombre,
Ed or manco a me stesso; e la mia piaga
Cerca medica man, che la risani.
Amici, o voi che consolai ne' pianti,
Ed apportai ristoro al cor ferito,
È tempo omai che a me quella rend'ate
Pietà, che di voi ebbi, e che cortesi
Mi siate almen d'un sì crudel favore.
Per mitigare allora il vostro affanno
Io vi sgridai, perchè di là dal duolo
Non permette ragion portarne i pianti;

Infelix lacrymas, et mitia carmina quaero.
Verum erat: absumptae vires, et copia fandi
Nulla mihi, dignumque nihil mens fulmine tanto
Repperit: inferior vox omnis, et omnia sordent
Verba. Ignosce, puer: tu me caligine mersum
Obruis ah! dira: viso sic vulnere carae
Conjugis, invenit caneret quod Thracius Orpheus
Dulce sibi; sic busta Lini complexus Apollo
Non tacuit. Nimius fortasse, avidusque doloris
Dicar, et in lacrymis justum excessisse pudorem.
Quisnam autem gemitus, lamentaque nostra reprendit?
O nimium felix, nimium crudelis, et expers
Imperii, Fortuna, tui, qui dicere legem
Fletibus, aut fines audet censere dolendi!
Incitat, heu! planctus: potius fugientia ripas
Flumina devincas, rapidis aut ignibus obstes,
Quam miseros lugere vetes: tamen ille severus,
Quisquis is est, nostrae cognoscat vulnera caussae.
Non ego mercatus Pharia de pube loquaces
Delicias, doctumve sui convicia Nili
Infantem, lingua nimium, salibusque protervum
Dilexi: meus ille, meus: tellure cadentem
Excepi, et vinctum genitali carmine fovi;
Pulsantemque novas tremulis ululatibus auras
Inserui vitae. Quid plus tribuere parentes?
Quin alios ortus, libertatemque sub ipsis
Uberibus tibi, parve, dedi: tu munera nostra
Ridebas, ignarus adhuc: properaverit ille,
Sed merito properabat, amor; ne perderet ullum
Libertas tam parva diem. Nonne horridus ipsos
Invidia Superos, injustaque Tartara pulsem?

Or, se portai con voi la dogliá eguale,
Dalle lacrime vostre, anch' io infelice,
Spero, non che dai carmi, aver ristoro;
E questa in me sarà giusta pietade,
Giacchè non ho nè forze e vena al canto,
Nè mai sa concepir l'afflitta mente
Quel, che degno mi fa d'un tal gastigo:
Triste ho le voci, ogni mio detto è vile.
Perdona al canto mio fievole e roco,
Fanciul, perdona; ahi nel mio duolo immerso
Caligine importuna i sensi adombra.
Vista così la dolce sposa Orfeo
Trafitta al piè da crudo serpe, appena
Cantar potè per compiacer sè stesso:
Così di Lino ai funerali Apollo
Sfogò con debil canto il suo dolore.
Altri forse diran che troppo ingordo
Cerco la doglia, e che m'alletta il pianto,
Che porto l'uno e l'altra oltre del giusto.
Chi sarà mai colui, che i miei lamenti
Riprender voglia, e i caldi miei sospiri?
Ed o troppo felice, o pur crudele,
Senza pratica aver di quel che sia
Della sorte incostante il vario impero,
Chi pretende d' impor le leggi al pianto,
Ed ardisce al dolor segnar la meta!
Ahi che piuttosto aggiugne l'esca al foco,
E mentre vuole altrui temprar l'affanno,
Altro non fa che insuperbir la doglia.
Arresterà più presto il corso ai fiumi,
O delle fiamme abbasserà l'orgoglio,
Che fermar in sugli occhi agl' infelici
Quella, che vien dal core, onda di pianto.
Sia chi si voglia, il mio censor severo
Vegga l'alta cagion del mio travaglio.
Non dalla gioventù plebea d'Egitto
Loquace sempre, il mio figliuol ne trassi
Con quel denar, ch'alla vil ciurma è prezzo:
Nè io l'amai, come nell'arte istrutto
Del parlar non modesto usato al Nilo,
Di lingua e di costumi, audace e rio.
Egli è pur mio, e posso dir mio figlio:
Nato l'accolsi, e fra le fasce ancora
Cantai le nenie alla sua culla appresso,
E piagnente talor lo strinsi al seno.
E che più far potean li padri stessi?
Pendevi ancor dalle materne poppe
Quando ed altri natali, ed altro stato
Ti diedi in libertà; ma tu ridevi,
Che i doni miei non conoscevi ancora.
S'affrettò l'amor mio nell'esser grato,
E ben n'avea ragion, se m'affrettava:
La libertà di lui fu così breve,
Che non dovea nè men perderne un giorno:
Indi pieno d'orror, invidi i Numi
Non chiamerò io dunque, e ingiusto il Fato?

Nonne gemam te, care puer? quo sospite, natos
Non cupii; primo gremium cui protinus ortu
Adplicui, fixique meum; cui verba, sonosque
Monstravi, questusque et murmura caeca resolvens;
Reptantemque solo demissus ad oscula dextra
Erexi, blandoque sinu, jam jamque natantes
*Exercere genas, dulcesque accersere somnos:
Cui nomen vox prima meum, Indusque tenello
Risus, et e nostro veniebant gaudia vultu.

(Desunt cetera)

Non dovrò io per te, fanciul diletto,
Versar dagli occhi miei stilla di pianto?
Eri tu sol la mia delizia, e solo
Te bramava il mio amor, non altro figlio:
Tra le braccia ti presi, ed al mio petto
T'accostai tenerello, e nato appena:
In quell'età, che a balbettar comincia,
E che mischia tra lor parole e pianti
Spiegava altrui li sensi tuoi confusi;
E tal volta col ventre a terra steso
T'alzai piagnente, e con le braccia al collo
Mitigava il tuo duol con i miei baci.
Era pur mio piacer tenerti in grembo
Mezzo sopito, e conciliarti il sonno.
La prima voce, che da te fu appresa,
Era il mio nome; e tu mio spasso e gioia
Dal mio volto imparavi ad esser lieto.

* * * * * * * * * * *

P. PAPINII STATII

T H E B A I D O S

LIBRI DUODECIM

PUBLII PAPINII STATII

THEBAIDOS

LIBER PRIMUS

Fraternas acies, alternaque regna profanis
Decertata odiis, sontesque evolvere Thebas,
Pierius menti calor incidit. Unde jubetis
Ire deae? Gentisne canam primordia dirae?
Sidonios raptus, et inexorabile pactum
Legis Agenoreae? scrutantemque aequora Cadmum?
Longa retro series, trepidum si Martis operti
Agricolam infandis condentem proelia sulcis
Expediam, penitusque sequar, quo carmine muris
Jusserit Amphion Tyrios accedere montes.
Unde graves irae cognata in moenia Baccho,
Quod saevae Junonis opus, cui sumpserit arcum
Infelix Athamas, cur non expaverit ingens
Ionium, socio casura Palaemone mater.
Atque adeo jam nunc gemitus, et prospera Cadmi
Praeteriisse sinam: limes mihi carminis esto
Oedipodae confusa domus: quando Itala nondum
Signa, nec Arctoos ausim sperare triumphos,
Bisque jugo Rhenum, bis adactum legibus Istrum,
Et conjurato dejectos vertice Dacos:
Aut defensa prius vix pubescentibus annis
Bella Jovis. Tuque o Latiae decus addite famae,
Quem nova maturi subeuntem exorsa parentis
Aeternum sibi Roma cupit: licet arctior omnes
Limes agat stellas, et te plaga lucida coeli
Pleiadum, Boreaeque, et hiulci fulminis expers
Sollicitet; licet ignipedum frenator equorum
Ipse tuis alte radiantem crinibus arcum
Imprimat, aut magni cedat tibi Juppiter aequa
Parte poli; maneas hominum contentus habenis,
Undarum terraeque potens, et sidera dones.
Tempus erit, cum Pierio tua fortior oestro
Facta canam: nunc tendo chelyn. Satis arma referre
Aonia, et geminis sceptrum exitiale tyrannis,
Nec furiis post fata modum, flammasque rebelles

L'armi fraterne, e con profani sdegni
L'empia Tebe contesa, e 'l regno alterno,
Furor sacro a cantare il sen mi accende.
Ma qual daremo, o Dee, principio al canto?
Canterem forse la feroce gente?
Forse i ratti Sidonii, o d'Agenorre
La dura legge, o per lo mar profondo
Canteremo di Cadmo i lunghi errori?
Ma da troppo remota ed alta fonte
Origin prenderebbe il nostro canto,
Se ridicesse del cultor che sparse
Il guerrier seme ne gl'infami solchi,
Onde poi nacque fratricida messe
D'uomini armati; o se ridir volesse
Tebe di sette porte, e d'ampie mura
Ornata al suon de l'anfionia cetra;
O l'ira di Giunone, e l'ingannata
Semele accesa dal celeste foco
Del suo divino non creduto amante;
O d'Atamante il reo furor, che scempio
Feo di Learco, onde ne' flutti amari
Ino fuggì con Melicerta in braccio.
I varii casi e le tue geste, o Cadmo,
Restin per or da parte; e sol di Edippo
L'infame casa, e mal concorde, al nostro
Canto porga il principio e porga il fine.
La cetra accordo, e già le Aonie schiere
E lo scettro fatale a i due tiranni
A cantar prendo; e de l'immonde Erinni
Gli odii immortali; e la discorde fiamma
De i due fratelli, e 'l biforcuto rogo;
E i regi estinti a gli avvoltoi lasciati
In preda; e le città di popol vuote:
Allor che Dirce di color sanguigno
Tinse l'onde cerulee, e stupì Teti,

Seditione rogi, tumulisque carentia regum
Funera, et egestas alternis mortibus urbes:
Caerula quum rubuit Lernaeo sanguine Dirce,
Et Thetis arentes assuetum stringere ripas,
Horruit ingenti venientem Ismenon acervo.
Quem prius heroum, Clio, dabis? immodicum irae
Tydea? laurigeri subitos an vatis hiatus?
Urget et hostilem propellens caedibus amnem
Turbidus Hippomedon, plorandaque bella protervi
Arcados, atque alio Capaneus horrore canendus.
  Impia jam merita scrutatus lumina dextra
Merserat aeterna damnatum nocte pudorem
Oedipodes, longaque animam sub morte tenebat.
Illum indulgentem tenebris, imaeque recessu
Sedis, inaspectos coelo, radiisque penates
Servantem, tamen assiduis circumvolat alis
Saeva dies animi, scelerumque in pectore Dirae.
Tunc vacuos orbes, crudum ac miserabile vitae
Supplicium, ostentat coelo, manibusque cruentis
Pulsat inane solum, saevaque ita voce precatur:
  « Di, sontes animas, angustaque Tartara poenis
Qui regitis; tuque umbrifero Styx livida fundo,
Quam video; multumque mihi consueta vocari
Annue, Tisiphone, perversaque vota secunda:
Si bene quid merui, si me de matre cadentem
Fovisti gremio, et trajectum vulnere plantas
Firmasti: si stagna peti Cyrrhaea bicorni
Interfusa jugo, possem quum degere falso
Contentus Polybo, trifidaeque in Phocidos arcto
Longaevum implicui regem, secuique trementis
Ora senis, dum quaero patrem: si Sphingos iniquae
Callidus ambages te praemonstrante resolvi:
Si dulces furias, et lamentabile matris
Connubium gavisus ini: noctemque nefandam
Saepe tuli, natosque tibi, scis ipsa, paravi:
Mox avidus poenae digitis caedentibus ultro
Incubui, miseraque oculos in matre reliqui;
Exaudi, si digna precor, quaeque ipsa furenti
Subjiceres: orbum visu regnisque parentem
Non regere, aut dictis moerentem flectere adorti
Quos genui, quocumque toro: quin ecce superbi,

E orror la prese nel veder l'Ismeno
Correre al mar di tante stragi onusto,
Non più contento di sue anguste sponde.
Ma qual fra tanti eroi, Musa, primiero
A me presenti? forse il gran Tideo
D' implacabile sdegno? forse il vate
Di sacra fronda il crin canuto cinto,
E l'immensa vorago ove fu assorto?
Ma dove lascio Ippodemonte, solo
Del fiume irato contro l'onde ultrici?
Dove il giovin d'Arcadia a guerra esposto
Per lui funesta? e Capaneo ben degno
Di più guerriera e più feroce tromba?
  Edippo già sè di sua man punendo,
Gli occhi svelti dal capo, e condannata
La sua vergogna ad un' eterna notte,
Moría vivendo d'una lunga morte.
Ei ne i più ascosi, e al sole stesso ignoti,
Cupi recessi de l'infame ostello
Chiuso volgea nell'agitata mente
L'orrendo incesto, e 'l miserabil giorno;
E co i flagelli del rimorso al fianco
Gli eran le Furie: onde mostrando al cielo
Le vuote cave de la cieca fronte,
Perpetua pena a l'infelice vita,
E con le man sanguigne il suol battendo,
L'orribil voce in cotai detti sciolse:
  « O crudi Numi de l'eterna notte,
Che i neri abissi e l'alme scellerate
Co' supplicii reggete; e voi stagnanti
Laghi di Stige, che senz' occhi ancora
Io veggo pure; e tu da me sovente
Tesifone invocata, a i fieri detti
Porgi l'orecchio, e il voto reo seconda.
Se teco meritai, se di te degno
Sono; se ne l'uscir dal matern' alvo
Mi raccogliesti; se l'infermo piede
Mi risanasti; se al bicorno giogo,
Ed a l'onda Cirrea mi fosti scorta;
(Quantunque meglio io mi vivea contento
Di Focide nel trivio, e ne la rocca
Di Pólibo da me creduto padre)
Se per te sola con quest' empia mano
Lo sconosciuto vecchio padre uccisi,
E spiegai de la Sfinge i sensi oscuri;
Se dolci furie nel materno letto
Per te gustai, e più nefande notti,
E a te i miei figli generai; se gli occhi
Svelsi di fronte, e a l'infelice madre
Gittai davanti: or le mie preci ascolta,
E accorda a me quel che per te faresti.
Gli empii miei figli (e che rileva il modo?)
Ch' io generai, non che del padre afflitto,
De l'alma luce privo e del suo regno,
Pietà li prenda, o cura, e il suo dolore
Tempriu co i detti. Essi già re nel nostro

Pro dolor! et nostro jamdudum funere reges
Insultant tenebris, gemitusque odere paternos.
Hisne etiam funestus ego? et videt ista deorum
Ignavus genitor? Tu saltem debita vindex
Huc ades, et totos in poenam ordire nepotes.
Indue quod madidum tabo diadema cruentis
Unguibus arripui, votisque instincta paternis
I media in fratres, generis consortia ferro
Dissiliant: da Tartarei regina barathri
Quod cupiam vidisse nefas: nec tarda sequetur
Mens juvenum, modo digna veni, mea pignora nosces. »

Talia jactanti crudelis diva severos
Advertit vultus: inamoenum forte sedebat
Cocyton juxta, resolutaque vertice crines,
Lambere sulphureas permiserat anguibus undas.
Ilicet igne Jovis, lapsisque citatior astris
Tristibus exsiluit ripis. Discedit inane
Vulgus, et occursus dominae pavet. Illa per umbras,
Et caligantes animarum examine campos,
Taenariae limen petit irremeabile portae.

Sensit adesse dies: piceo nox obvia nimbo
Lucentes turbavit equos. Procul arduus Atlas
Horruit, et dubia coelum cervice remisit.
Arripit extemplo Maleae de valle resurgens
Notum iter ad Thebas: neque enim velocior ullas
Itque reditque vias, cognataque Tartara mavult.
Centum illi stantes umbrabant ora cerastae,
Turba minor diri capitis: sedet intus abactis
Ferrea lux oculis; qualis per nubila Phoebes
Atracia rubet arte labor: suffusa veneno
Tenditur, ac sanie gliscit cutis: igneus atro
Ore vapor; quo longa sitis, morbique, famesque,
Et populis mors una venit. Riget horrida tergo
Palla, et caerulei redeunt in pectore nodi.
Atropos hos, atque ipsa novat Proserpina cultus.
Tum geminas quatit illa manus: haec igne rogali
Fulgurat, haec vivo manus aëra verberat hydro.

Ut stetit, abrupta qua plurimus arce Cithaeron

Trono sedendo dispettosi, a scherno
Han le tenebre nostre, ed hanno a sdegno
Le paterne querele. A questi ancora
Io sono in odio? E pur sel vede Giove?
E pur lo soffre? Ma se a lui non cale,
Fanne tu almeno aspra vendetta, e passi
Anche a i figli de i figli il rio flagello.
Cingi la chioma de l'infausto serto,
Che di putrido sangue ancora intriso,
Rapito un tempo fu da la mia mano;
Ed istigata da paterni voti,
Va tra gli empii fratelli: il ferro ostile
Tronchi del sangue i sacri nodi; e sia
Tal l'eccesso che ordisci, o Dea d'Averno,
Ch'io sospiri d'aver lume che il vegga.
Vieni tu quale a re conviensi; e pronti
Per ogni via ti seguiran gl'iniqui,
Nè potrai dubitar che sien miei figli. »

Alzò lo testa a quel parlare, e il voto
Gradì l'orrida Erinne. Ella sedea
Sul negro margo di Cocito, e agli angui
Del crin lambir lasciava il flutto immondo.
Non sì veloce il fulmine di Giove
Scende, o vapor ne l'aria acceso, come
Lasciò le infauste ripe. A lei davante
Fuggono i neri spirti, e l'ombre vane
De la tiranna lor temon l'aspetto.
Essa pel folto innumerabil vulgo
De l'anime dolenti il passo affretta,
E le tartaree porte a l'uscir chiuse
Passa veloce, ed esce all'aria pura.

Sentilla il giorno, e si coprì d'orrore;
Febo celò fra dense nubi il volto;
Eto e Piróo fur per tornare addietro;
Tremonne Atlante, ed il celeste incarco
Fu per cader, e ne temero i Numi.
Da l'ima valle di Mallea l'Erinne
Alzossi a volo, e ver l'iniqua Tebe
Diritto il cammin prese: a lei men note
Son le strade d'Abisso; a lei men grato
Del Tartaro natío sembra il soggiorno:
Cento ceraste, de l'orrendo crine
Parte minore, le fann'ombra al volto:
Gli occhi incavati ne la fronte, e accesi
D'una luce ferrigna, appunto quale
Cintia rosseggia al suon de' traci carmi:
Putrida tutta e di veleno infetta,
Che peste e sete e fami e stragi sparge
Ne' popoli, e più morti; ed ella sola
A tutti è morte. Si strascina a tergo
Lacero il manto, e se l'allaccia al petto
Con due serpenti: Atropo queste, e queste
Fogge Proserpina usa: ambe le mani
Scuote; con l'una feral teda innalza,
D'idre vibra con l'altra orribil ferza.

Giunta che fu di Citerone in cima,

Occurrit coelo, fera sibila crine virenti
Congeminat, signum terris, unde omnis Achaei
Ora maris late, Pelopeiaque regna resultant.
Audiit et medius coeli Parnassus, et asper
Eurotas, dubiamque jugo fragor impulit Oeten
In latus, et geminis vix fluctibus obstitit Isthmos.
Ipsa suum genitrix, curvo delphine vagantem
Arripuit frenis, gremioque Palaemona pressit.

Atque ea Cadmeo praeceps ubi limine primum
Constitit, assuetaque infecit nube penates;
Protinus attoniti fratrum sub pectore motus,
Gentilisque animos subiit furor, aegraque laetis
Invidia, atque parens odii metus. Inde regendi
Saevus amor: ruptaeque vices, jurisque secundi
Ambitus impatiens, et summo dulcius unum
Stare loco, sociisque comes discordia regnis.
Sic ubi delectos per torva armenta juvencos
Agricola imposito sociare affectat aratro:
Illi indignantes, quîs nondum vomere multo
Ardua nodosos cervix descendit in armos,
In diversa trahunt, atque aequis vincula laxant
Viribus, et vario confundunt limite sulcos.

Haud secus indomitos praeceps discordia fratres
Asperat. Alterni placuit sub legibus anni
Exsilio mutare ducem. Sic jure maligno
Fortunam transire jubent, ut sceptra tenentem
Foedere praecipiti semper novus angeret heres.
Haec inter fratres pietas erat: haec mora pugnae
Sola, nec in regem perduratura secundum.

Et nondum crasso laquearia fulva metallo,
Montibus aut alte Graiis effulta nitebant
Atria, congestos satis explicitura clientes.
Non impacatis regum advigilantia somnis
Pila, nec alterna ferri statione gementes
Excubiae, nec cura mero committere gemmas,
Atque aurum violare cibis. Sed nuda potestas
Armavit fratres: pugna est de paupere regno.
Dumque uter angustae squalentia jugera Dirces
Verteret, aut Tyrii solio non altus ovaret
Exsulis, ambigitur; periit jus, fasque, bonumque,
Et vitae, mortisque pudor. Quo tenditis iras?
Ah miseri! quid si peteretur crimine tanto

E scoprì Tebe, un sì grand' urlo mise,
E fischiar feo l' anguicrinita fronte,
Che ne sonàr per molte miglia i lidi,
Ed i regni di Pelope: Parnaso
Ed Eurota tremàr: Eta al fragore
Si curvò in fianco e fu a cader vicino;
E l' istmo ancora da i propinqui mari,
Ch' egli divide, ebbe a restar sommerso.
Vide la madre Palemon per l' onde
Sovra un delfin gire a diporto, e ratta
Gli diè di piglio, e se lo strinse al seno.

La Dea di Cadmo appena entrò nel tetto,
Che de l' usato suo vapor maligno
Tutti infettò i penati: allor s' accese
Ne gli ancor dubbii cor de' rei germani
Il natural furor: l' invidia sorse,
E l'odio dal sospetto, e la potente
Brama d' impero, e del secondo regno
Gl' infidi patti, e del secondo rege
Impazïente d' aspettar desío;
E gelosia di restar solo in trono,
E la sanguigna alfin discordia pazza.
Come talor fuor de la mandra tratti
L' agricoltore ad un medesmo aratro
Tenta accoppiar due fervidi giovenchi,
Cui non per anche da l' altero collo
E non calloso la giogaia pende:
Essi vanno discordi, e in varie parti
Traggono il peso indomiti e feroci,
E confondono l' un con l' altro solco;

Non altrimenti la discordia inaspra
Il cor de i due germani: un solo patto
Resta ancora fra lor, che per un anno
Tenga un lo scettro, e l' altro esule vada,
Per poi salir l' anno novello al trono:
Questa sola pietà fra lor rimase,
Questa fu del pugnar sola dimora
Da non durar sino al secondo rege.

Non era allor di lucido metallo
Il regio tetto adorno: ancor dagli alti
Monti di Paro i prezïosi marmi
Non formavan colonne a l' ampie logge,
Ove s' accoglie adulatrice turba;
Nè ancor la guardia de i guerrieri armati
Con alterne vigilie a l' alte porte
Custodivano i sonni del tiranno;
Nè a le tazze gemmate il vin, nè a l'oro
Commettevasi il cibo: angusto regno
Cagione fu de la crudel contesa.
Or mentre ancor la dubbia sorte pende,
Chi lasciar debba le ristrette zolle
Di Dirce, e chi regnar nel trono infausto
De l' esule di Tiro, andaro in bando
Onestade, ragion, giustizia e fede,
E di vita e di morte egual vergogna.
Ah miseri fratelli! ove vi tragge

Limes uterque poli, quem Sol emissus Eoo
Cardine, quem porta vergens prospectat Ibera?
Quasque procul terras obliquo sidere tangit
Avius, aut Borea gelidas, madidive tepentes
Igne Noti? Quid si Tyriae Phrygiaeve sub unum
Convectentur opes? loca dira, arcesque nefandae
Suffecere odio, furiisque immanibus emptum est
Oedipodae sedisse loco. Jam sorte carebat
Dilatus Polynicis honos. Quis tum tibi, saeve,
Quis fuit ille dies? vacua quum solus in aula
Respiceres jus omne tuum, cunctosque minores,
Et nusquam par stare caput? Jam murmura serpunt
Plebis Echioniae, tacitumque a principe vulgus
Dissidet; et, qui mos populis, venturus amatur.

Atque aliquis, cui mens humili laesisse veneno
Summa, nec impositos unquam cervice volenti
Ferre duces: « Hancne Ogygiis, ait, aspera rebus
Fata tulere vicem? toties mutare timendos,
Alternoque jugo dubitantia subdere colla!
Partiti versant populorum fata, manuque
Fortunam fecere levem. Semperne vicissim
Exsulibus servire dabor? tibi, summe deorum
Terrarumque sator, sociis hanc addere mentem
Sedit? an inde vetus Thebis extenditur omen,
Ex quo Sidonii nequicquam blanda juvenci
Pondera, Carpathio jussus sale quaerere Cadmus
Exsul Hyanteos invenit regna per agros:
Fraternasque acies fetae telluris hiatu
Augurium seros dimisit adusque nepotes?
Cernis, ut erectum torva sub fronte minetur
Saevior assurgens dempto consorte potestas?
Quas gerit ore minas? quanto premit omnia fastu?
Hicne unquam privatus erit? tamen ille precanti
Mitis, et affatu bonus et patientior aequi.
Quid mirum? non solus erat. Nos vilis in omnes
Prompta manus casus domino cuicumque parati.
Qualiter hinc gelidus Boreas, hinc nubifer Eurus
Vela trahunt, nutat mediae fortuna carinae.
Heu dubio suspensa metu, tolerandaque nullis
Aspera sors populis! Hic imperat: ille minatur. »

Cieco furor a scellerate guerre?
Perfidi, forse che da voi s' aspira
A conquistar quanto da i lidi Eoi
Trascorre il sole a la marina Ibera?
E ciò che obliquo mira; e fin là, dove
Spira Borea gelato, e dove scalda
Con i tepidi fiati il torrid' Austro?
E che fareste, se raccolti in uno
Di Frigia e Tiro fossero i tesori?
Un luogo infausto, una città crudele
Fur seme d' odio: de l' infame Edippo
Con sì ree furie fu comprato il trono.
Già Polinice da la sorte escluso
Ad Eteócle il primo onor cedea.
Quale per te, crudel, fu mai quel giorno,
Che solo a te, senza rivale al fianco,
Ligio vedesti il regno, e di già tua
Tutta la corte, e dal solo tuo cenno
Pender le leggi, e ognun di te minore?
Ma già comincia l' Echionia plebe
A mormorar; e qual del vulgo è stile,
Odia il rege presente, ama il futuro.

Uno fra loro, cui serpeggia in seno
Venen d' invidia, e impaziente soffre
L' esser soggetto: « Ahi queste dunque, grida,
Aspre vicende i crudi fati ordiro
Contro l'Ogigia gente? a i giochi alterni
E sempre formidabili sopporre
Il collo, ognor di nostra sorte incerti?
Diviso hanno fra loro il destin nostro,
E ne le mani lor la nostra sorte
Instabile divenne: ahi dunque ogni ora
Un esule servir sarem costretti?
E tu de i Numi padre e de' mortali,
Giove, ispirasti lor sì fiera mente?
Forse tal legge prescrivesti a Tebe
Fin da quel dì che per lo mare indarno
Il toro rapitor Cadmo seguendo,
Fondò ramingo in questi campi il regno?
O le nate da i solchi empie fraterne
Schiere mandaro a gli ultimi nipoti
L' infausto augurio? Or vedi, come insulta
Costui, che in sè tutto il poter raccolse?
Come torvo ne guata e ne minaccia?
Con quanto fasto ne conculca e preme?
E costui soffrirà scender dal trono?
Certo più umano e più gentil sembrava
L' altro fratello, e più del giusto amante.
Ma che però? egli non era solo.
E noi turba minor de' varii regi
A i rei servigii sarem sempre esposti,
Siccome nave in procelloso mare
Al diverso soffiar di Borea e d' Euro.
O troppo incerta e intollerabil sorte
De i popoli soggetti a due tiranni,
Che ne minaccia l' un, l' altro comanda! »

At Jovis imperiis rapidi super atria coeli
Lectus concilio divûm convenerat ordo
Interiore polo: spatiis hinc omnia juxta
Primaeque occiduaeque domus, effusa sub omni
Terra atque unda die: mediis sese arduus infert
Ipse deis, placido quatiens tamen omnia vultu,
Stellantique locat solio: nec protinus ausi
Coelicolae, veniam donec pater ipse sedendi
Tranquilla jubet esse manu: mox turba vagorum
Semideûm, et summis cognati nubibus amnes,
Et compressa metu servantes murmura venti
Aurea tecta replent; mixta convexa deorum
Majestate tremunt: radiant majore sereno
Culmina, et arcano florentes lumine postes.

Postquam jussa quies, siluitque exterritus orbis,
Incipit ex alto (grave et immutabile sanctis
Pondus adest verbis, et vocem Fata sequuntur):

« Terrarum delicta, nec exsuperabile diris
Ingenium mortale queror: quonam usque nocentum
Exigar in poenas? taedet saevire corusco
Fulmine: jam pridem Cyclopum operosa fatiscunt
Brachia, et Aeoliis desunt incudibus ignes.
Atque ideo tuleram falso rectore solutos
Solis equos, coelumque rotis errantibus uri,
Et Phaëthontea mundum squalere favilla.
Nil actum est: neque tu valida quod cuspide late
Ire per illicitum pelago, germane, dedisti.
Nunc geminas punire domos, quis sanguinis auctor
Ipse ego, descendo. Perseos alter in Argos
Scinditur, Aonias fluit hic ab origine Thebas.
Mens cunctis imposta manet: quis funera Cadmi
Nesciat? et toties excitam a sedibus imis
Eumenidum bellasse aciem? mala gaudia matrum,
Erroresque feros nemorum, et reticenda deorum
Crimina? Vix lucis spatio, vix noctis abactae
Enumerare queam mores, gentemque profanam.
Scandere quin etiam thalamos hic impius heres
Patris, et immeritae gremium incestare parentis
Appetiit, proprios monstro revolutus in ortus.

Di Giove intanto al riverito impero
Il senato de' Numi era raccolto
Nel centro interno del girevol polo.
Sorge quivi una reggia alta, lucente,
Ch' è posta in mezzo, ed egualmente siede
Tra 'l dì e la sera, e l'Aquilone e l'Austro,
Donde quanto è quaggiù tutto si scopre
E di terre e di mari. Egli sublime,
Ma placido, in sembiante, in lo stellato
Trono si posa, e i riverenti Dei,
Che stangli intorno, dolcemente mira,
E lor con mano di seder fa cenno.
Empion le logge poi la minor turba
De' Semidei, e delle nebbie affini
I fiumi, e per timor placidi e cheti
I venti impetuosi: al grave pondo
Di tanti Numi vacillâr le sfere;
E lo splendor de le divine fronti
Tutte d'intorno feo l'auree pareti
Folgoreggiare di più chiara luce.
Ma dopo ch' egli di tacer fe' cenno,
E s' ammutì lo sbigottito mondo,
Parlò da l'alto. (Li tremendi detti
Forza han di legge, e gli ubbidisce il Fato.)

« A voi, Numi, de' perfidi mortali
L'opre nefande accuso, e l'empie menti
Non spaventate da le furie, o vinte;
Cotanto osan tentar lo sdegno nostro?
Io sazio son di fulminar; già stanchi
Sono i Ciclopi nel lavoro, e manca
A l'Eolie fucine il ferro e il fuoco.
Perciò vidi, e 'l permisi, il falso auriga
A traverso guidar Eto e Piróo,
E da l'ardenti ruote il cielo acceso,
E il mondo andar in cenere e in faville.
Ma tutto invano: invan col gran tridente,
Fratello, apristi, innsitate strade
A l'onde tue ne li vietati campi.
Or io stesso le due di Tebe e d'Argo
Inique stirpi a castigar discendo:
Sebben ambe da me l'origin hanno,
Tutti han d' errori l'empie menti infette.
Chi di Cadmo non sa le trasformate
Forme e l'acerbo fato? e da gli abissi
Le uscite Furie a perturbare il mondo?
Chi de le madri barbare i piaceri
Ignora? e de le selve i crudi errori?
E quei (che pur sotto silenzio premo)
Delitti de gli Dei? Non è bastante
Del dì la luce e della notte l'ombra
Tutti a narrar de la profana gente
Gl' indegni eccessi; anzi che l'empio erede
Rivolto, quasi bruto, al ventre, ond' ebbe
Vital respiro sul paterno letto
Macchiò d'incesto l'innocente madre
Non meritevol di cotanto oltraggio:

Ille tamen Superis aeterna piacula solvit,
Projecitque diem: nec jam amplius aethere nostro
Vescitur, at nati (facinus sine more!) cadentes
Calcavere oculos. Jam jam rata vota tulisti,
Dire senex! meruere tuae, meruere, tenebrae
Ultorem sperare Jovem. Nova sontibus arma
Injiciam regnis, totumque a stirpe revellam
Exitiale genus. Belli mihi semina sunto
Adrastus socer, et Superis adjuncta sinistris
Connubia. Hanc etiam poenis incessere gentem
Decretum. Neque enim arcano de pectore fallax
Tantalus, et saevae periit injuria mensae. »
Sic pater omnipotens. Ast illi saucia dictis
Flammato versans inopinum corde dolorem
Talia Juno refert: « Mene, o justissime divûm,
Me bello certare jubes? scis semper ut arces
Cyclopum, magnique Phoroneos inclyta fama
Sceptra viris, opibusque juvem, licet improbus illic
Custodem Phariae, somno letoque juvencae
Exstinguas, septis et turribus aureus intres.
Mentitis ignosco toris: illam odimus urbem,
Quam vultu confessus adis: ubi conscia magni
Signa tori, tonitrus agis, et mea fulmina torques.
Facta luant Thebae: cur hostes eligis Argos?
Quin age, si tanta est thalami discordia sancti,
Et Samon, et veteres armis exscinde Mycenas.
Verte solo Sparten. Cur usquam sanguine festo
Conjugis ara tuae, cumulo cur turis Eoi
Laeta calet? Melius votis Mareotica fumat
Coptos, et aerisoni lugentia flumina Nili.
« Quod si prisca luunt auctorum crimina gentes,
Subvenitque tuis sera haec sententia curis;
Percensere aevi senium, quo tempore tandem
Terrarum furias abolere, et saecula retro
Emendare sat est? jamdudum ab sedibus illis
Incipe, fluctivaga qua praeterlabitur unda
Sicanos longe relegens Alpheus amores.
Arcades hic tua (nec pudor est?) delubra nefastis

Pur ei pagò del fallo suo le pene
A i Numi irati, e si privò del giorno,
Nè più vagheggia l'aere sereno.
Ma i figli, i figli (oh scelleraggin nova
E non intesa più!) del cieco padre
Calpestan gli occhi. Ah non andranno inulti!
Sono esauditi i voti tuoi crudeli:
Han meritato alfin le tue tenebre
Giove vendicator, vecchio infelice.
Involverò li due profani regni
In nuove guerre: svellerò da l'imo
La scellerata stirpe; il vecchio Adrasto
E 'l genero ramingo e le malvage
Nozze contratte sotto infausti auspicii
De la discordia innalzino la face.
Anche a costor dovute son le pene.
Nè di mente m'uscío l'ingiuria atroce
De la Tantalea sanguinosa mensa. »
Egli qui tacque; e dentro il cor profondo
D'improvviso dolor percossa e punta,
Così Giuno rispose: « A me tu dunque,
O ingiusto Nume, fai di guerra invito?
E ben sai tu di qual favore onori
Le rocche da i Ciclopi al cielo alzate,
E qual io porga aita al nobil regno,
Cui d'Inaco il figliuolo illustre rese.
Tacciasi da me pure, e si perdoni
De l'adultera vacca il buon custode
Prima sopito in ingannevol sonno,
E poscia ucciso; e la mentita pioggia
Con cui di Danae nè la torre entrasti.
Non ti rinfaccio le mentite forme,
E gl'incogniti stupri. Io quella abborro
Cittade, ove tu vai col proprio aspetto
Cinto di raggi e fulmini stridenti,
E con la maestà che meco giaci.
Sconti Tebe i suoi falli: Argo è innocente.
Ma che mai dico? Or via: Sparta e Micene,
E la mia Samo atterra, e non sia luogo,
Ove a la diva tua germana e moglie
S'offran vittime e incensi, e s'ergan are.
Sian più felici d'Io gli augusti tempii,
E gli adori tranquillo il vasto Egitto,
E di più sistri il risonante Nilo.
« Ma se pur vuoi de gli avi più remoti
Ne i nipoti punir le colpe antiche;
Se riandando i secoli vetusti,
Ti si risveglia in cor tarda vendetta;
E quando porrai modo a i tuoi flagelli?
Quando potrai tutto purgare il mondo?
E qual sì pura e non colpevol gente
Troverai tu, che fra li padri e gli avi
Un reo non conti? Ma se pur desío
Hai di punir, mira là dove Alfeo
Per occulto cammin segue Aretusa:
Ivi gli Arcadi tuoi t'ergono altari

Imposuere locis: illic Mavortius axis
Oenomai, Geticoque pecus stabulare sub Haemo
Dignius: abruptis etiamnum inhumata procorum
Relliquiis trunca ora rigent: tamen hic tibi templi
Gratus honos: placet Ida nocens, mentitaque manes
Creta tuos. Me Tantaleis consistere tectis,
Quae tandem invidia est? Belli deflecte tumultus,
Et generis miseresce tui. Sunt impia late
Regna tibi, melius generos passura nocentes. »
Finierat miscens precibus convicia Juno.
At non ille gravis, dictis, quamquam aspera, motus
Reddidit haec: « Equidem haud rebar te mente secunda
Laturam, quodcumque tuos, licet aequus, in Argos
Consulerem, neque me, detur si copia, fallit
Multa super Thebis Bacchum, ausuramque Dionem
Dicere, sed nostri reverentia ponderis obstat.
Horrendos etenim latices, Stygia aequora fratris
Obtestor, mansurum et non revocabile verum,
Nil fore quo dictis flectar: quare impiger ales
Portantes praecede Notos, Cyllenia proles,
Aëra per liquidum, regnisque illapsus opacis
Dic patruo: superas senior se tollat ad auras
Laius, exstinctum nati quem vulnere, nondum
Ulterior Lethes accepit ripa, profundi
Lege Erebi: ferat haec diro mea jussa nepoti:
Germanum exsilio fretum, Argolicisque tumentem
Hospitiis, quod sponte cupit, procul impius aula
Arceat, alternum regni inficiatus honorem:
Hinc caussae irarum. Certo reliqua ordine ducam.»
Paret Atlantiades dictis genitoris, et inde
Summa pedum propere plantaribus illigat alis,
Obnubitque comas, et temperat astra galero.
Tum dextrae virgam inseruit, qua pellere dulces
Aut suadere iterum somnos, qua nigra subire
Tartara, et exsangues animare assueverat umbras.
Desiluit; tenuique exceptus inhorruit aura.
Nec mora, sublimes raptim per inane volatus
Carpit, et ingenti designat nubila gyro.
Interea patriis olim vagus exsul ab oris
Oedipodionides furto deserta pererrat
Aoniae. Jam jamque animis male debita regna

In luoghi infausti; ivi si vede il carro
D' Enomao, ivi li suoi crudi destrieri,
Degni servire a i fieri Geti e i Traci.
Ivi si miran biancheggiar pe' campi
L' ossa insepolte de' rivali uccisi.
E pur ivi gradisci incensi e voti;
E pur Ida nocente e la vinosa
Creta ti piace, e 'l tuo mentito avello.
Perchè d' Argo a me invidii il bel soggiorno?
Volgi altrove la guerra, e del tuo sangue
Pietà ti prenda: altri più iniqui regni
Degni vi son del genero fatale. »
Così tra supplichevole e sdegnosa
Parlò Giunone. Imperturbabilmente
Udilla Giove, e tal le diè risposta:
« Che d' Argo tua tu la difesa prenda,
Già non m' è nuovo, e rivoltar altrove,
Quantunque giusta, l' ira mia procuri.
E Bacco ancora e Citerea per Tebe
Mi farian voti; ma timor li frena,
E riverenza al mio divin volere.
Io per l' onda fraterna e spaventosa
Giuro di Stige: terrò fermo il detto,
E sarà irrevocabile il destino.
Or tu, messaggio mio, Cillenia prole,
Fendi l' aere leggiero, e i venti passa,
E giù scendendo al tenebroso regno,
Al tuo gran zio la mia ambasciata esponi:
Laio di sangue ancor bagnato e lordo
Dal figlio ucciso, e per la dura legge
De l' Erebo profondo ancor vagante
Lungo il margo di Lete, al giorno mandi,
E li miei cenni al reo nipote ei porti:
L' esule suo fratel fatto superbo,
E da gli ospizii e da le nozze argive
(Com' è già suo desire) ei tenga escluso
Da Tebe, e neghi del paterno regno
Il vicendevol pattuito onore:
Quinci a l' ire principio: il resto poi
Condurrò con cert' ordine di cose. »
Ubbidì pronto il messaggier celeste
A i comandi del padre; e già calzati
I talari, e adombrati i rai del volto
Con l' alato cappello, in mano ei prese
Il caduceo fatal di serpi cinto:
Egli con questo a suo piacer discaccia
Da gli occhi il sonno, e a suo piacer l' infonde:
Con questo aprir può le tartaree porte,
E vita dare e spirto a l' ombre esangui.
Gittossi poscia nel freddo aer puro,
E in un momento con girevol volo
A l' ime parti si calò da l' alto.
Ramingo intanto e de la patria in bando
Già Polinice per l' Aonie selve,
Volgendo ognor ne l' agitata mente
Il pattuito regno e l' anno alterno,

Concipit, et longum signis cunctantibus annum
Stare gemit. Tenet una dies noctesque recursans
Cura virum, si quando humilem decedere regno
Germanum, et semet Thebis, opibusque potitum
Cerneret, hac aevum cupiat pro luce pacisci.
Nunc queritur ceu tarda fugae dispendia: sed mox
Attollit flatus ducis, et sedisse superbum
Dejecto se fratre putat; spes anxia mentem
Extrahit, et longo consumit gaudia voto.

Tunc sedet Inachias urbes, Danaëiaque arva,
Et caligantes abrupto sole Mycenas,
Ferre iter impavidum. Seu praevia ducit Erinnys,
Seu fors illa viae, sive hac immota vocabat
Atropos. Ogygiis ululata furoribus antra
Deserit, et pingues Baccheo sanguine colles.

Inde plagam, qua molle sedens in plana Cithaeron
Porrigitur, lassumque inclinat ad aequora montem,
Praeterit. Hinc arcte scopuloso in limite pendens,
Infames Scyrone petras, Scyllaeaque rura
Purpureo regnata seni, mitemque Corinthum
Linquit, et in mediis audit duo litora campis.

Jamque per emeriti surgens confinia Phoebi
Titanis, late mundo subvecta silenti
Rorifera gelidum tenuaverat aëra biga.
Jam pecudes volucresque tacent: jam somnus avaris
Inserpit curis, pronusque per aëra nutat,
Grata laboratae referens oblivia vitae.
Sed nec puniceo rediturum nubila coelo
Promisere jubar, nec rarescentibus umbris
Longa repercusso nituere crepuscula Phoebo.
Densior a terris, et nulli pervia flammae
Subtexit nox atra polos. Jam claustra rigentis
Aeoliae percussa sonant, venturaque rauco
Ore minatur hiems, venti transversa frementes
Confligunt, axemque emoto cardine vellunt,
Dum coelum sibi quisque rapit. Sed plurimus Auster
Inglomerat noctem, et tenebrosa volumina torquet,
Defunditque imbres, sicco quos asper hiatu
Persolidat Boreas: necnon abrupta tremiscunt
Fulgura, et attritus subita face rumpitur aether.
Jam Nemee, jam Taenariis contermina lucis

Che lento a lui più de l'usato sembra.
Questo pensiero il dì, questo la notte
Gli sta fisso nel core, e già si finge
Esule il fier germano, umile, abbietto,
E sè potente dominare in trono.
E tanto brama un sì felice giorno,
Che torría seco a patteggiar la vita.
Ora si duol de l'intricate strade,
Che ritardan sua fuga; ora i reali
Spirti riprende, e sul fratel depresso
Salir gli sembra su l'avito soglio.
L'alma agitata in dubbia speme ondeggia,
E in lunghi voti il suo desir consuma.

Or sin che Febo tutto compia intero
Suo vasto giro, di ritrarsi agogna
A' Danai campi, d'Inaco a le rocche
Od a Micene, onde già il sol fuggio;
Nè so ben dir, se lo traesse il Fato,
O 'l sospingesse pur l'immonda Erinne.
Lascia gli urlisonanti antri di Ogige,
E dal furor de le Baccanti sparsi
Di sangue i monti, e scende ove Citero
In lieti colli verso il mar s'appiana.
Passa oltre, e di Sciron l'infame scoglio
Vede, e scorre a Megara, e la salubre
Corinto a tergo lascia, ove si sente
Mugghiare il mar da due contrarie sponde.

Ma di già Febo il suo diurno corso
Finito aveva, e la triforme Dea
Col rugiadoso carro iva vagando
Per l'alto cielo, e ne piovea vapore
Che l'aer denso fa freddo e sottile.
Già su i rami gli augei, le belve in tane
Prendon riposo, e di già il dolce sonno
Molce le cure, e infonde obblío de' mali.
Ma il sol caduto infra le nubi involto,
E il non purpureo rosseggiante cielo
Non promettean sereno il nuovo giorno.
S'alzan da terra atri vapori e densi,
Che, alto salendo, son mutati in nebbia.
Una tetra caligine profonda
Copre di Cintia il vacillante lume:
Già già s'odon sonar l'Eolie chiostre,
E un fremer rauco di spezzate nubi
La tempesta minaccia. I venti in guerra,
Mentre il campo del cielo ognun pretende,
E l'uno e l'altro incalza, e nessun cede,
Sembra schiantare dal suo centro il mondo.
Ma l'Austro più potente in maggior notte
La notte involve, e turbini e procelle
Mesce, e la pioggia in giù versa a torrenti;
Che al soffiar poscia d'Aquilon gelato
In grandin si condensa e i campi inonda.
Serpeggian per lo ciel fulmini ardenti,
E spezzan l'aria spessi tuoni e lampi.
Scorron per tutto l'acque, e la Nemea

Arcadiae capita alta madent. Ruit agmine facto
Inachus, et gelidas surgens Erasinus ad Arctos.
Pulverulenta prius, calcandaque flumina nullae
Aggeribus tenuere morae, stagnoque refusa est
Funditus, et veteri spumavit Lerna veneno.
Frangitur omne nemus: rapiunt antiqua procellae
Brachia silvarum, nullisque aspecta per aevum
Solibus umbrosi patuere aestiva Lycaei.
Ille tamen modo saxa jugis fugientia ruptis
Miratur, modo nubigenas e montibus amnes
Aure pavens, passimque insano turbine raptas
Pastorum pecorumque domos. Non segnius amens,
Incertusque viae, per nigra silentia, vastum
Haurit iter: pulsat metus undique, et undique frater.
Ac velut hiberno deprensus navita ponto,
Cui neque temo piger, neque amico sidere monstrat
Luna vias, medio coeli, pelagique tumultu
Stat rationis inops; jamjamque aut saxa malignis
Exspectat submersa vadis, aut vertice acuto
Spumantes scopulos erectae incurrere prorae.
Talis opaca legens nemorum Cadmeius heros,
Accelerat, vasto metuenda umbone ferarum
Excutiens stabula, et prono virgulta refringit
Pectore: dat stimulos animo vis moesta timoris,
Donec ab Inachiis victa caligine tectis
Emicuit lucem devexa in moenia fundens
Larissaeus apex. Illo spe concitus omni
Evolat: hinc celsae Junonia templa Prosymnae
Laevus habet; hinc Herculeo signata vapore
Lernaei stagna atra vadi, tandemque reclusis
Infertur portis. Actutum regia cernit
Vestibula: hic artus imbri ventoque rigentes
Projicit, ignotaeque acclinis postibus aulae
Invitat tenues ad dura cubilia somnos.
Rex ibi tranquillae medio de limite vitae
In senium vergens populos Adrastus habebat,
Dives avis, et utroque Jovem de sanguine ducens.
Hic sexus melioris inops, sed prole virebat
Foeminea, gemino natarum pignore fultus.
Cui Phoebus generos (monstrum exitiabile dictu!
Mox adaperta fides) aevo ducente canebat
Setigerumque suem, et fulvum adventare leonem.

Valle n'è piena, e già ne sono molli
D'Arcadia i monti a le Tenarie selve
Vicini, e per più rivi Inaco altero
Già soverchia le sponde, e il suo veleno
Lerna ripiglia, e ne gorgoglia e freme.
Argine più non v'è, non v'è riparo
Che de i poc'anzi polverosi fiumi
Possa frenar l'impetuoso corso.
Volano infranti i tronchi, e del Liceo
I cupi boschi, ove non entra il sole,
Penetra il turbo impetuoso e rio.
Il miser Polinice intorno mira,
E vede giù precipitar da' monti
Rupi infrante e torrenti: ode il fracasso
De la procella, che rapisce seco
Svelte le case gli uomini e gli armenti.
Egli tremante, e del cammino ignaro,
Per l'ombre cieche de la buia notte
Il passo affretta, e lo spaventa e turba
Quinci il tempo crudel, quindi il germano.
Così il nocchier, che in procelloso mare
Privo di Cinosura, e senza lume,
Non vede più dove drizzar la prora;
Sta fra varii timor dubbio ed incerto:
Teme le sirti ascose ed i palesi
Scogli, e ad ognora d'affondar paventa.
Il giovane infelice afflitto e lasso
Per lo più folto de le oscure selve
Le siepi apre col petto e le boscaglie,
E col pesante scudo urta e percote
Di qua, di là arbori, tronchi e massi,
Ove albergan talor feroci belve;
E lo stesso timor dà lena al piede.
Pur finalmente de l'eccelsa rocca
Di Larissa ne i tetti alti e sublimi,
Che d'Inaco già fur, vede una face
Che l'ombre scaccia, e lungi spande il lume.
Ei colà s'incammina, e la palude
Di Lerna insigne per l'Erculeo foco,
Ed entra d'Argo ne le schiuse porte.
Vede le logge del real palagio,
Ed ei di pioggia ancor stillante e molle
Vi si ricovra, e sopra il duro suolo
Stende le membra, e invita gli occhi al sonno.
Qui il buon Adrasto i popoli reggea
Con dolce freno ed in tranquilla pace,
Uomo d'anni maturo, e più di senno,
Per avi illustre, e che il suo sangue tragge
Per ambo i rivi dal supremo Giove.
A sua felicità mancavan solo
Del miglior sesso i figli, e solo a lato
Due figlie leggiadrissime tenea.
A queste Febo con occulte ambagi
Strani sposi promette e fiere nozze.
Un setoso cinghiale a l'una, e un biondo
Leone a l'altra; ed avverossi il detto.

Haec volvens, non ipse pater, non docte futuri
Amphiaraë vides, etenim vetat auctor Apollo.
Tantum in corde sedens aegrescit cura parentis!

Ecce autem antiquam fato Calydona relinquens
Olenius Tydeus (fraterni sanguinis illum
Conscius horror agit) eadem sub nocte sopora
Lustra terit, similesque Notos dequestus et imbres,
Infusam tergo glaciem, et liquentia nimbis
Ora, comasque gerens, subit uno tegmine, cujus
Fusus humo gelida partem prior hospes habebat.
Hic vero ambobus rabiem fortuna cruentam
Attulit: haud passi sociis defendere noctem
Culminibus: paulum alternis in verba minasque
Cunctantur: mox ut jactis sermonibus irae
Intumuere satis, tum vero erectus uterque
Exsertare humeros, nudamque lacessere pugnam.
Celsior ille gradu procera in membra, simulque
Integer annorum, sed non et viribus infra
Tydea fert animus, totosque infusa per artus
Major in exiguo regnabat corpore virtus.
Jam crebros ictus ora et cava tempora circum
Obnixi ingeminant, telorum aut grandinis instar
Rhiphaeae, flexoque genu vacua ilia tundunt.
Non aliter quam Pisaeo sua lustra Tonanti
Quum redeunt, crudisque virûm sudoribus ardet
Pulvis, at hinc teneros caveae dissensus ephebos
Concitat, exclusaeque exspectant praemia matres.
Sic alacres odio, nullaque cupidine laudis
Accensi incurrunt, scrutatur et intima vultus
Unca manus, penitusque oculis cedentibus instat.
Forsan et accinctos lateri (sic ira ferebat)
Nudassent enses, meliusque hostilibus armis
Lugendus fratri, juvenis Thebane, jaceres,
Ni rex insolitum clamorem, et pectore ab alto
Stridentes gemitus, noctis miratus in umbris,
Movisset gressus, magnis cui sobria curis
Pendebat somno jam deteriore senectus.

Isque ubi progrediens numerosa luce, per alta
Atria, dimotis adverso limine claustris
Terribilem dictu faciem, lacera ora, putresque
Sanguineo videt imbre genas: «Quae caussa furoris
Externi juvenes (neque enim meus audeat istas
Civis in usque manus), quisnam implacabilis ardor
Exturbare odiis tranquilla silentia noctis?
Usque adeone angusta dies? et triste, parumper
Pacem animo, somnumque pati? sed prodite tandem

Questo enimma funesto il vecchio padre,
E del futuro Anfiarao presago
Invan tentan svelare: Apollo il vieta;
E un sì tristo pensier nel padre invecchia.

Ed ecco intanto il gran Tideo scacciato
Di Calidonia per crudel destino,
E conscio a sè de la fraterna morte,
Per le stesse procelle e per le stesse
Folte selve passando, e de la pioggia
Tutto grondante il crin, grondante il manto,
Giunge ove Polinice ha preso albergo.
Tosto fortuna a i due guerrieri appresta
Nuovi furori, e l'uno a l'altro nega
Sotto un tetto comun prender riposo.
Brevi fur le minacce; e tosto accesi
D'ira steser le braccia, e disarmati
A nuda guerra s'accozzaro insieme.
Era grande il Tebano, e in ferma etade;
Ma Tideo di coraggio a lui non cede,
E il suo vigor per tutt'i membri sparso
Dentro il piccolo corpo era maggiore.
Qual su i monti Rifei cadon frequenti
E grandini e saette: i due rivali
Spesseggian le percosse, e fanno al volto
Od a le cave tempia ingiuria e danno:
Incurvan le ginocchia, e a lotta stretti
Si premono a vicenda il petto e'l fianco;
Siccome allor, che terminato il lustro,
Rinnova Olimpo i sacri giuochi a Giove:
Di nobile sudor sparsa è l'arena,
E i varii applausi a i giovanetti eroi
Accrescon forze ne l'amico agone,
E aspettan fuori il vincitor le madri;
Così ne l'ira pronti, e non già mossi
Da bel desio d'onor, guastansi 'l viso
Con mani adunche, e non rispettan gli occhi;
E forse il ferro avriano preso, e forse
Tu, Polinice, con men empio fato
Cadevi, e t'avria pianto anche il fratello:
Se non che Adrasto a cui la molta etade,
E più le cure fanno lieve il sonno,
Ode il fragor de le percosse, e i gridi
Tratti da l'imo petto, e non usati
Ne i taciti silenzii de la notte;
E ratto corre: esce da l'alte porte,
E lo precedon cento faci accese.
Ma poi che giunge ov'è il conflitto, e vede,
Orribil vista! i lacerati volti
Di sangue intrisi: « E qual furor vi mena,
O giovani stranieri, a fiera pugna?
Dice perchè so ben che nel mio regno
Uom sì ardito non fora. E qual sì atroce
D'odio cagion de la tranquilla notte
Turba i riposi? è forse angusto il giorno?
Di placida quiete un sol momento
Invidiate a voi stessi, e un breve sonno?

Unde orti? quo fertis iter? quae jurgia? nam vos
Haud humiles tanta ira docet, generisque superbi
Magna per effusum clarescunt signa cruorem. »
Vix ea, cum mixto clamore obliqua tuentes
Incipiunt una: « Rex o mitissime Achivûm!
Quid verbis opus? ipse undantes sanguine vultus
Aspicis. » Haec passim turbatis vocis amarae
Confudere sonis: inde orsus in ordine Tydeus
Continuat, moesti cupiens solatia casus:
« Monstriferae Calydonis opes, Acheloiaque arva
Deserui: vestris hic me ecce in finibus ingens
Nox operit: tecto coelum prohibere quis iste
Arcuit? an quoniam prior haec ad limina forte
Molitur gressus? pariter stabulare bimembres
Centauros, unaque ferunt Cyclopas in Aetna
Compositos, sunt et rabidis jura insita monstris.
Fasque suum: nobis sociare cubilia terrae?
Sed quid ego? aut hodie spoliis gavisus abibis,
Quisquis es, his; aut me, si non effetus oborto
Sanguis hebet luctu, magni de stirpe creatum
Oeneos, et Marti non degenerare paterno
Accipies. » — « Nec nos animi, nec stirpis egemus, »
Ille refert contra: sed mens sibi conscia facti
Cunctatur proferre patrem. Tunc mitis Adrastus:
« Imo agite, et positis, quas nox inopinaque suasit
Aut virtus aut ira, minis, succedite tecto.
Jam pariter coëant animorum in pignora dextrae.
Non haec incassum, divisque absentibus acta:
Forsan et has venturus amor praemiserit iras,
Ut meminisse juvet. » Nec vana voce locutus
Fata senex; siquidem hanc perhibent post vulnera junctis
Esse fidem, quanta partitum extrema protervo
Thesea Pirithoo, vel inanem mentis Orestem
Opposito rabidam Pylade vitasse Megaeram.
Tunc quoque mulcentem dictis corda aspera regem
Jam faciles (ventis ut decertata residunt
Aequora, laxatisque diu tamen aura superstes
Immoritur velis) passi subiere penates.
Hic primum lustrare oculis, cultusque virorum
Telaque magna vacat: tergo videt hujus inanem
Impexis utrimque jubis horrere leonem,
Illius in speciem, quem per Theumesia Tempe

Dite, chi siete? onde venite? quali
Son vostre risse? Le magnanim' ire,
E le ferite, che in voi scorgo impresse,
Segno mi son di chiaro alto lignaggio.
Ed essi allora con turbate voci
Ed occhi biechi, l'un l'altro mirando,
Così dissero a gara: « O de gli Argivi
Buon re, tu stesso vedi il sangue sparso;
A che cel chiedi? » Indi Tideo ripiglia:
« Io per sollievo d'infelice colpa
Lasciata ho Calidonia, e le superbe
Ricchezze avite, e i campi d'Acheloo.
Ne i confin vostri tenebrosa notte
E procellosa mi sorprende: or quale
Ha diritto costui nel real tetto,
Onde mi vieti il necessario albergo?
Forse perchè vi giunse egli primiero?
I biformi Centauri un sol soggiorno
Accoglie, ed Etna gli orridi Ciclopi.
Hanno le loro leggi anco le fiere:
Noi non avrem comune il duro suolo?
Ma che più tardo? Or tu, chiunque sei,
O te n'andrai de le mie spoglie altero,
O, se il valore antico in me non langue
Per novello dolor, vedrai ben tosto
Ch'io son del grand' Enéo degno rampollo;
E merto aver fra gli avi miei Gradivo. »
« Nè a noi manca valore e chiaro sangue, »
Replica l'altro: ma vergogna il frena,
E non ardisce nominare il padre.
Allor Adrasto: « La crudel contesa,
Che l'orrore notturno, e un improvviso
Siasi sdegno, o valor, in voi destaro,
Deh cessi omai, e ne' miei tetti entrando.
Datevi d'amistà le destre in pegno.
Forse non senza de gli Dei mistero
Questo n'avvenne, e del vicino amore
Forieri sono gli odii vostri: grato
Forse vi fia ciò rammentare un giorno. »
Sì disse Adrasto, e fu del ver presago;
Perocchè dopo la crudel tenzone
Tale nacque tra lor santa amistade,
Quanto fra Teseo audace e Piritoo,
Quanta fu mai fra Pilade ed Oreste.
Essi allor tranquillando a poco a poco
L'alma commossa al suon de' regii detti,
Entrâr nel gran palagio. In cotal guisa
Dopo l'aspra procella il mare accheta
L'onde sconvolte, e non però del tutto
Si tace il vento ne le aperte vele.
Or quivi Adrasto attentamente osserva
De gli ospiti l'aspetto, e l'armi e i manti;
Vede il Tebano entro la spoglia involto
Di fier leone, a cui del collo pende
L'incolta giuba da l'erculeo braccio
Ucciso già ne la Teumesia Tempe:

Amphitryoniades fractum juvenilibus armis
Ante Cleonaei vestitur proelia monstri.
Terribiles contra setis, ac dente recurvo
Tydea per latos humeros ambire laborant
Exuviae, Calydonis honos: stupet omine tanto
Defixus senior, divina oracula Phoebi
Agnoscens, monitusque datos vocalibus antris.
Obtutu gelida ora premit, laetusque per artus
Horror iit: sensit manifesto numine ductos
Affore, quos nexis ambagibus augur Apollo
Portendi generos, vultu fallente ferarum,
Ediderat. Tunc sic tendens ad sidera palmas:
« Nox, quae terrarum coelique amplexa labores
Ignea multivago transmittis sidera lapsu,
Indulgens reparare animum, dum proximus aegris
Infundat Titan agiles animantibus ortus,
Tu mihi perplexis quaesitam erroribus ultro
Advehis alma fidem, veterisque exordia fati
Detegis: adsistas operi, tuaque omina firmes.
Semper honoratam dimensis orbibus anni
Te domus ista colet: nigri tibi, diva, litabunt
Electa cervice greges, lustraliaque exta
Lacte novo perfusus edet Vulcanius ignis.
Salve prisca fides tripodum, obscurique recessus:
Deprendi, Fortuna, deos. » Sic fatus, et ambos
Innectens manibus tecta ulterioris ad aulae
Progreditur: canis etiamnum altaribus ignes,
Sopitum cinerem, et tepidi libamina sacri
Servabant: adolere focos, epulasque recentes
Instaurare jubet. Dictis parere ministri
Certatim accelerant: vario strepit icta tumultu
Regia: pars ostro tenues, auroque sonantes
Emunire toros, altosque inferre tapetas,
Pars teretes levare manu ac disponere mensas.
Ast alii tenebras et opacam vincere noctem
Aggressi, tendunt auratis vincula lychnis.
His labor inserto torrere exsanguia ferro
Viscera caesarum pecudum; his cumulare canistris
Perdomitam saxo Cererem: laetatur Adrastus
Obsequio fervere domum; jamque ipse superbis
Fulgebat stratis, solioque effultus eburno.
Parte alia juvenes siccati vulnera lymphis
Discumbunt: simul ora notis foedata tuentur,

Di questo Alcide era vestito, quando
Il Cleoneo maggior leone estinse.
Ma Tideo intorno avea del setoloso
Aspro cinghial, di Calidonia onore,
L' irsuto pelo e le ritorte zanne.
Stupisce il vecchio, nel pensier rivolge
Il grande augurio, e intende già gli oscuri
Oracoli di Febo e de le grotte
Le risposte fatidiche e veraci.
Tien gli occhi a terra fissi, e gli ricerca
Un lieto orrore le midolle e l' ossa.
Conosce ei ben ch' ivi guidollo il Nume,
E che son questi i generi promessi
Sotto il velame de' ferini volti.
Allora al cielo alza le mani, e dice:
« Notte, che de' mortali e de' celesti
Le cure abbracci, e teco in giro meni
Per diverso cammin gli astri splendenti;
Che dai ristoro a gli animali lassi,
Fino che il nuovo sol li desti a l' opre;
Tu, sacra notte, volontaria sciogli
Gli occulti enimmi, e da la dubbia mente
Mi discacci il timor, riveli il fato:
Tu a l' opra assisti; il lieto auspicio avvera.
Quantunque volte si rinnovi l' anno,
Avrai nelle mie case altari e voti:
Noi t' offriremo nere agnelle, e tori
Scelti dal miglior gregge, e le lustrali
Viscere avrà Vulcan di latte asperse.
Salve, o de' sacri tripodi e del cieco
Antro d' Apollo non fallace fede;
E tu salve, o Fortuna, che de' Numi
Ci discopristi l' infallibil mente. »
Tace; e i guerrieri per la man prendendo,
Con lor s' inoltra nel più interno albergo.
Fumavan ivi ancora in su gli altari
Da le tepide ceneri coperti,
Il sacro foco e i libamenti sacri.
Ordina il Re che nuova fiamma splenda,
E si preparin nuove cene: pronti
Accorrono i ministri, e ne rimbomba
Di vario suono la sublime reggia.
Altri portan purpurei aurei tappeti,
E n' adornano i letti: altri le mense
Copron co' bianchi lini: altri le faci
Accendon su le pendole lumiere:
Chi de le uccise vittime le carni
Ne lo spiedo rivolge; e chi sul desco
La macerata cerere dispensa.
Ferve ne l' opra la real famiglia.
Sel mira Adrasto, e nel suo cuor ne gode;
Ed egli intanto in su l' eburneo scanno,
Di ricchi strati adorno, alto s' assise.
I giovani stranier, lavate e monde
Pria le lor piaghe, gli siedeano a fronte:
Si rimirano in viso e de le impresse

Inque vicem ignoscunt. Tunc rex longaevus Acesten
(Natarum haec altrix, eadem et fidissima custos
Lecta sacrum justae Veneri occultare pudorem)
Imperat acciri, tacitaque immurmurat aure.

Nec mora praeceptis; quum protinus utraque virgo
Arcano egressae thalamo (mirabile visu!)
Pallados armisonae, pharetrataeque ora Dianae
Aequa ferunt, terrore minus: nova deinde pudori
Visa virûm facies; pariter pallorque, ruborque
Purpureas hausere genas; oculique verentes
Ad sanctum rediere patrem. Postquam ordine mensae
Victa fames, signis perfectam auroque nitentem
Iasides pateram famulos ex more poposcit,
Qua Danaus libare deis seniorque Phoroneus
Assueti. Tenet haec operum caelata figuras:
Aureus anguicomam praesecto Gorgona collo
Ales habet; jam jamque vagas (ita visus) in auras
Exsilit: illa graves oculos, languentiaque ora
Paene movet, vivoque etiam pallescit in auro.
Hinc Phrygius fulvis venator tollitur alis:
Gargara desidunt surgenti, et Troja recedit:
Stant moesti comites, frustraque sonantia laxant
Ora canes, umbramque petunt, et nubila latrant.

Hanc undante mero fundens, vocat ordine cunctos
Coelicolas, Phoebum ante alios; Phoebum omnis ad aras
Laude ciet comitum, famulûmque, evincta pudica
Fronde, manus: cui festa dies, largoque refecti
Ture, vaporatis lucent altaribus ignes.

« Forsitan, o juvenes, quae sint ea sacra, quibusque
Praecipuum caussis Phoebi obtestemur honorem,
Rex ait, exquirunt animi. Non inscia suasit
Relligio: magnis exercita cladibus olim
Plebs Argiva litant: animos advertite, pandam.
Postquam caerulei sinuosa volumina monstri,
Terrigenam Pythona, deus septem orbibus atris
Amplexum Delphos, squamisque annosa terentem
Robora, Castaliis dum fontibus ore trisulco

Ferite han duolo, e l'un perdona a l'altro.
Allora il re la vecchia e fida Aceste
De le figlie nutrice, a cui la cura
N'era commessa, e le serbava intatte
A i maturi e legittimi imenei,
Fatta chiamare, ne l'attenta orecchia
Basso le parla: ella ubbidisce a i detti:
Ed ecco uscir da le segrete celle
Le due vergini eccelse, appunto quali
(Se ne togli il terror) l'egidarmata
Palla e la faretrata alta Diana.
Ma come vider de i garzon stranieri
I nuovi aspetti, con alterni moti
Di pallor, di rossor tinser le gote;
Poi gli occhi vergognosi al padre alzando,
Ivi li tenner sempre immoti e fissi.
Intanto varii e preziosi cibi
Scacciata avean la fame: allor di Jaso
Il successore l'aureo nappo chiede,
Tutto d'istorie variato e sculto,
Con cui solean libare a' sacri Dei
E Danao e Foronéo: da un lato v'era
Un cavalier sopra destriero alato,
Che tenea in man le serpentine chiome,
E il teschio di Medusa: alto ei rassembra
Levarsi a volo, e ch'essa gli occhi gravi
Per morte, e il volto ancor spirante muova,
E il suo pallore anche ne l'oro serba.
Da l'altro il Frigio cacciator si vede
Da l'aquila rapito, e sotto lui
Ida s'abbassa, e s'allontana Troja:
Restan mesti gli amici, e i fidi cani
Invan latrangli dietro e mordon l'ombra.

Ei questo nappo ridondante e colmo
Di vino in parte versa, e i Numi invoca;
Ma Febo in prima, e Febo Febo intuona
La famiglia regal: ciascuno in mano
Tien la pudica fronda, amata tanto
Dal Nume, a' cui sacro è quel giorno, e a cui
Fuman l'are e gl'incensi. Adrasto allora:

« Forse in voi sorge natural desío,
Giovani, di saper del sacro rito
Gli alti misteri, e qual cagion ne muova
A fare in questo giorno a Febo onore?
Non sono a caso i sacrifizii: un tempo
Il popol d'Argo da gran strage oppresso
Or questi voti scioglie, e udite come.
Poi ch'ebbe Apollo il gran Pitone ucciso,
Orribil mostro de la Terra figlio,
Che co'suoi tortuosi ampli volumi
Delfo tenea ben sette volte cinta,
E le piante seccava e i verdi campi
Col pestifero fiato e con le squamme,
Tutta vuotando in lui la sua faretra;
Mentr'ei stendeva nel Castalio rivo
Il lungo collo e la trisulca lingua,

Fusus hiat, nigro sitiens alimenta veneno,
Perculit, absumptis numerosa in vulnera telis,
Cyrrhaeique dedit centum per jugera campi
Vix tandem explicitum, nova deinde piacula caedi
Perquirens, nostri tecta haud opulenta Crotopi
Attigit: huic primis, et pubem ineuntibus annis
Mira decore pio servabat nata penates
Intemerata toris: felix, si Delia nunquam
Furta, nec occultum Phoebo sociasset amorem!
Namque ut passa deum Nemeaei ad fluminis undam,
Bis quinos plena quum fronte resumeret orbes
Cynthia, sidereum Latonae feta nepotem
Edidit: ac poenae metuens (neque enim ille coactis
Donasset thalamis veniam pater) avia rura
Eligit, ac natum septa inter ovilia furtim
Montivago pecoris custodi mandat alendum.
Non tibi digna, puer, generis cunabula tanti
Gramineos dedit herba toros, et vimine querno
Texta domus: clausa arbutei sub cortice libri
Membra tepent, suadetque leves cava fistula somnos,
Et pecori commune solum; sed fata nec illum
Concessere larem: viridi nam cespite terrae
Projectum temere, et patulo coelum ore trahentem
Dira canum rabies, morsu depasta cruento,
Disjicit. Hic vero attonitas ut nuntius aures
Matris adit, pulsi ex animo genitorque, pudorque,
Et metus: ipsa ultro saevis plangoribus amens
Tecta replet, vacuumque ferens velamine pectus
Occurrit confessa patri: nec motus, et atro
Imperat, infandum! cupientem occumbere leto.
Sero memor thalami, moestae solatia morti,
Phoebe, paras: monstrum infandis Acheronte sub imo
Conceptum Eumenidum thalamis: cui virginis ora,
Pectoraque, aeternum stridens a vertice surgit
Et ferrugineam frontem discriminat anguis.
Haec tam dira lues nocturno squalida passu
Illabi thalamis, animasque a stirpe recentes
Abripere altricum gremiis, morsuque cruento
Devesci, et multum patrio pinguescere luctu.

Per rinnovar con l'onda il suo veleno,
E dopo morto infin de la gran mole
Stesi gl'impensi avviticchiati giri,
Di Cirta ricoprì ben cento campi:
Pria di tornare infra i celesti Numi
Volle espiar quaggiù l'uccisa fiera,
E ne i poveri tetti ebbe l'asilo
Del re Crotopo. Avea questi una figlia
Giovane e bella di natía bellezza,
De i Penati custode, e riserbata
A legittime nozze intatta e pura.
Felice lei, se del signor di Delo
Fuggiva i furti e i clandestini amori!
Ma poi che il Nume ebbe sofferto, errante
Lungo il fiume Nemeo (già Cintia avendo
Ben dieci volte rinnovato il corno)
Un vezzoso bambino in luce diede;
E perchè teme l'implacabil ira
Del genitor, che il violato letto
Non lascerebbe invendicato, ascosi
Luoghi ricerca, e in villereccio albergo
Il caro parto ad un pastore affida.
Sventurato fanciul! già non son queste
Degne del sangue tuo cune reali:
Tu su l'erba t'adagi, e te ricetta
Di virgulti e di canne un tetto umile:
Tu fra cortecce d'arbori rivolto
Scaldi le membra: rustica zampogna
A te concilia il sonno, e con gli armenti
Hai comune il soggiorno ed il terreno:
E queste ancora t'invidiaro i fati!
Perchè, mentr'egli abbandonato e solo
Sopra verde cespuglio un dì giacea,
Vivo e tremante il divoraro i cani.
Ma non sì tosto a l'infelice madre
Giunse l'avviso reo, che da sè scaccia
Ogni vergogna, e 'l genitor non teme;
E scinta il seno, e lacerata il crine,
D'urli e di strida i regii tetti empiendo,
Corre, e il suo fallo al crudo padre accusa:
Ei da pietà non mosso, a fiera morte,
E bramata da lei, tosto l'invia.
Ma sebben tardi, a te tornaro in mente
I dolci amplessi e la trafitta amante,
Febo: però non gli lasciasti inulti.
Un mostro orrendo d'Acheronte in fondo
Da le Furie concetto a noi mandasti.
Aveva di donzella il volto e 'l petto,
Ma bieco il guardo, e le partiva il crine
Una rabbiosa e sibilante serpe.
Or questa peste fra i notturni orrori
Penetrava le case, e da le culle,
E dal sen de le vigili nudrici
Tutti traeva i teneri bambini;
E pascendo di lor l'ingorda fame,
Si satollava de i paterni pianti.

Haud tulit armorum praestans animique Coroebus,
Seque ultro lectis juvenum, qui robore primi
Famam posthabita faciles extendere vita,
Obtulit. Illa novos ibat populata penates
Portarum in bivio: lateri duo corpora parvûm
Dependent, et jam unca manus vitalibus haeret,
Ferratique ungues tenero sub corde tepescunt.
Obvius huic, latus omne virûm stipante corona,
It juvenis, ferrumque ingens sub pectore diro
Condidit: atque imas animae mucrone corusco
Scrutatus latebras, tandem sua monstra profundo
Reddit habere Jovi. Juvat ire, et visere juxta
Liventes in morte oculos, uterique nefandam
Proluviem, et crasso squalentia pectora tabo,
Qua nostrae cecidere animae: stupet Inacha pubes:
Magnaque post lacrymas etiamnum gaudia pallent.
Hi trabibus duris, solatia vana dolori,
Proterere exanimes artus, asprosque molares
Deculcare genis: nequit iram explere potestas.
Illam et nocturno circum stridore volantes
Impastae fugistis aves, rabidamque canum vim,
Oraque sicca ferunt trepidorum inhiasse luporum.
« Saevior in miseros fatis ultricis ademptae
Delius insurgit, summaque biverticis umbra
Parnassi residens, arcu crudelis iniquo
Pestifera arma jacit, camposque et celsa Cyclopum
Tecta, superjecto nebularum incendit amictu.
Labuntur dulces animae: Mors fila Sororum
Ense metit, captamque tenens fert Manibus urbem.
Quaerenti, quae caussa, duci; quis ab aethere laevus
Ignis, et in totum regnaret Sirius annum?
« Idem auctor Paean rursus jubet ire cruento
Inferias monstro juvenes, qui caede potiti.
Fortunate animi, longumque in saecula digne
Promeriture diem! non tu pia degener arma
Occulis, aut certae trepidas occurrere morti.
Cominus ora ferens, Cyrrhaei in limine templi
Constitit, et sacras ita vocibus asperat iras:

Ma il prode in armi e di gran cor Corebo.
Fatta di scelti giovani una schiera,
Vie più d'onore che di vita amanti,
Più non volle soffrir l'iniquo mostro.
Andonne in traccia, e ritrovollo appunto
Infra due porte d'infelici case,
D'ond'era uscito: gli pendean dal fianco
Due pargoletti, e già le adunche mani
Ne le viscere d'uno, e i crudi artigli
Immersi aveva, e ne strappava il core.
Lo vede, vibra l'asta, e gli dà morte;
E la piaga allargando, e le interiora
Squarciando, il mostro suo rende a l'inferno.
Stupiscon gli altri: e poichè un colpo solo
Finì l'impresa, prendonsi diletto
Di rimirar le impallidite luci,
E l'immonda pinguedine del ventre,
E le viscere orrende, e già nudrite
De' nostri figli: già l'Argiva plebe
Accorre, la rimira, e ancor ne teme,
E il nuovo gaudio di pallore è misto.
Alfin fatta sicura, altri ne squarcia
Le scellerate membra a brano a brano:
Chi l'orribile ceffo e le mascelle,
Chi l'ampie zanne con i sassi infrange;
Nè può vendetta saziar lo sdegno.
Da quel sozzo cadavere insepolto
Fuggir notturni augelli, e i cani e i lupi
S'allontanàr dal velenoso pasto.
« Ma quando credevam de i lunghi pianti
Rasciugar gli occhi, ecco che Febo a sdegno
Presa la morte de la Furia ultrice,
Dal bicorne Parnaso in noi saetta
Col crudel arco avvelenati strali.
Sorge un vapor maligno, e i campi adugge:
Una nebbia ferale in cieca notte
Tutt'Argo involve, e la ritien coperta.
Mancan l'alme infelici, e a Stige scendono.
Non sì veloce il mietitor recide
Le spiche, e non sì presto il foco stende
In secca stoppia la vorace fiamma,
Com'empia Morte miete a cento, a mille
Le vite, e insegne vincitrici spiega.
Già scorre la cittade, e vinta e doma
Tutta la manda in sacrificio a Pluto.
Infin l'afflitto re ricorre al tempio,
E da l'autor de' nostri mali chiede
Del male la cagion; perchè n'offenda
L'aere infetto, e perchè Sirio in cielo
Oltre l'usato tiranneggi l'anno?
« Ma il crudo Nume una crudel risposta
Ne dà: che tosto sien mandati a morte
Quei che la sozza bestia aveano uccisa.
O di Corebo invitto animo altero,
D'eterno onor, d'immortal fama degno!
Non già l'armi nascondi, e non t'infingi,

« Non missus, Thymbraee, tuos supplexve penates
Advenio: mea me pietas et cónscia virtus
Has egere vias: ego sum, qui caede subegi,
Phoebe, tuum mortale nefas, quem nubibus atris
Et squalente die, nigra quem tabe sinistri
Quaeris, inique, poli. Quod si monstra effera magnis
Cara adeo Superis, jacturaque vilior orbis,
Mors hominum, et saevo tanta inclementia coelo est;
Quid meruere Argi? me me, divûm optime, solum
Objecisse caput fatis praestabit: an illud
Lene magis cordi, quod desolata domorum
Tecta vides? ignique datis cultoribus omnis
Lucet ager? Sed quid fando tua tela manusque
Demoror? exspectant matres, supremaque fundunt
Vota mihi: satis est: merui, ne parcere velles.
Proinde move pharetras, arcusque intende sonoros,
Insignemque animam leto demitte: sed illum,
Pallidus Inachiis qui desuper imminet Argis,
Dum morior, depelle globum. » Fors aequa merentes
Respicit: ardentem tenuit reverentia caedis
Latoiden, tristemque viro submissus honorem
Largitur vitae: nostro mala nubila coelo
Diffugiunt: at tu stupefacti a limine Phoebi
Exoratus abis. Inde haec stata sacra quotannis
Solemnes recolunt epulae, Phoebeiaque placat
Templa novatus honos: has forte invisitis aras
Vos quae progenies? quamquam Calydonius Oeneus,
Et Parthaoniae (dudum si certus ad aures
Clamor iit) tibi jura domus; tu pande, quis Argos
Advenias, quando haec variis sermonibus hora est. »
Dejecit moestos extemplo Ismenius heros
In terram voltus, taciteque ad Tydea laesum
Obliquare oculos: tum longa silentia movit:
« Non super hos divûm tibi sum quaerendus honores,
Unde genus, quae terra mihi: quis defluat ordo
Sanguinis antiqui, piget inter sacra fateri.
Sed si praecipitant miserum cognoscere curae,
Cadmus origo patrum; tellus Mavortia Thebe;
Et genitrix Jocasta mihi. » Tum motus Adrastus

Nè ricusì per noi l'estremo fato.
Vittima volontaria egli sen corre,
E del gran tempio in su la soglia giunto,
Osa il Nume irritar coi detti acerbi:
« Nè da altrui mosso, nè a cercar perdono
Io vengo, o Febo, a i tuoi tremendi altari:
Me la mia coscïenza, me il valore,
Me la pietà qui manda. Io son colui
Che la tua Furia uccisi, quella, iniquo,
Che tu con l'atre nubi e con gli oscuri
Giorni, e con l'aria infetta e con la peste,
E col lutto comun vendicar tenti:
Che se lassù fra gl'immortali Numi
In tanto pregio son le belve e i mostri,
Che la morte degli uomini rassembri
Recare al mondo minor danno; e quale
Argo v'ha colpa? Me, me, giusto Nume,
Questo mio capo tue vendette adempia.
Che giova a te de le deserte case
Mirare i tetti e le campagne inculte?
E gli estinti cultori arder su i roghi?
Ma perchè tardo più col parlar mio
La tua vendetta? Aspettan già le madri,
E già m'onoran de gli estremi pianti.
Su dunque il dardo scocca, e a Lete manda
Quest'alma eccelsa, che morir non pave,
Ma da le rocche d'Inaco discaccia,
Benigno Febo, il velenoso influsso. »
Sempre arrise Fortuna a gran valore.
Placossi Febo; serenossi il cielo;
Cessò l'acerba strage, ed ei tornossi
Tra gli applausi comuni e i lieti gridi,
Qual vincitor, ne le paterne case.
Quindi è che noi, dopo il girare intero
De l'anno, a Febo in questo dì solenne
Rinnoviam queste cene e i nostri voti.
E forse ancor qui voi guidò la fama,
Per star con noi del sacrificio a parte?
Sebben tu mi dicesti, e mi sovviene,
Ch'eri figliuol del Calidonio Eneo,
E successor del Partaonio regno;
Ma tu donde a noi vieni? Il tempo e il luogo
Agio ne dan di favellar: rivela,
Qual sia la patria, il genitore, il nome. »
Arrossì Polinice, e il volto a terra
Chinando, riguardò come di furto
L'emulo generoso, ed a la fine,
Dopo molto pensar, così rispose:
« Non chiedermi, o buon re, fra tanti onori
Sacri a' supremi Dei, quale il mio nome;
Qual sia la patria, o il genitor; chè ponno
Del santo rito funestar la pompa.
Ma se pur vuoi che l'onte mie palesi,
Io nato son ne la guerriera Tebe:
Da Cadmo ho il sangue, e madre m'è Giocasta. »
Allora il re de l'ospite a pietade

Hospitiis (agnovit enim), « Quid nota recondis?
Scimus, ait: nec sic aversum fama Mycenis
Volvit iter: regnum, et furias, oculosque pudentes
Novit, et Arctois si quis de solibus horret,
Quique bibit Gangen, aut nigrum occasibus intrat
Oceanum, et si quos incerto litore Syrtes
Destituunt: ne perge queri, casusque priorum
Annumerare tibi: nostro quoque sanguine multum
Erravit pietas; nec culpa nepotibus obstat.
Tu modo dissimilis rebus mereare secundis
Excusare tuos: sed jam temone supino
Languet Hyperboreae glacialis portitor Ursae.
Fundite vina focis, servatoremque parentum
Latoiden votis iterumque iterumque canamus.

« Phoebe parens, seu te Lyciae Pataraea nivosis
Exercent dumeta jugis; seu rore pudico
Castaliae flavos amor est tibi mergere crines;
Seu Trojam Thymbraeus habes, ubi fama volentem
Ingratis Phrygios humeris subiisse molares;
Seu juvat Aegaeum feriens Latonius umbra
Cynthus, et assiduam pelago non quaerere Delon;
Tela tibi, longeque feros lentandus in hostes
Arcus; et aetherii dono cessere parentes
Aeternum florere genas: tu doctus iniquas
Parcarum praenosse manus; fatumque quod ultra est;
Et summo placitura Jovi; quis letifer annus;
Bella quibus populis; mutent quae sceptra cometae.
Tu Phryga submittis citharae: tu matris honori
Terrigenam Tityon Stygiis extendis arenis.
Te viridis Python, Thebanaque mater ovantem
Horruit in pharetris: ultrix tibi torva Megaera
Jejunum Phlegyam subter cava saxa jacentem
Aeterno premit accubitu, dapibusque profanis
Instimulat: sed mixta famem fastidia vincunt.

« Adsis o memor hospitii, Junoniaque arva
Dexter ames; seu te roseum Titana vocari
Gentis Achaemeniae ritu; seu praestat Osirim
Frugiferum, seu Persei sub rupibus antri
Indignata sequi torquentem cornua Mitram. »

Mosso: « A che celi a noi le cose note?
Disse; dunque in Micene e in Argo solo
Non si sapranno del tebano regno
Gli error, le furie e le accecate fronti?
Già ne vola la fama, ovunque splende
Il sole, e dov'ei nasce e dove more,
E sotto i sette gelidi Trioni,
E là di Libia ne le aduste arene.
Cessin le tue querele, e l'opre inique
De' tuoi maggiori non recarti a scorno.
Anche tra i nostri alcun peccò, nè a noi,
Nè al sangue nostro il fallir lor s'ascrive.
Cancella tu con generose geste
Le colpe altrui, e te di gloria adorna.
Ma già il timone abbassa, e langue e manca
Il pigro auriga de la gelid'Orsa;
Su su, ministri, rinnovate i fochi,
E il vin su vi spargete, e i nostri canti
Lodino 'l biondo Dio, che a gli avi nostri
(Sua gran mercè) diede salute e vita.

« Febo, o sia che di Licia ora pe' monti
Cacci le fiere, e Patareo t'appelli;
O che Timbreo ne li trojani campi
Abbi soggiorno, ove li Frigi ingrati
La promessa mercede a te negaro;
O che in Castalia lungo il dolce rivo
Ti sieda a l'ombra de' tuoi sacri allori;
O più ti piaccia la materna Cinto,
Che il vasto Egeo co' suoi gran monti adombra,
L'augusta Delo tua posta in obblio;
Tu l'arco porti, e contro gli empii scocchi
Le divini infallibili saette:
A te diè Giove aver fresche e vermiglie
Ognor le gote, e sempre biondo il crine:
A te fu dato antiveder quai stami
Sia per troncar l'inesorabil Parca,
Del futuro presago: a te di Giove
Nota è la mente e l'immutabil fato:
Tu qual anno fia sterile o fecondo;
Tu sai qual ne sovrasti o pace o guerra;
Tu quai regni minaccin le comete;
Tu vinci con la tua sonora cetra
Marsia nel canto, e tu lo leghi e scuoi;
Tizio per te di Stige ingombra i campi;
E de la madre tua vendichi l'onta:
Tu il fier Pitone uccidi, e la tremante
Niobe de i parti suoi orbata rendi:
Per te Megera inesorabil tiene
Flegia digiuno a sozze mense assiso:

« Tu benigno ci guarda, e tu difendi
Questo a te già sì caro ospite albergo,
E questo di Giunon divoto regno.
O che tu Osiri esser chiamato brami,
O di Titano più ti piaccia il nome,
Quali sul Nilo e in Achemenia prendi,
O quel di Mitra, ch'hai ne' Persi regni,
Che il bue restio per le gran corna afferra. »

PUBLII PAPINII STATII

T H E B A I D O S

LIBER SECUNDUS

Interea gelidis Maia satus aliger umbris
Jussa gerens magni remeat Jovis: undique pigrae
Ire vetant nubes, et turbidus implicat aër:
Nec Zephyri rapuere gradum, sed foeda silentis
Aura poli. Styx inde novem circumflua campis,
Hinc objecta vias torrentum incendia cludunt.
Pone senex trepida succedit Laius umbra
Vulnere tardus adhuc; capulo nam largius illi
Transabiit costas cognatis ictibus ensis
Impius, et primas Furiarum pertulit iras.
It tamen, et medica firmat vestigia virga.
Tum steriles luci, possessaque Manibus arva,
Et ferrugineum nemus adstupet, ipsaque tellus
Miratur patuisse retro: nec livida tabes
Invidiae, functis quamquam et jam lumine cassis,
Defuit. Unus ibi ante alios, cui laeva voluntas
Semper, et ad Superos hinc est gravis exitus, aevi
Insultare malis, rebusque aegrescere laetis:
« Vade, ait, o felix, quoscumque vocaris in usus,
Seu Jovis imperio, seu major adegit Erinnys
Ire diem contra, seu te furiata sacerdos
Thessalis arcano jubet emigrare sepulcro,
Heu dulces visure polos, solemque relictum,
Et virides terras, et puros fontibus amnes;

Il veloce di Maia alato figlio
Tornava intanto da le gelid' ombre,
Eseguito di Giove il gran decreto.
Fangli ritardo al piè, ritardo al volo
Le densi nubi e 'l torbid' aer fosco;
Nè lo portano i zefiri volanti,
Ma di quel muto ciel l'aura maligna:
Gli attraversan le strade i fiumi ardenti,
E Stige rea, che nove campi cinge.
Lo siegue con infermo e tardo passo
La pallida di Laio ombra tremante:
Dal ferro parricida egli ancor porta
Trafitto il petto, ed altamente impresso
Lo primo sdegno de le Furie ultrici.
Pur va, ed appoggia a debil legno il fianco.
Ne stupiscono l'ombre, e i boschi e i campi
D' Inferno; e il suol, che s'apre e fuor li manda.
D'essersi aperto meraviglia prende.
Ma il livor, che in sè stesso i denti volge,
Turba gli spirti ancor privi di luce,
E del suo rio velen tutti gl' infetta:
Ed un fra gli altri, cui vivendo increbbe
De l'altrui bene, e s'allegrò ne' mali,
Nè può patir che Laio ora sen torni
A vagheggiar la luce; i sensi amari
Del cuor palesa con maligni accenti.
« O te felice, a qualunque opra eletta
Alma, che torni al chiaro aer sereno!
O così Giove il voglia, o te rimeni
Tesifone crudele infra i mortali,
O te richiami da l'oscuro avello
Tessala maga con la bocca immonda.
Tu pur vedrai del sole e delle stelle
La vaga luce, e i verdeggianti campi,
E i puri fonti e i cristallini fiumi:
Tanto misera più, quanto fra noi

Tristior has iterum tamen intrature tenebras. »
Illos ut caeco recubans in limine sensit
Cerberus, atque omnes capitum subrexit hiatus;
Saevus et intranti populo: jam nigra tumebat
Colla minax, jam sparsa solo turbaverat ossa,
Ni deus horrentem Lethaeo vimine mulcens
Ferrea tergemino domuisset lumina somno.
Est locus Inachiae, dixerunt Taenara gentes,
Qua formidatum Maleae spumantis in auras
It caput, et nullos admittit culmine visus.
Stat sublimis apex, ventosque imbresque serenus
Despicit, et tantum fessis insiditur astris.
Illic exhausti posuere cubilia venti:
Fulminibusque iter est: medium cava nubila montis
Insumpsere latus: summos nec praepetis alae
Plausus adit colles, nec rauca tonitrua pulsant.
Ast ubi prona dies, longos super aequora fines
Exigit, atque ingens medio natat umbra profundo.
Interiore sinu frangentia litora curvat
Taenaros, expositos non audax scandere fluctus.
Illic Aegaeo Neptunus gurgite fessos
In portum deducit equos: prior haurit arenas
Ungula; postremi solvuntur in aequora pisces.
Hoc, ut fama, loco pallentes devius umbras
Trames agit, nigrique Jovis vacua atria ditat
Mortibus: Arcadii perhibent si vera coloni,
Stridor ibi, et gemitus poenarum, atroque tumultu
Fervet ager: saepe Eumenidum vocesque, manusque
In medium sonuere diem, letique triformis
Janitor agricolas campis auditus abegit.
Hac et tunc fusca volucer deus obsitus umbra
Exsilit ad Superos, infernaque nubila vultu
Discutit, et vivis afflatibus ora serenat.
Inde per Arcturum, mediaeque silentia Lunae
Arva super, populosque meat. Sopor obvius illi
Noctis agebat equos, trepidusque assurgit honori
Numinis, et recto decedit limite coeli.
Inferior volat umbra deo, praereptaque noscit
Sidera, principiumque sui; jamque ardua Cyrrhae.

Hai di tornar ne le ciec'ombre eterne.
Sentilli intanto Cerbero, e rizzossi,
E le tre bocche aprendo e le tre gole
Orrende, mandò fuori urli e latrati.
Già prima ancora minacciando stava
L'alme scendenti a le tartaree porte:
Ma con la fatal verga in Lete immersa
Toccollo il Nume, e de le orrende fronti
In grave sonno le sei luci chiuse.
È un monte ne l' Inachia, ove s'estolle
Il capo di Malea, Tenaro detto,
Sublime sì, che non vi giunge il guardo:
Alza la fronte al cielo, e ognor sereno
Mira sotto di sè le nebbie, e sprezza
E la grandine e i turbini sonori.
Le risplendenti stelle e i venti lassi
Su lui prendon riposo e fan soggiorno:
Giunger ben ponno a la metà del monte
Le oscure nubi; ma a l'eccelso giogo
Salir non può presto volar di penne,
Nè i rauchi tuoni, o le saette ardenti:
Ma là, dove l'Egeo gli bagna il piede,
Curva in arco gli scogli, e un porto forma.
Ivi quando a la sera il dì s'appressa,
E del monte nel mar l'ombra è maggiore,
Scende Nettun dal carro, e i destrier scioglie.
Hanno i destrier la fronte e il largo petto
Qual hanno i nostri, e il deretano è pesce.
In cotal luogo antica fama suona
Che s'apra obbliqua e tenebrosa via,
Per cui le pallid'ombre e il vulgo esangue
Scendon dolenti a le tartaree porte,
Il regno a popolar del nero Giove.
E se diam fede a gli Arcadi coloni,
Suonan per molte miglia i campi intorno
D'urli e di pianti, e di stridor di denti.
Sovente udite fur nel pieno giorno
Le voci de l' Eumenidi spietate,
E le sferze e i flagelli, ed i latrati
Del Can trifauce; onde lasciaro inculti
Gli sbigottiti agricoltori i solchi.
Per questa strada il messaggiero alato
Tra la densa caligine ritorna
Al chiaro giorno, e giù dal crin scotendo
L'infernal nebbia, il puro aer respira.
Indi alto va su le cittadi e i campi
Verso l'Arturo, ed in quell'ora appunto
Che a mezzo del cammin Cintia risplende.
Il Sonno intanto de la notte il carro
Guidava, e i destrier foschi; e com'ei vide
Il Nume, alzossi, ed onorollo, e torse
Dal cammin dritto, a lui cedendo il passo.
Vola più sotto del Tebano l'ombra,
E rivagheggia le perdute stelle,
Il patrio cielo e il suo terren natío.
E già di Cirra trapassati i gioghi,

Pollutamque suo despectat Phocida busto.

Ventum erat ad Thebas: gemuit prope limina nati
Laius, et notos cunctatur inire penates.
Ut vero excelsis suamet juga nixa columnis
Vidit, et infectos etiamnum sanguine currus,
Paene retro turbatus abit; nec summa Tonantis
Jussa, nec Arcadiae retinent spiramina virgae.
Et tunc forte dies noto signata Tonantis
Fulmine, praerupti quum te, tener Evie, partus
Transmisere patri. Tyriis ea caussa colonis
Insomnem ludo certatim educere noctem
Suaserat: effusi passim per tecta, per agros,
Serta inter, vacuosque mero crateras anhelum
Proflabant sub luce deum: tum plurima buxus,
Aeraque taurinos sonitu vincentia pulsus.
Ipse etiam gaudens nemorosa per avia sanas
Impulerat matres Baccho meliore Cithaeron.

Qualia per Rhodopen rapido convivia coetu
Bistones, aut mediae ponunt convallibus Ossae.
Illis semianimum pecus, excussaeque leonum
Ore dapes, et lacte novo domuisse cruorem
Luxus: at Ogygii si quando afflavit Iacchi
Saevus odor, tunc saxa manu, tunc pocula pulchrum
Spargere, et immerito sociorum sanguine fuso
Instaurare diem, festasque reponere mensas.

Nox ea, quum tacita volucer Cyllenius aura
Regis Echionii stratis adlapsus, ubi ingens
Fuderat Assyriis exstructa tapetibus alto
Membra toro: pro! gnara nihil mortalia fati
Corda sui! capit ille dapes, habet ille soporem!

Tunc senior quae jussus agit, neu falsa videri
Noctis imago queat, longaevi vatis opacos
Tiresiae vultus, vocemque, et vellera nota
Induitur: mansere comae, propexaque mento
Canities, pallorque suus; sed falsa cucurrit
Infula per crines, glaucaeque innexus olivae

E Focida di Laio ancor aspersa,
Del fresco sangue, erano giunti a Tebe.
Fremè l'ombra superba in su le soglie
De' patrii lari, e fu a l'entrar restìa:
Ma poich'entrato, le sue spoglie vide
Pender da le colonne, e il carro, ov'egli
Ucciso fu, tutto sanguigno e lordo,
Poco mancò che non volgesse il piede;
Non curato di Giove il sommo impero,
E 'l gran poter del caducéo fatale.
Ricorreva in quel tempo il dì festivo
Segnato già dal fulmine di Giove,
Allor che Bacco non maturo ancora
Fu dal materno incenerito seno
Tratto, e riposto nel paterno fianco
A terminar di nove lune il corso.
Perciò passata avean l'intera notte
Senza dormire i popoli feroci
Che vennero da Tiro; e in feste e in giochi
Sparsi pe' tetti e per li verdi campi.
Cinto d'edera il crine, e di già vuote
Le tazze e i vasi del miglior Lieo,
Giano esalando su la nuova luce
Da l'anelante petto il dio giocondo.
S'udian per tutto rimbombare i vuoti
Bossi, e di bronzo i timpani sonanti:
E il Nume, il Nume stesso iva cacciando
Le non feroci donne in sul Citero,
Le mani armate d'innocenti tirsi.
Siccome là sul Rodope gelato
I crudi Traci a fier convito uniti
Di semivive carni, e de le prede
Tratte di bocca de' lioni ingordi,
Pascon la dura fame; e il puro latte
Condisce in parte il sanguinoso pasto,
E di lor mense è sol delizia e lusso;
Se del teban liquor sentono a caso
L'odore e il gusto, di furor accesi
Lanciansi e tazze e vasi, e alfin le pietre,
E poi di sangue ancor stillanti e molli
Tornano a desco a rinnovar le feste:
Tal fu la notte, ch'entro Tebe giunse
L'ombra sdegnosa e 'l messaggiero alato.
Invisibili entrár per l'aria cheta
Ove il signor de l'Echionia plebe
Alto giacea sovra i tappeti assiri
D'oro e porpora intesti. O de' mortali
De l'avvenir non consapevol mente!
Ei le mense ha dinanzi, e dorme e posa,
E 'l suo destino ignora. Allora l'ombra
S'accinge a l'opra, e per celar le larve
L'oscuro volto di Tiresia finge,
E il parlar noto; ma il canuto crine,
E la sua lunga barba e il suo pallore
Veri ritiene: l'infula, le bende
D'oliva intorte son sembianze vane,

Vittarum provenit honos; dehinc tangere ramo
Pectora, et has visus Fatorum expromere voces:
« Non somni tibi tempus iners, qui nocte sub alta
Germani secure jaces: ingentia dudum
Acta vocant, rerumque graves, ignave, paratus.
Tu, veluti magnum si jam tollentibus Austris
Ionium nigra jaceat sub nube magister,
Immemor armorum, versantisque aequora clavi
Cunctaris; jamque ille novis (scit fama) superbus
Connubiis, viresque parat, quis regna capessat,
Quis neget: inque sua senium sibi destinat aula.
Dant animos socer augurio fatalis Adrastus,
Dotalesque Argi: nec non in foedera vitae
Pollutus placuit fraterno sanguine Tydeus.
Hinc tumor, et longus fratri promitteris exsul.
Ipse deûm genitor tibi me miseratus ab alto
Mittit: habe Thebas, caecumque cupidine regni,
Ausurumque eadem germanum expelle; nec ultra
Fraternos inhiantem obitus sine fidere coeptis
Fraudibus, aut Cadmo dominas inferre Mycenas. »
Dixit, et abscedens (etenim jam pallida turbant
Sidera lucis equi) ramos ac vellera fronti
Deripuit, confessus avum, dirique nepotis
Incubuit stratis: jugulum mox caede patentem
Nudat, et undanti perfundit vulnere somnum.
Illi rupta quies: attollit membra, toroque
Erigitur plenus monstris, vanumque cruorem
Excutiens, simul horret avum, fratremque requirit.
Qualis ubi audito venantum murmure tigris
Horruit in maculas, somnosque excussit inertes;
Bella cupit, laxatque genas, et temperat ungues;
Mox ruit in turmas, natisque alimenta cruentis
Spirantem fert ore virum: sic excitus ira
Ductor, in absentem consumit proelia fratrem.
Et jam Mygdoniis elata cubilibus alto
Impulerat coelo gelidas Aurora tenebras,
Rorantes excussa comas, multumque sequenti
Sole rubens: illi roseus per nubila seras
Advertit flammas, alienumque aethera tardo
Lucifer exit equo, donec pater igneus orbem

Ed è vana la voce; e pur ei sembra
Che la man stenda, e con la sacra verga
Gli tocchi 'l petto, e il suo destin gli scopra:
« Tu dormi, o re? ma non è questo il tempo
Da riposar su l'oziose piume,
Senza sospetto aver del tuo germano.
Gran nembo ti sovrasta, e gravi cure
Te richiaman dal sonno; e neghittoso
Ten' stai, come nocchier che in mar turbato
Commosso intorno da rabbiosi venti,
Lasci 'l timone, e s'addormenti e posi?
Ma già non dorme il tuo fratel, superbo
Per nuove nozze; e (come fama suona)
Genti accoglie e soccorsi, ed a te il regno,
Per non renderlo poi, ritoglier pensa,
Ed invecchiar ne la natía sua corte.
La dote d'Argo e 'l suocero fatale
Gli aggiungon forza; e seco unito è in lega
Tidéo macchiato del fraterno sangue.
Giove, di te mosso a pietà, da l'alto
A te mi manda. Egli per me t' impone
Che 'l germano crudel, che te dal regno
Escluder tenta, tu dal regno escluda,
E renda vani i suoi pensier funesti
E 'l desio ch' ha de la fraterna morte.
Tu non soffrir che ad Argo ed a Micene
Serva divenga la guerriera Tebe. »
Disse, e perchè già la novella luce
A l'Inferno il respinge, il finto aspetto
Lascia, e del crin le simulate bende
Spoglia, e al nipote manifesta l'avo:
Poi sovra il letto se gli stende, e aperta
Mostra l'immensa piaga, e lui, che dorme,
Del sangue, che non ha, tutto ricopre.
Quegli allor lascia il sonno, e in terra sbalza
Da l'alto letto pien di larve e mostri,
E 'l vano sangue da sè scuote, e sente
Orror de l'avo, e già 'l fratel ricerca.
Come dei cacciatori al corso e al grido
La tigre arruffa la macchiata pelle;
Apre le irate fauci, e l'unghie spiega,
E a battaglia s'appresta; indi si lancia
Nel folto stuolo, e vivo uno ne prende,
Ed alto il porta a satollar la fame
De' crudi figli: in cotal guisa acceso
D'ira Eteócle incrudelisce e sbuffa,
E col fratello in suo pensier guerreggia.
Ma già lasciando di Titone il letto
Sorgea l'Aurora, e dileguava intorno
L'umid'ombre notturne, e da le chiome
Giù stillava rugiade, e rosseggiante
Era, ed accesa dal vicino sole.
Dinanzi a lei Lucifero il destriero
In tarda fuga volge, e tardi spegne
La vaga face, e 'l ciel non suo le cede,
Perfin che Febo, il gran signor de' lumi,

Impleat, atque ipsi radios vetet esse sorori.
Quum senior Talaonides, nec longa morati
Dircaeusque gradum pariterque Acheloius heros
Corripuere toris. Illos post verbera fessos,
Exceptamque hiemem cornu perfuderat omni
Somnus: at Inachio tenuis sub pectore regi
Tracta quies, dum mente deos inceptaque versat
Hospitia, et quae sint generis adscita repertis
Fata movet. Postquam mediis in sedibus aulae
Congressi, inque vicem dextras junxere, locumque
Quo serere arcanas aptum, atque evolvere curas,
Insidunt; prior his dubios compellat Adrastus:
«Egregii juvenum, quos non sine numine regnis
Invexit nox dextra meis, quibus ipse per imbres
Fulminibus mixtos, intempestumque Tonantem
Has meus usque domos vestigia fecit Apollo;
Non equidem obscurum vobis, plebique Pelasgae
Esse reor, quantis connubia nostra procorum
Turba petant studiis; geminae mihi namque, nepotum
Laeta fides, aequo pubescunt sidere natae.
Quantus honos, quantusque pudor (ne credite patri)
Et super hesternas licuit cognoscere mensas.
Has tumidi solio, et late dominantibus armis
Optavere viri (longum enumerare Pharaeos
Oebaliosque duces), et Achaea per oppida matres,
Spem generis, nec plura tuus despexerat Oeneus
Foedera, Pisaeisque socer metuendus habenis.
Sed mihi nec Sparta genitos, nec ab Elide missos
Jungere fas generos: vobis hic sanguis, et aulae
Cura meae, longo promittitur ordine fati.
Di bene, quod tales stirpemque animosque venitis,
Ut responsa juvent: hic durae tempore noctis
Partus honos: haec illa venit post verbera merces.»
Audierant; fixosque oculos per mutua paulum
Ora tenent, visique inter sese ordine fandi
Cedere: sed cunctis Tydeus audentior actis
Incipit: « O quam te parcum in praeconia famae
Mens agitat matura tuae, quantumque ferentem
Fortunam virtute domas! Cui cedat Adrastus
Imperiis? quis te solio Sicyonis avitae

Rischiari 'l mondo, e la germana oscuri.
A lo spuntar del dì lascian le piume
Il vecchio Adrasto ed il Teban guerriero
E 'l Calidonio eroe. Dopo la pugna
E l'orrida procella, aveva il sonno
Da tutto il corno su gli eroi stranieri
Versata a piena man l'onda letéa.
Ma l'Inachio signor, che in mente ha fissi
Gli augurii e i Numi e 'l nuovo ospizio, e pensa
Qual sia il destin de' generi fatali,
Breve goduta avea pace e riposo.
Giunti che furo del real palagio
Ne la gran sala, si toccàr le destre.
Allora Adrasto in più rimota parte,
Ove soleva i più secreti e gravi
Affar del regno consultar, guidolli,
E assisi in cerchio, a gli ospiti sospesi,
E che pedean da lui, tai detti sciolse:
« Certo non senza de gli Dei mistero,
Giovani eccelsi, vi guidò la notte
Entro a' miei regni, e 'l procelloso nembo
E i fulmini di Giove. Apollo stesso,
Apollo a i tetti miei drizzovvi il passo.
A voi, cred' io, come a la greca gente,
È noto già con quanti studii e voti
Stuolo d'illustri proci a me le nozze
Chiedeano de le figlie. (A me due figlie
Crescon sotto felice ed egual stella
De' futuri nipoti unica speme.)
Quale modestia in lor, qual sia beltade,
Voi vel vedeste; non si creda al padre.
Queste cercano a prova i regi invitti,
Grandi per armi e per impero. Io taccio
I proceri Laconi e i Foronei,
E quante madri le bramàr per nuore:
Non il tuo Enéo tanti sprezzò mariti
A la sua figlia, nè il Pisan crudele
Tanti ne uccise co i cavai veloci.
Ma d'Elide e di Sparta il fato nega
Che i generi io mi scelga; e a voi destina
Con lung'ordin di cose il sangue mio,
Le dolci figlie, e questo trono e il regno.
Sien grazie a i Numi: io pur vi veggio quali
Per stirpe e per valore a me conviene,
E fur lieti gli augurii: a tanto onore
I procellosi nembi vi guidaro,
E questa è al sangue vostro alta mercede. »
Qui tacque Adrasto; e si miraro in viso
I guerrier, quasi l'uno a l'altro voglia
Ceder de la risposta il primo onore.
Ma Tidéo impaziente alfin proruppe:
« O quanto parcamente a noi favelli,
Buon re, de le tue lodi! O quanto vinci
Con la virtù la tua fortuna! Adrasto
A chi cede d'impero? Ed a chi ignoto
È omai che tu dal tuo primiero soglio

Excitum infrenos componere legibus Argos
Nesciat? atque utinam his manibus permittere gentes,
Juppiter aeque, velis, quas Doricus alligat undis
Isthmos, et alterno quas margine submovet infra!
Non fugeret diras lux intercisa Mycenas,
Saeva nec Eleae gemerent certamina valles,
Eumenidesque aliis aliae sub regibus, et quae
Tu potior, Thebane, queri: nos vero volentes,
Expositique animis. » Sic interfatus, et alter
Subjicit: « Anne aliquis soceros accedere tales
Abnuat? Exsulibus quamquam patriaque fugatis
Nondum laeta Venus, tamen omnis corde resedit
Tristitia, affixique animo cessere dolores.
Nec minus haec laeti trahimus solatia, quam si
Praecipiti convulsa Noto prospectet amicam
Puppis humum: juvat ingressos felicia regni
Omina, quod superest fati vitaeque laborum
Fortuna transire tua. » Nec plura morati,
Consurgunt, dictis impensius aggerat omne
Promissum Inachius pater, auxilioque futurum
Et patriis spondet reduces inducere regnis.
Ergo alacres Argi, fuso rumore per urbem
Advenisse duci generos, primisque Hymenaeis
Egregiam Argian, nec formae laude secundam
Deiphilen, tumida jam virginitate jugari,
Gaudia mente parant. Socias it Fama per urbes,
Finitimisque agitatur agris: procul usque Lycaeos
Partheniosque super saltus, Ephyraeaque rura.
Nec minus Ogygias eadem dea turbida Thebas
Insilit, et totis perfundit moenia pennis,
Labdaciumque ducem praemissae consona nocti
Territat, hospitia, et thalamos, et foedera regni,
Permixtumque genus. Quae tanta licentia monstro?
Quis furor est? jam bella canit. Diffuderat Argos
Exspectata dies: laeto regalia coetu
Atria complentur: species est cernere avorum
Cominus, et vivis certantia vultibus aera.
Tantum ausae perferre manus! Pater ipse bicornis
In laevum prona nixus sedet Inachus urna.
Hunc tegit Iasiusque senex, placidusque Phoroneus,
Et bellator Abas, indignatusque Tonantem

Di Sicïon fosti chiamato, i rozzi
Costumi a raddolcir de' fieri Argivi?
Ed oh così in tua man Giove ponesse
Quanto l'Istmo rinserra e quanto abbraccia
Di qua di là con due diversi mari!
Non fuggirebbe da Micene il sole,
Per non veder le scellerate mense;
Nè gemerebbe la campagna Elea
Sotto i sanguigni carri; e l'empie Dire
Non turberían più regni; e ben lo prova
Or Polinice, e a gran ragion sen' duole.
Noi accettiamo il dono, e tu disponi,
Buon re, di noi, chè ne fia legge il cenno. »
Così diss' egli; ed il Teban soggiunse:
E chi può ricusar suocero Adrasto?
Noi, quantunque l'esilio a noi men grata
Venere renda, in te posiam le cure,
E le sgombriamo da gli afflitti petti,
Il dolor nostro convertendo in gioia.
Così nocchier respira e si rallegra,
Che scopre il lido amico e il vicin porto.
Or giovi a noi sotto i tuoi fausti auspicii
In tua corte passar quanto ne avanza
Di vita, e in te ripor le nostre sorti. »
Sorsero allora e s'abbracciaro: Adrasto
Rinnovò i giuramenti, e le promesse
Di ricondurli ne i paterni regni.
Tutt' Argo è in festa, e da per tutto il grido
Si sparge de i due generi novelli;
Che a l'uno Argía, a l'altro il re destina
Deifile non men vaga e vezzosa,
Già mature a i legittimi imenei.
La Fama intanto ne divulga il suono
Per le cittadi amiche, e per li regni
E prossimi e rimoti, oltre le selve
Di Licia e di Partenia, e là ne i campi
De l'ondosa Corinto, e infin penétra
La dea maligna ne l'Ogigia Tebe,
E di sè tutta le riempie intorno.
Narra gli ospizii, i giuramenti, i patti,
Le nuove nozze; e ciò che vide in sogno
Il re conferma, e la commuove e turba.
Chi tanta libertà, tanto furore
Concesse a questo mostro? e già la guerra
Minaccia, e di discordia alza la face.
Ma già risplende in Argo il dì festivo
Destinato a le nozze: i regii tetti
S'empion di lieta e festeggiante turba.
Bello è il veder le immagini de gli avi
Spirar ne i bronzi tanto al ver simili
Che l'arte reca a la natura oltraggio.
Inaco re con le due corna in fronte
Mirasi in fianco riposar su l'urna;
Seguono appresso lui Jaso canuto,
E Foronéo legislatore, e il forte
Guerriero Abante, e Acrisio ancor sdegnoso

Acrisius, nudoque ferens caput ense Coroebus,
Torvaque jam Danai facinus meditantis imago :
Exin mille duces. Foribus quum immissa superbis
Unda fremit vulgi; procerum manus omnis, et alto
Quis propior de rege gradus, stant ordine primi:
Interior sacris calet, et sonat aula tumultu
Foemineo : casta matres cinxere corona
Argolides: pars virginibus circum undique fusae
Foedera conciliant nova, solanturque timorem.
Ibant insignes vultuque habituque verendo
Candida purpureum fusae super ora ruborem,
Dejectaeque genas: tacite subit ille supremus
Virginitatis amor, primaeque modestia culpae
Confundit vultus: tunc ora rigantur honestis
Imbribus, et teneros lacrymae juvere parentes.
Non secus ac supero pariter si cardine lapsae
Pallas et asperior Phoebi soror, utraque telis,
Utraque torva genis, flavoque in vertice nodo,
Illa suas Cyntho comites agat, haec Aracyntho:
Tunc, si fas oculis, non unquam longa tuendo
Expedias, cui major honos, cui gratior, aut plus
De Jove, mutatosque velint transumere cultus,
Et Pallas deceat pharetras, et Delia cristas.
Certant laetitia, Superosque in vota fatigant
Inachidae, quae cuique domus, sacrique facultas.
Hi fibris animaque litant, hi cespite nudo,
Nec minus auditi (sic mens accepta meretur
Ture deos), fractisque obtendunt limina silvis.
Ecce metu subito (Lachesis sic dira jubebat)
Impulsae mentes; excussaque gaudia patris,
Et turbata dies. Innuptam lumine adibant
Pallada; Munychiis cui non Argiva per urbes
Posthabita est Larissa jugis. Hic more parentum
Iasides, thalamis ubi casta adolesceret aetas,
Virgineas libare comas, primosque solebant
Excusare toros : celsam subeuntibus arcem
In gradibus summi delapsum culmine templi

D' aver genero Giove; e 'l buon Corebo
Col ferro in pugno, de la fiera uccisa
Alto portando il formidabil teschio;
E la torva di Dánao austera immago,
Che sta pensosa ancor sul gran delitto;
Poscia mill' altri regi. Intanto accorre
Il vulgo, e tutto il gran palagio inonda.
Ma i senator ne i gradi lor distinti
Chi presso e chi lontano al re fan cerchio.
Dentro risuonan le più interne celle
Di femminil tumulto, e a' sacri altari
Ardon gl' incensi, e porgon voti a i Numi.
Fanno d' intorno a le reali spose
Casta corona le matrone Argive,
E alcuna de le vergini pudiche
Rassicura il timore, e le dispone
A le leggi e a i dover de l' imeneo.
Esse sen vanno e d' abito e d' aspetto
Ragguardevoli in vista e maestose,
Di modesto rossor tinte le gote,
Con gli occhi a terra chini; e sol le turba
Di lor virginità l' ultimo amore,
E del loro pudor la prima colpa.
Scendon da' vaghi lumi alcune stille,
Quasi rugiada, ad irrigarne i seni.
Il genitor sel vede, e sen compiace.
Tali scendon talor Palla e Diana
Dal cielo insieme ambe di dardi armate,
Ambe in volto feroci, i biondi crini
Dietro del capo in vago nodo attorti:
L' una da Cinto, d' Aracinto l' altra
Guida le vaghe sue leggiadre ninfe;
Se tu le miri, (se mirarle lice)
Non sai, quale più onori, o quale appaia
Più vaga, o qual sia più di grazie adorna;
E se tra lor con egual cambio l' armi
Volessero mutar, ben converrebbe
A Palla la faretra, a Cintia l' elmo.
Intanto il popol d' Argo in ogni tempio,
Ciascun secondo il suo potere, a i Numi
Fan sacrificii: altri di grassi tori,
Altri d' agnelle, altri di puro incenso,
Nè son graditi men, s' è il cor divoto.
Quand' ecco strano e subito spavento
(Così volea la Parca) il lieto giorno
Turba, e tutto d' orror riempie il padre.
Givano al tempio le due vaghe spose,
Fra lieta turba e mille faci ardenti,
De la casta Minerva, a cui Larissa
Più grata è assai de' suoi Munichii colli.
Ivi solean le verginelle Argive,
Destinate a le nozze, a la gran Dea
Le primizie libar de i vaghi crini,
E scusa far de' talami novelli.
Ora mentre salian lieti e festivi
Per gli alti gradi al tempio, il grave scudo

Arcados Evippi spolium cadit aereus orbis;
Praemissasque faces, festum nubentibus ignem,
Obruit, eque adytis simul exaudita remotis
Nondum ausos firmare gradum tuba terruit ingens.

In regem conversi omnes formidine prima,
Mox audisse negant: cunctos tamen omina rerum
Dira movent, variisque metum sermonibus augent.
Nec mirum: nam tu infaustos donante marito
Ornatus Argia geris, dirumque monile
Harmonies. Longa est series, sed nota malorum
Prosequar, unde novis tam saeva potentia donis.

Lemnius haec, ut prisca fides, Mavortia longum
Furta dolens, capta postquam nihil obstat amori
Poena, nec ultrices castigavere catenae,
Harmonies dotale decus sub luce jugali
Struxerat: hoc, docti quamquam majora, laborant
Cyclopes, notique operum Thelchines amica
Certatim juvere manu, sed plurimus ipsi
Sudor: ibi arcano florentes igne smaragdos
Cingit, et infaustas percussum adamanta figuras,
Gorgoneosque orbes, Siculaque incude relictos
Fulminis extremi cineres, viridumque draconum
Lucentes a fronte jubas: hic flebile germen
Hesperidum, et dirum Phryxaei velleris aurum.
Tum varias pestes, raptumque interplicat atro
Tisiphones de crine ducem, et quae pessima Ceston
Vis probat: haec circum spumis lunaribus ungit
Callidus, atque hilari perfundit cuncta veneno.
Non hoc Pasithea blandarum prima sororum,
Non Decor, Idaliusque puer, sed Luctus, et Irae,
Et Dolor, et tota pressit Discordia dextra.

Prima fides operi, Cadmum comitata jacentem
Harmonie versis in sibila dira querelis,
Illyricos longo sulcavit pectore campos.
Improba mox Semele, vix dona nocentia collo
Induit, et fallax intravit limina Juno.
Teque etiam, infelix, perhibent, Jocasta, decorum
Possedisse nefas: vultus hac laude colebas,
Heu quibus, heu placitura toris! post longior ordo.
Tum donis Argia nitet, vilesque sororis
Ornatus sacro praeculta supervenit auro.

De l'Arcadico Evippo al tetto appeso
Giù all'improvviso rovinando cadde,
E le fasci e le tede e il sacro fuoco
Del tutto spense; e rauco suon di tromba
Da i sotterranei usci, che di spavento
D'empier finì gli sbigottiti Argivi.

Tutti guardano il re, che non dà segno
Di tema; allor l'adulatrice turba
Nega d'avere il tristo augurio udito,
Ma lo riserba in mente, e sen discorre
Per tutto, ed il terror cresce parlando.
Ma che stupor? Se dal tuo collo pende
Il fatale d'Armonia empio monile,
Dono del tuo consorte, o bella Argía?
Lungo, ma noto è l'ordine de' mali
De l'infausto monile, e pur mi giova
Tutta narrarne la dolente istoria.

Dacchè Vulcan ne la nascosa rete
Prese l'infida sposa 'l fiero drudo,
Nè però vide a sè cessar lo scorno,
Nè l'insidie di Marte; ei si dispose
In sembianza di dono a far vendetta
Ne l'innocente lor misera figlia.
Impiegò tosto nel feral lavoro
I suoi Ciclopi e i tre Telchini infami,
Ed ei più d'altri faticò ne l'opra:
Ei v'inserì molti smeraldi ardenti
D'occulta luce, e più diamanti impressi
D'immagini funeste, e del Gorgone
Gli occhi maligni, e il cener su l'incude
Avanzato de i fulmini celesti,
E de i dragon le squamme, e l'oro infausto
De i pomi de l'Esperidi; e del vello
Del reo monton di Frisso, e varie pesti,
E del crin di Megera il maggior serpe,
E del venereo cinto il reo potere;
E con l'umide spume a Cintia prese
Temprò il fatal monile, e lo cosperse
Tutto d'allegro micidial veneno.
Non fur presenti Pasitea gentile,
Nè le minor sorelle, nè il Diletto,
Nè l'Idalio fanciullo: il Lutto, l'Ira,
Il Dolor, la Discordia a l'opra' infame
Porsero aiuto, e n'affrettaro il fine.

Prima fu Armonia a risentirne il danno,
Che il serpeggiante suo vecchio marito
Per gl'Illirici campi or va seguendo
Mutata in biscia; e sibilando duolsi.
Semele poi se n'era ornata appena,
Che venne a lei l'insidiosa Giuno.
Questa in sembianza d'ôr lucida peste
Te pur fregiò, Giocasta: ed a qual letto,
Misera! a quali nozze? Indi molt'altre
Ne provaro il veleno: ora nel petto
Splende d'Argía, che col monile infausto
De la germana il parco culto eccede.

Viderat hoc conjux perituri vatis, et aras
Ante omnes, epulasque trucem secreta coquebat
Invidiam, saevis detur si quando potiri
Cultibus, heu nihil auguriis adjuta propinquis.
Quos optat gemitus! quantas cupit impia clades!
Digna quidem, sed quid miseri decepta mariti
Arma? quid insontes nati meruere furores?
Postquam regales epulas, et gaudia vulgi
Bisseni clausere dies, Ismenius heros
Respicere ad Thebas, jamque et sua quaerere regna;
Quippe animum subit illa dies, qua, sorte benigna
Fratris, Echionia steterat privatus in aula:
Respiciens descisse deos, trepidoque tumultu
Dilapsos comites, nudum latus omne, fugamque
Fortunae; namque una soror producere tristes
Exsulis ausa vias: etiam hanc in limine primo
Liquerat, et magna lacrymas incluserat ira.
Tunc quos excedens hilares, quis cultus iniqui
Praecipuus ducis, et profugo quos ipse notarat
Ingemuisse sibi, per noctem, ac luce sub omni
Digerit: exedere animum dolor iraque demens,
Et, qua non gravior mortalibus addita cura,
Spes, ubi longa venit. Talem sub pectore nubem
Consilio volvens, Dircen, Cadmique negatas
Apparat ire domos: veluti dux taurus, amata
Valle carens, pulsum solito quem gramine victor
Jussit ab erepta longe mugire juvenca:
Quum profugo placuere tori, cervixque recepto
Sanguine magna redit, fractaeque in pectora vires:
Bella cupit, saltusque, et capta armenta reposcit,
Jam pede, jam cornu melior: pavet ipse reversum
Victor, et attoniti vix agnovere magistri.
Non alias tacita juvenis Theumesius iras
Mente acuit; sed fida vias, arcanaque conjux
Senserat. Utque toris primo complexa jacebat
Aurorae pallore virum, « Quos, callide, motus,
Quamve fugam moliris? ait: nil transit amantes.
Sentio, pervigiles acuunt suspiria questus,
Nunquam in pace sopor: quoties haec ora natare

Ma del vate, da' Fati omai richiesto,
L' avara moglie il vide, e in lei destossi
Tosto l' invidia, ed un' ardente brama
Di possedere l' esecrabil oro.
Che giova a lei l' aver comune il letto
Con l' Argivo indovino? Oh quante stragi!
Oh quanti lutti a sè prepara! degni
Inver di lei; ma l' innocente sposo
In che peccò? qual v' hanno colpa i figli?
Poichè dodici volte ebbe fugate
Dal ciel le stelle la vermiglia aurora,
A le reali feste, ed a i conviti
Fu posto fine. Polinice allora
Volse il pensiero a l' Anfionie mura,
E al patrio regno. A lui ritorna in mente
E il dì che la fortuna alzò il fratello
A l' Echionio trono, ed ei rimase
Privato, e in odio a' Numi, e con la sorte
Vide fuggirsi i poco fidi amici.
Sol la minor sorella in su l' estreme
Soglie seguillo ed abbracciollo; ed egli
Per soverchio furor rattenne il pianto.
Or l' infelice in suo pensier rivolge,
O spunti in cielo il sole, o 'l dì s' imbruni,
Quali del suo partir restâr giulivi,
E quai dolenti, e l' alterigia e il fasto
Del superbo germano: il cor gli rode
Vendetta e sdegno, e de' più rei tormenti
Il maggior, la speranza e lunga e incerta.
Da tai cure agitato egli risolve
Tornar (segua che puote) a la natia
Dirce e a i Beozii campi, e su l' avito
Trono di Cadmo, che il fratel gli nega.
Siccome toro che guidò l' armento
Gran tempo, dal rival vinto e fugato,
Lungi dal natio pasco e da l' amata
Giovenca, mugge dal profondo petto,
E disdegnoso sprezza il fonte e l' erba;
Se le piaghe risana, e il muscoloso
Petto rinfranca, e il vigor nuovo acquista,
Torna superbo a miglior pugna accinto
Al prato antico ed al primiero amore;
Sparge col piè l' arena, arruota il corno;
Lo teme il vincitor, restan confusi,
E 'l riconoscon i bifolchi appena:
Non altrimenti il giovane Tebano
Medita nel suo cor l' alta vendetta.
Ma ben s' avvide la pudica moglie,
Qual ei volgesse in sè consiglio occulto,
E in mezzo a i casti mattutini amplessi
Tra mille baci, a lui piangendo disse:
« Quali moti, signor? che fuga è questa,
Che ordisci? non s' inganna accorta amante:
I sospiri, i lamenti e gl' inquieti
Sonni i disegni tuoi mi fan palesi.
Oh quante volte, oh quante io le man stendo,

Fletibus, et magnas latrantia pectora curas
Admota deprendo manu! nil foedere rupto.
Connubiisve super moveor, viduaque juventa
(Etsi crudus amor, nec dum post flammea toti
Intepuere tori): tua me, properabo fateri,
Angit amata salus. Tune incomitatus, inermis
Regna petes? poterisque tuis decedere Thebis,
Si neget? atque illum solers deprendere semper
Fama duces, tumidum narrat, raptoque superbum.
Difficilemque tibi: necdum consumpserat annum.
Me quoque nunc vates, nunc exta minantia divos,
Aut avium lapsus,aut turbida noctis imago
Territat: ah, memini, nunquam mihi falsa per umbras
Juno venit: quo tendis iter? ni conscius ardor
Ducit,et ad Thebas melior socer.» Hic breve tandem
Risit Echionius juvenis, tenerumque dolorem
Conjugis amplexu solatur, et oscula moestis
Tempestiva genis posuit, lacrymasque repressit:
«Solve metus animo, dabitur, mihi crede, merentum
Consiliis tranquilla dies: te fortior annis
Nondum cura decet: sciat haec Saturnius olim
Fata parens, oculosque polo dimittere si quos
Justitia, et rectum terris defendere curat.
Fors aderit lux illa tibi, qua moenia cernes
Conjugis, et geminas ibis regina per urbes.»
Sic ait, et caro raptim se limine profert.
Tydea jam socium coeptis, jam pectore fido
Aequantem curas (tantus post jurgia mentes
Vinxit amor), socerumque affatur tristis Adrastum
Fit mora consilio: quum, multa moventibus, una
Jam potior cunctis sedit sententia, fratris
Praetentare fidem, tutosque in regna precando
Explorare aditus. Audax ea munera Tydeus
Sponte subit: necnon et te, fortissime gentis
Aetolum, multum lacrymis conata morari

E sento il core palpitarti in petto,
Ed il viso talor di pianto molle!
A me non preme l'ancor fresca fede
Di nostre nozze, nè che tu mi lasci
Vedova e sola in giovanetta etade,
(Quantunque è in me d'amor viva la face,
E 'l nostro letto non ben caldo ancora)
A me, dolce mio sposo, a me sol preme
La tua salvezza. E disarmato e solo
Tu dunque andrai ne' tuoi paterni regni?
E se 'l fratel li nega? ed in qual modo
Fuggirai tu da la tua Ogigia Tebe?
Ahi che la fama, che più i regi osserva,
Narra di lui, quant'è superbo e altero
Per l'usurpato soglio, e (non ancora
Finito l'anno) contro te crudele.
Io temo e tremo, e accrescono il terrore
Le fatidiche voci. e le interiora
De le vittime infauste, e i Numi irati,
E il volo de gli augelli, e tristi sogni,
Ah che giammai non m'ingannaro i sogni,
Qualor Giuno m'apparve! e dove corri,
Misero! se pur te segreto amore,
E un suocero miglior non chiama a Tebe.»
Sorrise allora il giovane Tebano
Del van sospetto de la cara moglie.
E se la strinse al seno, e con più baci
l'empronne il duolo, e rasciugonne il pianto.
«Deh sgombra, anima mia, sgombra il timore,
Disse, e confida: a' giusti voti i Numi
Saran propizii, e a le dolenti notti
Succederà più d'una lieta aurora.
L'alte cure di stato a la tua etade
Non convengono ancora: il sommo Giove
Sa qual fine si debba a giusta impresa,
Se Astréa pur è lassuso, e s'ei riguarda
Quaggiù le cose, e vuol che'l dritto vinca.
Verrà (o ch'io spero) il fortunato giorno
Che salirai col tuo consorte in trono,
E andrai di due città donna e regina.»
Qui tacque, e abbandonò le amiche piume.
Poi con Tidéo s'unì, de le sue pene
E de le cure sue fido compagno;
(Cotanto amor dopo la pugna e'l sangue
Era nato fra lor) e al vecchio Adrasto
Chiese dolente il già promesso aiuto.
Ei raduna il senato, e dopo molti
E diversi pareri, alfine sembra
Il partito miglior che alcun si mandi,
Che 'l pattuito vicendevol regno
Ad Eteocle chieda, e tenti prima
Le pacifiche vie del suo ritorno.
Così conchiuso. il Calidonio audace
Sè stesso offrì: ma quanto duolo, ahi quanto,
Etolo eroe, la tua fedel consorte
Deifile gentil del tuo partire

Deiphile, sed jussa patris, tutique regressus
Legato, justaeque preces vicere sororis.
Jamque emensus iter silvis ac litore durum,
Qua Lernea palus, ambustaque sontibus alte
Intepet Hydra vadis, et qua vix carmine raro
Longa sonat Nemee, nondum pastoribus ausis;
Qua latus Eoos Ephyres quod vergit ad Euros,
Sisypheique sedent portus; irataque terrae
Curva Palaemonio secluditur unda Lechaeo.
Hinc praetervectus Nisum, et te, mitis Eleusin,
Laevus habet: jamque arva gradu Theumesia, et arces
Intrat Agenoreas. Ibi durum Eteoclea cernit
Sublimem solio, septumque horrentibus armis.
Jura ferus populo trans legem, ac tempora regni,
Jam fratris de parte dabat: sedet omne paratus
In facinus, queriturque fidem tam sero reposci.
Constitit in mediis: ramus manifestat olivae
Legatum; caussasque viae nomenque rogatus
Edidit: utque rudis fandi, pronusque calori
Semper erat, justis miscens tamen aspera, coepit:
« Si tibi plana fides, et dicti cura maneret
Foederis, ad fratrem completo justius anno
Legatos hinc ire fuit; teque ordine certo
Fortunam exuere, et laetum discedere regno;
Ut vagus ille diu, passusque haud digna per urbes
Ignotas, pactae tandem succederet aulae.
Sed quia dulcis amor regni, blandumque potestas,
Posceris: astriferum velox jam circulus orbem
Torsit, et amissae redierunt montibus umbrae,
Ex quo frater inops, ignota per oppida tristes
Exsul agit casus; et te jam tempus aperto
Sub Jove ferre dies, terrenaque frigora membris
Ducere, et externos submissum ambire penates.
Pone modum laetis: satis auro dives, et ostro
Conspicuus, tenuem germani pauperis annum
Risisti: moneo regnorum gaudia temet

Risente! E che non fece, e che non disse?
Quanto pianse e pregò per ritenerti?
Ma del padre il voler, ma la pietade
De la germana, e 'l dritto de le genti
Che i massaggi assicura, alfin la vinse.
Parte egli intanto, e già passato avea
Aspri cammin per cupa selva e colli,
Là dove ferve la lernéa palude
Co' venefici flutti, ancor fumante
Per gli arsi capi da l' Erculeo braccio;
E dove in la Nemea valle non s' ode
De' timidi pàstor voce, nè canto;
Indi era giunto a le corintie spiagge
Esposte al soffio oriental de' venti,
Ed al porto di Sisifo; e là dove
Il Lecheo Palemonio il mare affrena.
Poscia a Niso si volge, e alla sinistra
Lasciàndo Eleusi a Cerere diletta
Ei calca infine di Teumesia i campi,
E pone il piè ne l' Agenorea rocca.
Vede Eteócle in alto trono assiso
Dar legge a Tebe oltre il confin de l' anno.
E del regno non suo, ma del fratello:
Torvo d' aspetto, che ben mostra fuori
L' animo aver ad ogni colpa pronto.
E appunto ei si ridea che così tardi
Se gli chiedesse il patto. Allor fermossi
Tidéo nel mezzo: il ramuscel d' oliva,
Ch' ei porta in mano, messaggier lo scopre.
Chiesto poscia del nome, e qual cagione
Ivi lo meni, il tutto fa palese;
E come rozzo nel parlar, e a l' ira
Pronto e disposto, la sua giusta inchiesta
Mischiò in tal guisa con parole amare.
« Se in te regnasse fede, e se de' patti
Cura prendessi, al tuo fratel ramingo
Tu dovevi mandar, finito l' anno,
Ambasciatori, e richiamarlo al trono,
E con pronto voler, con core invitto
Lasciar la tua fortuna e 'l non tuo regno,
Tanto che anch' egli da' suoi lunghi errori
Per ignote cittadi, e da' disastri
Ne la promessa sua corte respiri.
Ma già che tanto in te può amor d' impero
E di comando, che l' altrui ritieni,
Noi te 'l chiediamo: ha già trascorso il sole
Per tutti i segni, da che i duri casi
Del tristo esilio il tuo fratel sopporta.
Or tempo è bene che tu ancora impari
Andartene ramingo al caldo, al gelo
Ne l' altrui case a mendicar l' albergo.
Pon modo, poni a la tua sorte: assai
Ricco d' oro e di gemme, e d' ostro adorno,
Del tuo fratel la povertà schernisti.
Il piacer di regnar scordati alquanto;
Soffri l' esilio, e sofferendo degno

Dedoceas, patiensque fugae mereare reverti. »
 Dixerat: ast illi tacito sub pectore dudum
Ignea corda fremunt; jacto velut aspera saxo
Cominus erigitur serpens, cui subter inanes
Longa sitis latebras, totosque agitata per artus,
Convocat in fauces et squamea colla venenum:
 « Cognita si dubiis fratris mihi jurgia signis
Ante forent, nec clara odiorum arcana paterent,
Sufficeret vel sola fides, qua torvus, et illum
Mente gerens, ceu septa novus jam moenia laxet
Fossor, et hostiles inimicent classica turmas,
Praefuris: in medios si cominus orsa tulisses
Bistonas, aut refugo pallentes sole Gelonos,
Parcior alloquio, et medii reverentior aequi
Inciperes: neque te furibundae crimine mentis
Arguerim, mandata refers. Nunc, omnia quando
Plena minis, nec sceptra fide, nec pace sequestra
Poscitis, et capulo propior manus; haec mea regi
Argolico, nondum aequa tuis, vice dicta reporta:
 « Quae sors justa mihi, quae non indebitus annis
Sceptra dicavit honos, teneo, longumque tenebo.
Te penes Inachiae dotalis regia dono
Conjugis, et Danaae (quid enim majoribus actis
Invideam?) cumulentur opes: felicibus Argos
Auspiciis, Lernamque regas: nos horrida Dirces
Pascua, et Euboicis arctatas fluctibus oras,
Non indignati miserum dixisse parentem
Oedipoden: tibi larga (Pelops, et Tantalus auctor)
Nobilitas, propiorque fluat de sanguine juncto
Juppiter. Anne feret luxu consueta paterno
Hunc regina larem? nostrae cui jure sorores
Anxia pensa trahant; longo quam sordida luctu
Mater, et ex imis auditus forte tenebris
Offendat socer ille senex. « Jam pectora vulgi
Assuevere jugo: pudet heu! plebisque, patrumque,
Ne toties incerta ferant, mutentque gementes
Imperia, et dubio pigeat parere tyranno.

Ti renderai di ritornar sul trono. »
 Sì disse: e 'l re già torbido, inquieto
Ardea nel cuore di furore e sdegno.
Siccome serpe, cui per lunga sete
Crebbe il velen ne le natie latebre,
Da tutti i membri lo raccoglie al collo,
E a la trisulca lingua; indi si lancia
Contro il pastor che lo ferì col sasso:
Così Eteócle tumido ed altero
Diede a i feroci detti aspra risposta:
 « Certo se l'odio, se il furor, se l'ira
Dubbii fossero a me del mio germano,
E non avessi manifesti segni,
L'altero tuo parlar ne faría fede.
Così al vivo l'esprimi e ne minacci
Con rabbia tal, come se fosser svelte
Da' fondamenti le Anfionie mura,
E tutta andasse Tebe a ferro e a foco.
Se a' feroci Bistonii ed a' gelati
Sciti lontani dal cammin del sole
Messaggiero tu fosti, in più discreti
Modi so ben che parleresti, e fiero
Non calcheresti de le genti il dritto.
Ma perchè te accusar? tu del fratello
Porti le furie, e 'l reo mandato esponi.
Or perchè tutto hai di minacce pieno,
Nè con modi pacifici richiedi
Il regno e i patti, al mio fratello argivo
Tale in mio nome porterai risposta:
 « Quello scettro, che a me la sorte e gli anni
Hanno concesso, giustamente io tengo,
Nè lascerollo. Te l'Inachia dote,
Te di Dánao i tesor rendan contento;
(Già non invidio la tua gloria e'l fasto)
Tu reggi pure con felici auspicii
Ed Argo e Lerna: a me l'orride zolle
Bastan di Dirce, e di Beozia i campi
Pochi e ristretti da l'Euboico mare,
Nè mi vergogno Edippo aver per padre.
Te Tantalo, te Pelope, te Giove,
Cui più t'accosti, fanno illustre e chiaro.
Come potrà la tua regina avvezza
A lo splendor paterno, a queste case
Povere e anguste, accostumare il guardo,
Cui le nostre germane umili e abbiette
Già fatte ancelle fileran le lane?
Come soffrir potrà la sconsolata
Suocera antica? e da le sue caverne
Se urlar sentirà il padre; ahi quale orrore,
Quale dispetto non ne avrà? già il vulgo,
Già i nobili, e 'l senato al giogo nostro
Avvezzi sono, e ne son paghi. Io dunque,
Io non ne avrò pietà? Soffrir degg'io
Che mutino ad ognor principe e leggi?
Troppo a i popoli è duro un breve regno,
E offrir gli omaggi a incognito tiranno.

Non parcit populis regnum breve: respice quantus
Horror, et attoniti nostro in discrimine cives.
Hosne ego, quis certa est sub te duce poena, relinquam?
Iratus, germane, venis: fac velle, nec ipsi
(Si modo notus amor, meritique est gratia) patres
Reddere regna sinent. » Non ultra passus, et orsa
Injecit mediis sermonibus obvia: « Reddes,
Ingeminat, reddes: non si te ferreus agger
Ambiat, aut triplices alio tibi carmine muros
Amphion auditus agat: nil tela, nec ignes
Obstiterint, quin ausa luas, nostrisque sub armis
Captivo moribundus humum diademate pulses.
Tu merito: ast horum miseret, quos sanguine viles,
Conjugibus natisque infanda ad proelia raptos,
Projicis excidio, bone rex: o quanta Cithaeron
Funera, sanguineisque vadis, Ismene, rotabis!
Haec pietas, haec magna fides! nec crimina gentis
Mira equidem duco; sic primus sanguinis auctor,
Incestique patrum thalami; sed fallit origo:
Oedipodes tu solus eris: haec praemia morum
Ac sceleris, violente, feres: nos poscimus annum.
Sed moror. » Haec audax etiamnum in limine retro
Vociferans, jam tunc impulsa per agmina praeceps,
Evolat. Oeneae vindex sic ille Dianae,
Erectus setis, et aduncae fulmine malae,
Quum premeret Pelopea phalanx, saxa obvia volvens,
Fractaque perfossis arbusta Acheloia ripis,
Jam Telamona solo, jam stratum Ixiona linquens,
Te, Meleagre, subit: ibi demum cuspide lata
Haesit, et obnixo ferrum laxavit in armo.
Talis adhuc trepidum liquit Calydonius heros
Concilium, infrendens ipsi ceu regna negentur:
Festinatque vias, ramumque precantis olivae
Abjicit. Attonitae tectorum ex culmine summo
Prospectant matres, saevoque infanda precantur
Oenidae, tacitoque simul sub pectore regi.
Nec piger ingenio scelerum, fraudisque nefandae
Rector eget: juvenum fidos lectissima bello
Corpora nunc pretio, nunc ille hortantibus ardens
Sollicitat dictis, nocturnaque proelia saevus
Instruit, et sanctum populis per saecula nomen
Legatum insidiis, tacitoque invadere ferro
(Quid regnis non vile?) cupit: quas quaereret artes

Mira tu stesso, qual li prende orrore,
E sdegno e tema del periglio nostro:
E questi io darò a te, per farne scempio?
Or fa ch' io 'l voglia: nol vorranno i padri,
(Se la lor fede, se l' onor m' è noto)
La plebe nol vorrà. Qui impaziente
Tidéo interruppe: « Il renderai malgrado,
Il renderai, non se di ferreo vallo
Tu ti circondi, o l' Anfionia cetra
Formi triplice muro a Tebe intorno;
Non le faci, non l' armi il tuo castigo
Impediranno; e moribondo e vinto
Al suol percuoterai la regia fronte.
E tu a ragion. . . . ma di costor, crudele,
Mi duol, che a guisa di giumenti e schiavi
Tratti dal sen de le consorti afflitte,
Lungi da' figli, a certa morte mandi.
Oh quante stragi porterà il Citero!
Di quanto sangue correrà l' Ismeno!
Questa è la tua pietà? questa è la fede?
Ma che stupor, se de l' iniqua schiatta
Fu crudele l' autore, e incestuoso
Il padre? benchè il sangue in Polinice
Falla, e tu solo de l' infame Edippo
Sei degno figlio; e patirai le pene
Tu solo ancor. Noi ti chiediamo il patto,
E l' anno nostro. Ma che bado? » Allora
Fin da l' estreme soglie minacciando
Urta, ed apre la turba, e irato parte.
Cosí 'l fiero cinghial, che da l' irata
Diana offesa a desolar fu spinto
D' Oeneo i campi, al suon de l'armi greche
Arruffò il pelo, e con l' acute zanne
Rivoltò i sassi e lacerò le piante
Che su le ripe a l' Acheléo fánn' ombra;
Indi Pirítoo e Telamon ferío,
Foscia pugnò con Meleagro, a cui
Restò la gloria de l'uccisa belva.
Tale, e più fiero il Calidonio eroe
Lascia il concilio, e furibondo freme,
Come se a sè, non al cognato, il regno
Negato fosse; e 'l ramuscel d' oliva,
Segno di pace, da sè lungi scaglia.
Miranlo d' alto le dolenti spose
E le pallide madri, e contro lui
Fanno orribili voti, e contro il rege,
Che negò 'l giusto, e sè lo fe' nemico.
Ma il malvagio tiranno, a cui non manca
Arte e sapere in ordir frodi e inganni,
De' più forti guerrieri e a lui più fidi
Scelta una schiera, con promesse e doni
Al tradimento li dispone e compra,
E prepara a Tidéo notturno assalto;
Nè al sacro nome d' orator, nè al sacro
Diritto de le genti omai pon mente.
Empio furor di regno, e che non osi?

Si fratrem, Fortuna, dares? o caeca nocentum
Consilia! o semper timidum scelus! Exit in unum
Plebs ferro jurata caput: ceu castra subire
Apparet, aut celsum crebris arietibus urbis
Inclinare latus: densi sic agmine facto
Quinquaginta altis funduntur in ordine portis.
Macte animi, tantis dignus qui crederis armis.
Fert via per dumos propior, qua calle latenti
Praecelerant, densaeque legunt compendia silvae.
Lecta dolis sedes. Gemini procul urbe malignis
Faucibus urgentur colles, quos umbra superni
Montis, et incurvis claudunt juga frondea silvis:
Insidias natura loco, caecamque latendi
Struxit opem. Medias arcte secat aspera rupes
Semita, quam subter campi, devexaque latis
Arva jacent spatiis: contra importuna crepido
Oedipodioniae domus alitis. Hic fera quondam
Pallentes erecta genas, suffusaque tabo
Lumina, concretis infando sanguine plumis
Relliquias amplexa virûm, semesaque nudis
Pectoribus stetit ossa premens, visuque frementi
Collustrat campos, si quis concurrere dictis
Hospes inexplicitis, aut cominus ire viator
Audeat, et durae commercia jungere linguae.
Nec mora, quin acuens exertos protinus ungues,
Liventesque manus, fractosque in vulnere dentes,
Terribili applausu circum hospita surgeret ora.
Et latuere doli, donec de rupe cruenta,
Heu! simili deprensa viro, cessantibus alis,
Tristis inexpletam scopulis affligeret alvum.
Monstrat silva nefas, horrent vicina juvenci
Gramina: damnatis avidum pecus abstinet herbis.
Non Dryadum placet umbra choris, non commoda sacris
Faunorum, diraeque etiam fugere volucres
Prodigiale nemus. Tacitis huc gressibus acti
Deveniunt peritura cohors, hostemque superbum,
Adnixi jaculis, et humi posita arma tenentes

Oh se dato a costui fosse il fratello,
Qual ne farebbe scempio? oh de l'inique
Menti ciechi consigli! oh da' delitti
Non mai disgiunte diffidenza e tema!
Ecco come costui contro d'un solo
Non altrimenti tanta gente aduna,
Che se ad un campo egli movesse assalto,
O col frequente urtar de gli arïeti
D'assediata città battesse il muro.
Escon costoro, e son cinquanta insieme
Fuor de le porte: o glorioso, o prode
Guerrier, contro cui sol muovon tant'armi!
E vanno per angusta e breve via
Di spine cinta attraversando il bosco,
Per assalire al passo il gran campione.
Sonvi due colli a la città vicini,
Cui li monti maggior fann'ombra eterna,
Cinti d'intorno da un'opaca selva,
Da' quali s'esce per angusto calle.
È naturale il sito; e pur ei sembra
Da l'arte fatto ad accultar gli aguati.
S'apre per mezzo a' sassi un piccol varco
E disastroso, che conduce a l'erto
E periglioso passo: indi i soggetti
Campi miransi intorno, e valli e fiumi.
Sorge a l'incontro la tremenda rupe
Albergo de la sfinge; in su quel sasso
Stava già un tempo la terribil belva
Pallida il volto e macilente, e gli occhi
Lividi e torvi, con le immonde penne
Di sangue intrise, e con le fiere labbia
Iva lambendo i lacerati avanzi
De' passaggieri uccisi: intanto il guardo
Girava intorno ad ispiar se alcuno
Colà salisse e temerario osasse
Contender seco a sviluppar gli enimmi.
Tosto aguzzava i fieri denti, e l'ugne
Spiegava, e dibattendo i pigri vanni,
Gli si lanciava al viso, e de la rupe
Col capo in giù lo fea cader da l'alto.
Pur felici gl'inganni, insin ch'Edippo
Giunse, e spiegò l'ambagi: allora il mostro
Tristo e confuso, senza batter ali,
Precipitò sè stesso; il fiero ventre,
E le viscere infami infrante e sparse
Andaro per le roccie e pei burroni.
Conserva ancor contaminato il bosco
L'orror del mostro, e da que' paschi infami
Vanno lungi le gregge: a la nocente
Ombra non vengon mai Fauni o Silvani,
Nè le Driadi vezzose; ed i rapaci
Augelli e i fieri lupi il volo e il passo
(Tal li prende terror) volgono altrove.
In questo luogo l'insidiosa turba
Riserbata a morir s'appiata e cinge
Di guardie il bosco, ed appoggiata a l'aste

Exspectant, densaque nemus statione coronant.
Coeperat humenti Phoebum subtexere palla
Nox, et caeruleam terris infuderat umbram.
Ille propinquabat silvis, et ab aggere celso
Scuta virûm, galeasque videt rutilare comantes,
Qua laxant rami nemus, adversaque sub umbra
Flammeus aeratis Lunae tremor errat in armis.
Obstupuit visis: ibat tamen, horrida tantum
Spicula, et inclusum capulo tenus admovet ensem.
Ac prior: « unde viri? quidve occultatis in armis? »
Non humili terrore rogat: nec reddita contra
Vox, fidamque negant suspecta silentia pacem.
Ecce autem vasto Chromii contorta lacerto,
Quo duce freta cohors, fuscas intervolat auras
Hasta, sed audenti deus et fortuna recessit.
Per tamen Olenii tegimen suis, atraque setis
Terga, super laevos humeros vicina cruori
Effugit, et viduo jugulum ferit irrita ligno.
Tunc horrere comae, sanguisque in corde gelari.
Huc ferus atque illuc animum, pallentiaque ira
Ora ferens, nec tanta putat sibi bella parari.
« Ferte gradum contra, campoque erumpite aperto.
Quis timor audendi? quae tanta ignavia? solus,
Solus in arma voco. » Neque in his mora; quos ubi plures,
Quam ratus, innumeris videt excursare latebris,
Hos prodire jugis, illos e vallibus imis
Crescere, nec paucos campo, totumque sub armis
Collucere iter (ut clausas indagine profert
In medium vox prima feras) quae sola medendi
Turbata ratione via est, petit ardua dirae
Sphingos, et abscissis infringens cautibus uncas
Exsuperat juga dira manus, scopuloque potitus,
Unde procul tergo metus, et via prona nocendi,
Saxum ingens, quod vix plena cervice gementes
Vertere humo, murisque valent inferre juvenci,
Rupibus avellit: dein toto sanguine nixus
Sustinet, immanem quaerens librare ruinam;
Qualis in adversos Lapithas erexit inanem
Magnanimus cratera Pholus. Stupet obvia leto

L' Etolo eroe stassi attendendo al varco.
Di già Febo è sparito, e già la notte
Stende l' umido velo, e il mondo adombra.
Ed ecco ei s' avvicina, e da eminente
Luogo, e di Cintia al vicillante raggio
Scorge da lungi balenar gli scudi
Tra ramo e ramo de le turme ostili,
E su i cimieri tremolar le piume.
Vede, stupisce, e non però s' arretra;
Ma con la mano il brando tenta, e poi
Due dardi impugna, e minaccioso grida:
« Chi siete voi, guerrier, che vi celate? »
Nissun risponde: onde vie più sospetta
Che avrà dura al passaggio aspra contesa.
Quand' ecco intanto dal robusto braccio
Di Cromio, condottier de la masnada,
Vibrata un' asta fende l' aria a volo;
Ma i Numi e 'l fato fur contrarii al colpo:
Fora però la setolosa pelle
De l' Olenio cinghiale, ond' ei si copre,
E l' omero sinistro a lui radendo,
Gli striscia il collo, e passa il ferro asciutto.
Arruffò il crine allor l' Etolo eroe.
E tutto se gli strinse il sangue al core:
Rivolge intorno il guardo, 'l fier sembiante
Pallido per lo sdegno; e appena crede
Che contro un sol stieno tant' armi ascose.
« Uscite, grida, a campo aperto, uscite,
Appiattati guerrier, ch' io non m' ascondo.
A me a me vi rivolgete: e quale
Timore vi raffrena? Oh che viltade!
Io solo, io sol tutti vi sfido a guerra. »
Rupper gl' indugi al suon de' detti audaci
I Tebani guerrieri, e d' ogni parte
Uscir d' aguato in numeroso stuolo,
Maggior di quello ch' ei pensò, da l' alto
Correndo a lui, e da la bassa valle.
Così cingon talor di reti e d' aste
I cacciatori le feroci belve;
E par che al peso di tant' armi e al lume
Tutt' arda e tremi quella selva antica.
Vede Tidéo che a sua difesa giova
Guardar le spalle; e de la sfinge al sasso
Sen corre, e benchè sia scosceso ed erto,
Tanto s' appiglia con le adunche mani
A scaglie e a greppi, che a la fin v' ascende.
Giunto ch' egli è de l' alta rupe in cima,
Ne svelse un rozzo e smisurato sasso
Pesante sì, che strascinarlo appena
Due affannati giovenchi a collo steso
Potrian d' un edifizio al gran lavoro.
Poi tutte le sue forze in un raccolte
L' alza da terra, e lo sospende e libra;
Indi lo scaglia. Così Folo appunto
Contra i Lapiti rei lanciò il gran vaso.
Mira in aria il gran monte, e ne stupisce

Turba super stantem, atque emissi turbine montis
Obruitur: simul ora virûm, simul arma, manusque,
Fractaque commixto sederunt pectora ferro.
Quatuor hic adeo dejecti mole sub una
Congemuere: fuga tremefactum protinus agmen
Excutitur coeptis: neque enim temnenda jacebant
Funera, fulmineus Dorylas, quem regibus ardens
Aequabat virtus, Martisque e semine Theron
Terrigenas confisus avos: nec vertere cuiquam
Frena secundus Halys, sed tunc pedes occubat arvis,
Pentheumque trahens nondum te Phaedimus aequo,
Bacche, genus. Quorum ut subitis exterrita fatis
Agmina, turbatam vidit laxare catervam;
Quae duo sola manu gestans acclinia monti
Fixerat, intorquet jacula, et fugientibus addit.
Mox in plana libens, nudo ne pectore tela
Inciderent, saltu praeceps defertur, et orbem,
Quem procul oppresso vidit Therone volutum,
Corripuit, tergoque et vertice tegmine noto
Septus, et hostili propugnans pectora parma,
Constitit: inde iterum densi glomerantur in unum
Ogygidae, firmantque gradum: trahit ocius ensem
Bistonium Tydeus, Mavortia munera magni
Oeneos: et partes pariter divisus in omnes
Hos obit, atque illos, ferroque micantia tela
Decutit: impeditant numero, seque ipsa vicissim
Arma premunt: nec vis conatibus ulla, sed ipsae
In socios errare manus, et corpora turba
Involvi prolapsa sua: manet ille cruentis
Angustus telis, et inexpugnabilis obstat.

Non aliter, Geticae si fas est credere Phlegrae,
Armatum immensus Briareus stetit aethera contra,
Hinc Phoebi pharetras, hinc torvae Palladis angues,
Inde Pelethroniam praefixa cuspide pinum
Martis, at hinc lasso mutata Pyracmone temnens
Fulmina, quum toto nequicquam obsessus Olympo
Tot queritur cessare manus: non segnius ardet
Huc illuc clypeum objectans, seque ipse recedens
Circuit; interdum trepidis occurrit, et instat
Spicula divellens, clypeo quae plurima toto
Fixa tremunt, armantque virum, saepe aspera passum
Vulnera, sed nullum vitae in secreta receptum,
Nec mortem sperare valet: rotat ipse furentem
Deilochum, comitemque illi jubet ire sub umbras
Phegea, sublata minitantem bella securi,
Dircaeumque Gyan, et Echionium Lycophontem.

L' iniqua turba, che va incontro a morte,
E oppressa ne rimane: i visi, i petti,
Le forti braccia, e in un l'armi e gli armati
Restano infranti, stritolati e misti.
Quattro fur quei che da la grave mole
Distrutti furo, e non d' ignobil gente;
Onde gli altri smarriti andaro in fuga.
Dórila il primo fu che per valore
Si pareggiava a' regi; indi Terone
Fiero per gli avi suoi, ch'egli traeva
Da' denti del dragon già sacro a Marte;
Il terzo domatore de' destrieri,
Bench'or pedestre muoia, Alì feroce.
Tu pur da Penteo discendente, in ira
E in odio a Bacco, o Fedimo, cadesti.
Poichè li vede in fuga, egli i due dardi,
Che tiene in man, lor dietro vibra, e poi
Balza del monte a più vicina guerra.
Vede lo scudo di Teron, che 'l sasso
Avea lungi da lui fatto cadere,
E l' imbraccia e 'l solleva, e contro i dardi
E contro l'aste si ricopre, ed usa
De l'ostile riparo in sua difesa;
Indi fermossi: i masnadieri allora,
Che lo scorsero al pian, voltàr la fronte,
E contro lui mosser serrati insieme.
Egli trae fuori il formidal brando,
Dono di Marte al suo gran padre Eneo
E d'ogni parte mira, e questi assale,
E quei respinge, e col fulmineo ferro
L'aste recide e le saette ostili.
La densa turba s' impedisce, e s'ode
Elmo con elmo urtar, scudo con scudo:
Son vani i loro sforzi, e ben sovente
Per troppa fretta l'un l'altro ferisce,
E l'un su l'altro cade. Egli sta immoto
Angusto segno a cotant'armi, e sembra
Inespugnabil rocca, o quercia alpestre.

Quale il gran Briareo di tutto il cielo
Sostenne in Flegra la potenza e l'armi,
Quando Febo con strali, e col Gorgone
Pallade, e Marte col Bistonio cerro
Gli stavan contro, e Sterope era stanco
In apprestar tante saette a Giove;
Da tante forze combattuto e cinto
Ei si dolea che fosser pigri i Numi:
Con non minor furor Tidéo combatte,
Ed or s'avanza, or si ritira, e sempre
Con lo scudo si copre, e i tremolanti
Dardi ne svelle, e contro chi lanciolli
Irato li rimanda, e di già il sangue
Gli esce da non mortali e lievi piaghe.
Deiloco e Fegéa, che con la scure
Già l'assaliva, uccide, e a Lete manda;
E appresso a questi d'Echion disceso
Licofroonte, e il fiero Gia Dirceo.

Jam trepidi sese quaerunt, numerantque; nec idem
Caedis amor, tantamque dolent rarescere turbam.
Ecce Chromis Tyrii demissus origine Cadmi
(Hunc utero quondam Dryope Phoenissa gravato
Rapta repente choris, onerisque oblita, ferebat:
Dumque trahit prensis taurum tibi cornibus, Evan,
Procidit impulsus nimiis conatibus infans),
Tunc audax jaculis, et capti pelle leonis,
Pinea nodosa quassabat robora clava,
Increpitans: « Unusne, viri, tot caedibus unus
Ibit ovans Argos? vix credet fama reverso.
Heu socii! nullaene manus, nulla arma valebunt?
Haec regi promissa, Cydon, haec, Lampe, dabamus?»
Dum clamat, subit ore cavo Theumesia cornus,
Nec prohibent fauces: atque illi voce repleta
Intercepta natat prorupto in sanguine lingua.
Stabat adhuc, donec transmissa morte per artus
Labitur, immersaque cadens obmutuit hasta.
Vos quoque, Thespiadae, cur inficiatus honora
Arcuerim fama? Fratris moribunda levabat
Membra solo Periphas (nil indole clarius illa,
Nec pietate fuit), laeva marcentia colla
Sustentans, dextraque latus: singultibus arctum
Exhaurit thoraca dolor: nec vincla coërcent
Undantem fletu galeam, quum multa gementi
Pone gravis curvas perfringit lancea costas.
Exit et in fratrem, cognataque pectora telo
Conserit: ille oculos etiamnum in luce natantes
Sistit, et aspecta germani morte, resolvit.
At cui vita recens, et adhuc in vulnere vires,
« Hos tibi complexus, haec dent, ait, oscula nati. »
Procubuere pares fatis (miserabile votum
Mortis), et alterna clauserunt lumina dextra.
Protinus idem ultro jaculo parmaque Menoetem
Proterrebat agens, trepidis vestigia retro
Passibus urgentem, donec defecit iniqua
Lapsus humo, pariterque manus distractus in ambas
Orat, et a jugulo nitentem sustinet hastam.
« Parce per has stellis interlabentibus umbras,
Per Superos, noctemque tuam: sine, tristia Thebis
Nuntius acta feram, vulgique per ora paventis
Contempto te rege canam: sic irrita nobis

Rimirano i fellon la loro schiera
Scema de' miglior capi, e in essi il fiero
Desío di pugna già languisce e manca.
Ma Cromio, che da Cadmo il sangue tragge,
Avanza il passo: (Drïope Fenice
A lui fu madre, e n'avea l'alvo grave,
Quando ne' giochi sacri a Bacco avendo
Per l'ardue corna un fiero toro preso,
Nel gran contrasto il partorì immaturo.)
Fiero ei pe' dardi, e per la spoglia altero
D'un leon, ch'egli avea poc'anzi ucciso,
Ruotando in giro una nodosa clava,
Alto gli altri rampogna: « Adunque un solo
Uom da tant'armi e tanti armati cinto
Tornerà in Argo vincitore? appena
Si troverà chi 'l creda. Ah miei compagni!
Ove sono le destre, ove il valore?
Ove le spade e l'aste? è questo quello
Lampo e Cidon che promettemmo al rege? »
Mentr'ei così minaccia, ecco uno strale
Che ne le fauci 'l coglie, e per la gola
Gorgoglia il suono, e gl' impedisce il sangue
Che di fuor esca. Egli tardò a cadere
Sinchè, la morte in tutti i membri sparsa,
Vie più l'asta mordendo, ei cadde al suolo.
Ma già non lascio voi, di Tespio figli,
Senza il dovuto onor. Périfa il primo,
Mentre con man pietosa il moribondo
Fratel sostiene (mai pietà maggiore,
Nè un' indole miglior de' due germani
Fu vista al mondo) e 'l già languente collo;
E mentre co' sospir preme l'usbergo,
E l'elmo inonda col dirotto pianto,
Ecco al fianco gli giunge il crudo cerro
De l' Etolo campione, e lo conficca
Al fratel moribondo: ambi cadero,
E l'ultimo ferito al di già estinto
Germano affissa gli occhi, e con la fioca
Voce, che ancor gli avanza, a Tidéo dice:
« Tali a te diano abbracciamenti e baci,
O barbaro guerriero, i figli tuoi. »
Così giacquero entrambi: o dura sorte!
Nacquer, visser, moriro uniti insieme.
Non bada sopra lor Tidéo, ma l'asta
Ricovra, e con la stessa e con lo scudo
Menete fuggitivo incalza e preme:
Fugg'egli, ma fuggendo inciampa e cade.
Allor le mani stende, e mercè grida,
E l'asta impugna, e quanto può, dal collo
La tien lontana, e in cotai detti prega:
« Deh per queste stellate ombre, per questa
Tua gloriosa notte, e per i Numi
Perdona a me, tanto che a Tebe vada,
A predicare del tuo invitto braccio
L'eccelse prove, del tiranno ad onta.
Così sian sempre rintuzzate e vane

Tela cadant, nullique tuum penetrabile ferro
Pectus, et optanti victor reveharis amico. »
Dixerat: ille nihil vultum mutatus, « Inanes
Perdis, ait, lacrymas, et tu, ni fallor, iniquo
Pollicitus mea colla duci: nunc arma, diemque
Projice: quid sequeris timidae compendia vitae?
Bella manent. » Simul haec, et crassum sanguine telum
Jam redit. Ille super dictis infensus amaris
Prosequitur victos: « Non haec Trieterica vobis
Nox patrio de more venit: non Orgia Cadmi
Cernitis, aut avidas Bacchum scelerare parentes.
Nebridas et fragiles thyrsos portare putastis
Imbellem ad sonitum, maribusque incognita veris
Foeda Celenaea committere proelia buxo?
Hic aliae caedes, alius furor: ite sub umbras
O timidi, paucique! » Haec intonat: ast tamen illi
Membra negant, lassusque ferit praecordia sanguis.
Jam sublata manus cassos defertur in ictus,
Tardatique gradus: clypeum nec sustinet umbo
Mutatum spoliis: gelidus cadit imber anhelo
Pectore: tum crines, ardentiaque ora cruentis
Roribus, et tetra morientum aspergine manant.
Ut leo, qui campis longe custode fugato
Massylas depastus oves, ubi sanguine multo
Luxuriata fames, cervixque, et tabe gravatae
Consedere jubae, mediis in caedibus adstat
Aeger, hians, victusque cibis: nec jam amplius irae
Crudescunt: tantum vacuis ferit aëra malis,
Molliaque ejecta delambit vellera lingua.
Ille etiam Thebas spoliis, et sanguine plenus
Isset, et attonitis sese, populoque, ducique
Ostentasset ovans, ni tu, Tritonia virgo,
Flagrantem, multaque operis caligine plenum,
Consilio dignata virum: « Sate gente superbi
Oeneos, absentes cui dudum vincere Thebas
Annuimus, jam pone modum, nimiumque secundis
Parce deis: huic una fides optanda labori.
Fortuna satis usus abi. » Restabat acerbis
Funeribus, socioque gregi non sponte superstes
Hemonides (ille haec praeviderat, omina doctus

Contro te le nostr'armi, ed il tuo petto
Impenetrabil resti a' colpi nostri,
E al fido amico trionfante rieda. »
Tacque; e Tidéo, senza mutar sembiante,
« Che piangi? disse, e perchè preghi invano?
Tu pur giurasti al fier tiranno, iniquo,
Questo mio capo, or lascia l'armi, e muori.
A che mercare con viltà la vita?
Restan stragi maggiori. » E così detto,
Il ferro immerge a lui nel collo, e passa,
E insulta a' vinti con acerbi motti:
« Questa non è la sacra al vostro Nume
Triennal notte; nè guidate in giro
Gli Orgii di Cadmo, nè 'l furor materno
Profana quivi i sacrificii a Bacco.
Forse vi credevate, ebbri e festosi,
Cinti d'edera il crine, e 'l petto armato
Del vile cuoio de le belve imbelli,
Al molle suon di cornamuse e flauti
Guidar le vostre fanciullesche guerre,
D'uomini forti indegne? Altr'armi, altr'ire
Fan d'uopo qui: gite a portar sotterra,
O pochi, o vili, il vostro scorno e l'onta. »
Così minaccia; ma le forze intanto
Mancando vanno, e l'agitato sangue
Affanna il cuore; e in vani colpi il braccio
S'aggira, e sotto gli vacilla il piede:
Lo scudo grave per tant'armi e rotto
Più non può sostener: da l'anelante
Petto distilla un gelido sudore;
E tutto è intriso il crin, le mani e 'l volto
Del tetro sangue de'nemici uccisi.
Qual Massile leon, che posti in fuga
I guardiani de l'imbelle armento,
A quel s'avventa furibondo e altero,
E se n'empie le fauci e 'l ventre ingordo;
Saziata infine la sua ingorda fame,
L'ira depone: e le mascelle invano
Battendo, fra i cadaveri passeggia,
E la strage contempla, e lambe il sangue:
Così ancora Tidéo, di stragi carco,
Ito sarebbe a Tebe, e al fier tiranno
E a l'atterrita plebe il suo trionfo
Mostrato avrebbe; ma frenò l'ardire,
E 'l fiero core del gran fatto gonfio,
La sempre amica a lui Tritonia Dea.
« O del grand' Eneo generoso figlio,
Diss' ella, a cui già promettiamo in Tebe
Maggior trionfo, a le felici imprese
Pon modo omai, nè più tentare i Numi
Fin qui propizii: a la grand'opra manca
Sol questo, che tu in Argo ora ritorni
Sicuro, e pago di tua lieta sorte. »
Restava vivo sol tra tanti estinti
L'Emonide Meone: egli del cielo
Conoscea i moti, e de gli augelli il volo,

Aëros, et nulla deceptus ab alite) Maeon,
Nec veritus prohibere ducem. Sed fata monentem
Privavere fide: vita miserandus inerti
Damnatur: trepido Tydeus immitia mandat:
« Quisquis es Aonidum, quem crastina munere nostro
Manibus exemptum mediis Aurora videbit,
Haec jubeo perferre duci: cinge aggere portas:
Tela nova: fragiles aevo circumspice muros:
Praecipue stipare viros, densasque memento
Multiplicare acies: fumantem hunc aspice late
Ense meo campum: tales in bella venimus. »
Haec ait, et meritae pulchrum tibi, Pallas, honorem
Sanguinea de strage parat, praedamque jacentem
Comportat gaudens, ingentiaque acta recenset.
Quercus erat tenerae jam longum oblita juventae
Aggere camporum medio, quam plurimus ambit
Frondibus incurvis et crudo robore cortex:
Huic leves galeas, perfossaque vulnere crebro
Inserit arma ferens, huic truncos ictibus enses
Subligat, et fractas membris spirantibus hastas.
Corpora tunc atque arma simul cumulata superstans
Incipit: oranti nox et juga longa resultant.
« Diva ferox, magni decus ingeniumque parentis,
Bellipotens, cui torva genis horrore decoro
Cassis, et asperso crudescit sanguine Gorgon.
Nec magis ardentes Mavors, hastataque pugnae
Impulerit Bellona tubas, huic annue sacro:
Seu Pandionio nostras invisere caedes
Monte venis, sive Aonia devertis Ithone
Laeta choris, seu tu Libyco Tritone repexas
Lota comas, qua te bijugo temone frementem
Intemeratarum volucer rapit axis equarum:
Nunc tibi fracta virûm spolia, informesque dicamus
Exuvias. At si patriis Parthaonis arvis
Inferar, et reduci pateat mihi Martia Pleuron;
Aurea tunc mediis urbis tibi templa dicabo
Collibus, Ionias qua despectare procellas
Dulce sit, et flavo tollens ubi vertice pontum
Turbidus objectas Achelous Echinadas exit.
Hic ego majorum pugnas, vultusque tremendos
Magnanimûm effingam regum, figamque superbis
Arma tholis: quaeque ipse meo quaesita revexi

E 'l fiero caso avea predetto al rege,
Da lui schernito, e non creduto: il fato
Gli fe' negar la fede. A l' infelice
Dona l'odiata vita il gran Tidéo,
E un crudel patto a lui tremante impone:
« O qualunque tu sia, che fra costoro
Tolto di mano a gl' infernali Dei,
Rivedrai pure la vicina luce,
Al tuo spergiuro re questo dirai:
Rinforza omai le porte, e rinnovella
L'armi, e raddoppia gli ordini e le schiere;
E Tebe cingi di più forte vallo.
Questo campo fumar mira del sangue
De' tuoi guerrieri da un sol brando uccisi:
Tali in battaglia ti verrem noi sopra. »
Ciò detto, a te, sacra Tritonia Dea,
De le acquistate spoglie alto, sublime
Trofeo prepara, e le raccoglie, e lieto
Le porta, e va contando i suoi trionfi.
Sovra eminente bica a' campi in mezzo
Posta, un'antica annosa quercia sorge
Di dura scorza e di frondosi rami,
Che stende l'ombra largamente intorno.
A questa appende l' Etolo guerriero
Gli elmi leggieri ed i forati arnesi,
E l'aste e i brandi tronchi: indi su quelle
Alto si ferma, e su i nemici uccisi;
Ed apre il varco a la preghiera: al voto
Eco fanno la notte e i boschi e i monti.
« Guerriera Dea, Genio ed onor del padre,
Cui di terror leggiadro adorna il volto
L'elmo lucente, e 'l fier Gorgone impugni;
Di cui Bellona e 'l furibendo Marte
Spingon men fieri a guerreggiar le schiere;
Tu grata accogli il sacrificio e 'l voto.
O ch'or tu venga a rimirar la nostra
Pugna da la città di Pandione;
O ne l' Aonia Itóme ora tu meni
Danze e carole con le Ninfe amiche;
O che tu lungo il libico Tritone
Le sterili giumente al corso affretti:
Noi a te i busti de' guerrieri uccisi
Sacriamo, e l'armi e le sanguigne spoglie.
Ma se avverrà che dal mio duro esilio
Ritorni un giorno al Partaonio regno,
E a Pleurone guerriera, io ti prometto
Nel mezzo a la cittade alzarti un tempio,
Ricco di scelti marmi e di molt'oro.
Quindi grato ti fia mirar da l'alto
L' Ionio procelloso, e l'Acheléo
Fender il mare, e con la rapid'onda
De l'Echinadi opposte urtar ne' lidi.
Ivi saran degli avi miei le imprese
Scolpite, e i venerabili sembianti
De' magnanimi regi: a l'alto tetto
Staranno appese l'armi, e aggiungerovvi

Sanguine, quaeque dabis captis, Tritonia, Thebis.
Centum ibi virgineis votae Calydonides aris
Actaeas tibi rite faces, et ab arbore casta
Nectent purpureas niveo discrimine vittas:
Pervigilemque focis ignem longaeva sacerdos
Nutriet, arcanum nunquam inspectura pudorem.
Tu bellis, tu pace feres de more frequentes
Primitias operum, non indignante Diana. »
Dixerat; et dulces iter instaurabat ad Argos.

Le spoglie opime, che col sangue sparso
Ho conquistate, e quelle che di Tebe
Tu mi prometti, o tutelar mio Nume.
Ivi a te serviran ben cento e cento
D'Attico culto vergini pudiche,
Che t'arderan le caste faci, e 'l puro
Liquore de la pianta a te diletta.
Una sacerdotessa antica e grave
Conserverà perpetuo il sacro foco,
E terrà occulti i tuoi pudichi arcani.
A te, sia in guerra, a te, sia in pace, sempre
Le primizie offrirò d'ogni mio fatto;
Nè i voti nostri invidierà Diana.
Disse, e ad Argo tornò su l'orme prime.

PUBLII PAPINII STATII

THEBAIDOS

LIBER TERTIUS

At non Aoniae moderator perfidus aulae,
Nocte sub ancipiti, quamvis humentibus astris
Longus ad Auroram superet labor, otia somni
Accipit: invigilant animo, scelerisque parati
Supplicium exercent curae: tunc plurima versat
Pessimus in dubiis augur timor: « Hei mihi! clamat,
Unde morae? (nam prona ratus, facilemque tot armis
Tydea, nec numero virtutem animumque rependit)
Num regio diversa viae? num missus ab Argis
Subsidio globus? an sceleris data fama per urbes
Finitimas? paucosne, pater Gradive, manuve
Legimus indecores? at enim fortissimus illic
Et Chromis, et Dorylas, et nostris turribus aequi
Thespiadae totos raperent mihi funditus Argos.
Nec tamen ille meis, reor, impenetrabilis armis,
Aere gerens solidoque datos adamante lacertos,
Venerat: heu segnes! quorum labor haeret in uno,
Si conserta manus. » Vario sic turbidus aestu
Angitur, ac sese culpat super omnia, qui non
Orantem in mediis legatum coetibus ense
Perculerit, foedasque palam satiaverit iras.
Jam pudet incepti, jam poenitet: ac velut ille
Fluctibus Ioniis Calabrae datus arbiter alno,

Ma 'l fier tiranno de l'Aonia corte,
De l'inquieta notte entro gli orrori,
Sebben ancor molto di spazio avanzi
Infra l'umide stelle e la vermiglia
Aurora, gli occhi suoi non chiude al sonno.
Gli tengon l'alma perturbata e desta
Le ordite frodi, e le noiose cure
Gli anticipan la pena; indi 'l timore,
Augure infausto de' vicini danni,
Gli sconvolge la mente. « E donde mai
Dice, tanta dimora? egli si crede
A tant'armi Tidéo facile impresa,
Nè col valore il numero compensa.
Forse mutò cammin? forse a lui venne
Soccorso d'Argo? o le vicine genti
Mosse la fama del crudel mio fatto?
O furon pochi, o padre Marte, e imbelli
Quei, ch'io scelsi, guerrieri? e pur fra loro
V'eran Dórila e Cromio, e i due robusti
Figli di Tespio a torri eccelse eguali,
Che basterebber soli a sveller Argo.
Già non mi sembra che di bronzo il petto,
O le braccia di ferro avesse, quando
Altero a me sen venne, ond'egli possa
Essere impenetrabile a tant'armi.
O miei vili guerrier, se non valete
Con tante forze ad atterrare un sol! »
Così torbido ondeggia in gran tempesta
Di contrarii pensieri, ed or si duole
Che di sua man non gli trafisse il petto
A la scoperta in mezzo a' suoi baroni,
Quando orator gli richiedeva il regno;
Ed or si pente, e n'ha rimorso, e brama
De l'orribil misfatto esser digiuno.
Qual Calabro nocchier che 'l mar tranquillo
Mirando, e balenar l'Olenia stella,

Nec rudis undarum, portus sed linquere amicos
Purior Olenii frustra gradus impulit astri;
Quum fragor hiberni subitus Jovis, omnia mundi
Claustra tonant, multusque polos inclinat Orion;
Ipse quidem mallet terras, pugnatque reverti,
Fert ingens a puppe Notus: tunc arte relicta
Ingemit, et caecas sequitur jam nescius undas;
Talis Agenoreus ductor, coeloque morantem
Luciferum, et seros moerentibus increpat ortus.

Ecce sub occiduas versae jam noctis habenas,
Astrorumque obitus, ubi primum maxima Tethys
Impulit Eoo cunctantem Hyperiona ponto,
Ima flagellatis, signum lugubre malorum,
Ponderibus trepidavit humus, motusque Cithaeron
Antiquas dedit ire nives: tunc visa levari
Culmina, septenaeque jugo concurrere portae.

Et prope sunt caussae: gelido remeabat Eoo
Iratus fatis, et tristis morte negata
Hemonides: nec dum ora patent, dubiusque notari
Signa dabat magnae longe manifesta ruinae,
Planctuque et gemitu: lacrymas nam protinus omnes
Fuderat: haud aliter saltu devertitur orbus
Pastor ab agrestum nocturna strage luporum,
Cujus herile pecus silvis inopinus abegit
Imber, et hibernae ventosa cacumina Lunae.
Luce patent caedes: domino perferre recentes
Ipse timet casus, haustaque informis arena
Questibus implet agros, stabulique silentia magni
Odit, et amissos longo ciet ordine tauros.

Illum congestae portarum ad limina matres
Ut solum videre (nefas!) nulla agmina circum,
Magnanimosque duces, nihil ausae quaerere, tollunt
Clamorem, bello qualis supremus apertis
Urbibus, aut pelago jam descendente carina.

Ut primum invisi cupido data copia regis:
« Hanc tibi de tanto donat ferus agmine Tydeus
Infelicem animam, sive haec sententia divûm,
Seu fortuna fuit: seu, quod pudet ore fateri,
Vis invicta viri: vix credo et nuntius: omnes,
Procubuere omnes. Noctis vaga lumina testor,

Sciolse dal lido, e ne l'Ionio mare
Volse la prora; se improviso sente
Fremere in alto la procella, e il mondo
Quasi schiantarsi da' suoi poli, e 'l cielo
Dal torbido Orion scosso e tremante:
Esser vorrebbe a terra, e forza ad arte
Usa per ritornare onde partìo,
Ma gliel contende impetuoso Noto;
Ond'egli allora s'abbandona e geme,
E si dà in preda a' ciechi flutti insani:
Tal l'Agenoreo re rinfaccia e sgrida
Lucifero di pigro e l'alma Aurora.

Ed ecco intanto a lo sparir de l'ombre,
E al tramontar de gli astri, allora quando
Teti affretta ad uscir dal mare Eoo
Febo ancor sonacchioso: ecco dal centro
Predire i mali, e vacillare il suolo.
Scosso Citero mandò giù le nevi:
Parvero alzarsi i tetti, e i monti e 'l piano
Tutto intorno scoprir da sette porte.

Nè lungi è la cagion: sul mattutino
Gelo torna Meon sdegnoso e mesto,
Che gl'invidiasse il fato orrevol morte.
Non bene ancor si riconosce al volto,
Ma sospirando, e percotendo il petto,
D'immense stragi dà sicuri pegni.
Già pianto avea, ma 'l suo dolore estremo
Gli avea su gli occhi rasciugati i pianti.
Così pastor esce dal bosco afflitto,
Ove la pioggia e 'l procelloso nembo
Disperse il gregge, e 'l lasciò in preda a' lupi:
Scopre il giorno la strage; al suo signore
Non osa egli portar l'annunzio infausto,
E 'l crin sparge d'arena, e di lamenti
Tutta intorno sonar fa la foresta:
Odia 'l silenzio de le vuote stalle,
E stride, i tori suoi chiamando a nome.

Le madri intanto e le dolenti spose,
Che su le porte aspettano il ritorno
De' mariti e de' figli, e 'l vedon mesto
Solo tornar, senza i compagni al fianco,
E i magnanimi duci, alzano il grido:
Siccome avvien, quand'entran vincitrici
In ostile città le armate schiere;
O come suol la disperata ciurma
Nel punto che la nave in mar s'affonda.

Ma come prima ei giunge al fier cospetto
Del tiranno odiato: « Ecco ti dona
Grida, il fiero Tidéo questa infelice
Anima sola di cotanta schiera:
O ciò disposto abbiano i Numi, o il caso,
O che 'l valor (benchè malgrado il dico)
De l'invitto campion potuto ha tanto.
Io 'l vidi, io 'l narro, e pur lo credo appena;
Tutti per la sua man giacciono estinti.
Voi che girate in cielo, astri notturni,

Et sociûm manes, et te mala protinus ales
Qua redeo, non hanc lacrymis meruisse, nec astu
Crudelem veniam, atque inhonorae munera lucis.
Sed mihi jussa deûm, placitoque ignara moveri
Atropos, atque olim non haec data janua leti
Eripuere necem : jamque ut mihi prodiga vitae
Pectora, et extremam nihil horrescentia mortem
Aspicias; bellum infandum ominibusque negatam
Movisti, funeste, aciem, dum pellere leges,
Et consanguineo gliscis regnare superbus
Exsule : te series orbarum excisa domorum
Planctibus assiduis, te diro horrore volantes
Quinquaginta animae circum noctesque diesque
Assilient: neque enim ipse moror.» Jam moverat iras
Rex ferus, et tristes ignescunt sanguine vultus.
Inde ultro Phlegyas, et, non cunctator iniqui,
Labdacus (hos regni ferrum penes) ire, manuque
Proturbare parant : sed jam nudaverat ensem
Magnanimus vates; et nunc trucis ora tyranni,
Nunc ferrum aspectans, « Nunquam tibi sanguinis hujus
Jus erit, aut magno feries imperdita Tydeo
Pectora : vado equidem exsultans, ereptaque fata
Insequor, et comites feror exspectatus ad umbras.
Te Superis, fratrique! » Et jam media orsa loquentis
Abstulerat plenum capulo latus : ille dolori
Pugnat, et ingentem nixu duplicatus in ictum
Corruit, extremisque animae singultibus errans
Alternus nunc ore venit, nunc vulnere sanguis.

Excussae procerum mentes, turbataque mussant
Concilia : ast illum conjux, fidique parentes
Servantem vultus, et torvum in morte peracta,
Nec longum reducem laetati, in tecta ferebant.

Sed ducis infandi rabidae non hactenus irae
Stare queunt : vetat igne rapi, pacemque sepulcri
Impius ignaris nequicquam manibus arcet.

Tu tamen egregius fati, mentisque, nec unquam
Indignum passure situm, qui cominus ausus

Voi pallid'ombre de' compagni uccisi,
E tu che mi conduci, augurio infausto,
Voi chiamo in testimon, che 'l mio crudele
Perdono non mercai con un vil pianto;
Nè con la fuga, o con la frode ottenni
Di prolungare senza onore i giorni.
Ma tal de' Numi era il decreto, e tale
Era il voler de l'immutabil Parca,
Nè 'l mio fatal momento era ancor giunto.
E perchè veda ognun che de la vita
A me non cale, e non pavento morte,
Tiranno, ascolta i miei veraci detti:
Tu, iniquo, tu per conculcar le leggi,
Ed usurpar de l'esule fratello
L'alterno trono, i tuoi guerrier mandasti
Sotto auspicii infelici a guerra infame:
Te assorderan continuo e gli urli e i pianti
De le vedove afflitte e de' pupilli
Di tante case per tua colpa estinte.
A te s'aggireran con tetre larve
Cinquanta ombre sdegnose ognor dintorno,
Ch'io già le seguo, e il lor numero adempio. »
Mentr' ei ragiona, in Eteócle ferve
L'ira, e 'l dimostra fuor l'acceso volto;
E già Labdaco e Flegia, a cui commessa
È la cura de l'armi, impetuosi
Contro 'l saggio indovin stringevan l'aste:
Ma quegli il brando tratto, ora il tiranno,
Ed ora il ferro minaccioso guarda,
E, « Addietro, grida, in me ragione alcuna
Non hai, crudele; e questo sangue e questo
Petto, che Tídeo rispettò, non mai
A te fia dato di ferir. Io vado
A morte lieto, il mio destin seguendo,
E de' compagni miei m'unisco a l'ombre.
Tu resta a' Numi irati e al tuo fratello. »
Tal parlava Meon, quando gettossi
Su la spada di fianco insino a l'elsa,
E morío con la voce infra le labbia,
Contrastando al dolore, ed a vicenda
Versando or da la bocca, or da la piaga
L'irato sangue ne' singulti estremi.

A sì fiero spettacolo ed atroce
Tutti intorno restâr stupidi e muti.
Ei, benchè morto, ancor in volto serba
Le feroci minacce e le giust' ire.
Intanto lui la sua consorte e i cari
Parenti, lieti invan del suo ritorno,
Riportano dolenti in sul feretro.

Ma 'l reo tiranno ne la mente volge
Nuovo furor, e al busto esangue nega
L'onor del rogo, e imperioso vieta
A l'ombra non curante il freddo avello.

Saggio indovin, che co' tuoi fatti egregi
E con la tua virtude hai vinto e domo
Il cieco obblío, che del crudel tiranno

Vadere contemptum regis, quaque ampla veniret
Libertas sancire viam; quo carmine dignam,
Quo satis ore tuis famam virtutibus addam,
Augur amate deis? Non te coelestia frustra
Edocuit, lauroque sua dignatus Apollo est:
Et nemorum Dodona parens, Cyrrhaeaque virgo
Audebit tacito populos suspendere Phoebo.
Nunc quoque Tartareo multum divisus Averno
Elysias, i, carpe plagas: ubi manibus axis
Invius Ogygiis, nec sontis iniqua Tyranni
Jussa valent: durant habitus, et membra cruentis
Inviolata feris, nudoque sub axe jacentem
Et nemus, et tristis volucrum reverentia servat.
  At nuptae exanimes, puerique, aegrique parentes
Moenibus effusi per plana, per invia, passim
Quisque suas avidi ad lacrymas miserabile currunt
Certamen: quos densa gradu comitantur euntes
Millia solandi studio: pars visere flagrant
Unius acta viri, et tantos in nocte labores.
Fervet iter gemitu, et plangoribus arva reclamant.
  Ut vero infames scopulos, silvamque nefandam
Perventum, ceu nulla prius lamenta, nec atri
Manassent imbres, sic ore miserrimus uno
Exoritur fragor, aspectuque accensa cruento
Turba furit: stat sanguineo discissus amictu
Luctus atrox, caesoque invitat pectore matres.
Scrutantur galeas frigentum, inventaque monstrant
Corpora, procidnae super externosque, suosque.
Hae pressant in tabe comas, hae lumina signant,
Vulneraque alta replent lacrymis: pars spicula dextra
Nequicquam parcente trahunt, pars molliter aptant
Brachia trunca loco, et cervicibus ora reponunt.
  At vaga per dumos, vacuique in pulvere campi,

Sprezzasti l'ire, e francheggiasti al vero
E libero parlar sì larga strada;
Quali potrò trovar voci ne' carmi,
Che adeguin la tua gloria e le tue lodi?
Non a te invano i suoi celesti arcani
Febo dischiuse, e 'l crin cinse d'allori.
Per lo tuo fato resteranno mute
Le fatidiche piante di Dodona,
E a la vergin Cirréa negherà Apollo
Presagir del futuro i varii casi.
Vanne felice pur, anima grande,
Lungi dal nero Averno a' fortunati
Elisii campi, ove ognor splende il sole,
Ove non entrò mai ombra tebana,
Nè giunge d' Eteócle il crudo impero.
Ei giace intanto sovra 'l duro suolo
A cielo aperto, e non v'è augello o fiera
Rapace sì, che di toccarlo ardisca:
Tanta esce maestà dal morto aspetto!
  Ma le vedove afflitte e gli orbi figli,
E i padri e gli avi da l'Ogigie porte
Escono a gara, e per cammini alpestri
E disastrosi forsennati vanno
Ciascuno a ricercare il proprio pianto,
E li segue d'amici immensa turba.
Molti han desío di rimirar l' impresa
D'un braccio solo, e d'una notte l'opra.
Bagnan la via di lagrime; e di strida
Suonan d' intorno le campagne e i monti.
Ma come giunti furo afflitti e lassi
Al sasso infame e a la crudel foresta,
Rinforzár gli urli e 'l batter palma a palma,
E da più larga vena usciro i pianti.
Alzano tutti a un tempo un fiero strido,
Ed a l'aspetto de l'orribil strage
La turba di furor smania e s'accende.
Assiste a gl' infelici il lutto atroce,
Squallido il volto e lacerato il manto,
E 'l petto percotendosi, a le madri
Di far lo stesso orribilmente ispira.
Ricercan gli elmi, e i pallidi sembianti,
Rivolgono i cadaveri confusi,
E si lascian cader dal dolor vinte
Su i corpi or de' congiunti or de gli estrani:
Altre nel sangue putrido e gelato
Lordan le chiome: de' guerrieri estinti
Altre chiudon le luci, e di pietose
Lagrime lavan le profonde piaghe;
Altre ne svellon l'aste e i fieri dardi:
Chi raccogliendo va le sparse membra;
Chi braccia e teste a' tronchi busti adatta.
  Ma Ida intanto già felice madre
De' due gemelli, or di due corpi esangui,
Corre baccante per roveti e dumi,
E cercando ne va per tutto il campo.
Porta ella il crine rabbuffato e sciolto,

Magna parens juvenum, gemini tunc funeris, Ide,
Squalentem sublata comam, liventiaque ora
Ungue premens, nec jam infelix miserandaque, verum
Terror inest lacrymis, per et arma et corpora passim
Canitiem impexam dira tellure volutans,
Quaerit inops natos, omnique in corpore plangit.
Thessalis haud aliter bello gavisa recenti,
Cui gentile nefas hominem revocare canendo,
Multifida attollens antiqua lumina cedro,
Nocte subit campos, versatque in sanguine functum
Vulgus, et explorat manes, cui plurima busto
Imperet ad Superos: animarum moesta queruntur
Concilia, et nigri pater indignatur Averni.
Illi in secessu pariter sub rupe jacebant
Felices, quos una dies, manus abstulit una,
Pervia vulneribus media trabe pectora nexi.
Ut vidit, lacrymisque oculi patuere profusis:
« Hosne ego complexus, genitrix, haec oscula, nati,
Vestra tuor? sic vos extremo in fine ligavit
Ingenium crudele necis? quae vulnera tractem,
Quae prius ora premam? vosne illa potentia matris,
Vos uteri fortuna mei? qua tangere divos
Rebar, et Ogygias titulis anteire parentes.
At quanto melius, dextraque in sorte jugatae,
Quis steriles thalami, nulloque ululata dolore
Respexit Lucina domum! mihi quippe malorum
Caussa labor. Sed nec bellorum in luce patenti
Conspicui factis, aeternaque gentibus ausi,
Quaesistis miserae vulnus memorabile matri;
Sed mortem obscuram, miserandaque funera passi.
Heu quantus furto cruor, et sine laude jacetis!
Quin ego non dextras miseris complexibus ausim
Dividere, et tanti consortia rumpere leti:
Ite diu, fratres, indiscretique supremis
Ignibus, et caros urna confundite manes.
Nec minus interea digesta strage suorum
Hinc Chromium conjux, hinc mater Penthea clamat

Ed il pallido viso e semivivo
Squarcia con l'ugne; nè più sembra oggetto
Di pietà 'l suo dolor, ma di spavento.
Già per disperazion fatta sicura
Passa su l'armi e su i guerrieri uccisi,
E nel terreu volgendosi, d'arena
Si copre il volto ed il canuto crine:
Chiama i suoi figli a nome, ed urla e geme
Sovra ogni corpo, mentre i suoi ricerca.
Così Tessala maga, a cui son note
L'arti native e i spaventosi carmi,
Per richiamare dal profondo Averno
L'alme già spente a rivedere il giorno,
Fuor se n'esce notturna e scapigliata.
Dopo la strage di crudel battaglia,
Con face in man di fesso cedro accesa,
E rivolge i cadaveri, e spiando
Va di quale lo spirto al mondo torni;
Preme intanto laggiù de l'ombre il vulgo,
E Pluton se ne sdegna e d'ira avvampa
Che se gli sforzi mal suo grado il regno.
Non lungi i due fratei giaceano insieme
A piè del monte, in questo almen felici,
Che un giorno stesso ed una stessa mano,
Una stess'asta li congiunse in morte.
Ma come prima a lei diè tregua il pianto,
E li scoperse: Ahi tali, grida, ahi tali
Sono, o miei figli, i vostri amplessi e i baci?
Dunque la cruda ed ingegnosa morte
Così v'ha uniti ne' sospiri estremi?
Deh quali prima tratterò ferite?
Qual prima bacierò de' cari volti?
Voi mia fortezza un tempo e mio decoro,
Per cui credea d'esser eguale a i Numi,
E tutte superar le Ogigie madri:
Quali, o figli, or vi veggio? Oh mille volte
Fortunata colei che in maritale
Nodo sterile gode eterna pace,
Nè Lucina chiamò mai nel suo parto!
Ah che di mia fecondità penosa
A me vien la cagion d'ogni dolore!
Aveste almeno in onorata impresa
Degna d'eterna fama il sangue sparso,
E potesse le nobili ferite
Con gloria numerar l'afflitta madre.
Ma voi cadeste in tenebroso assalto
Ed in opra furtiva, ed or giacete
Miseri senza vita e senza onore.
Io già non scioglierò questo che veggio
Del vostro amore indissolubil nodo:
Ite, figli, concordi, ite sotterra
Lungamente indivisi, e un solo avello
Confonda insieme le vostr' ombre e l'ossa.
Intanto l'altre avean trovato i cari
Congiunti loro, e ne facean lamenti.
Chiama il suo Cromio la consorte, e chiama

Astyoche, puerique rudes tua, Phaedime, proles
Amissum didicere patrem, Marpissaque pactum
Phyllea; sanguineumque lavant Acamanta sorores.
Tunc ferro retegunt silvas, collisque propinqui
Annosum truncant apicem, qui conscius actis
Noctis, et inspexit gemitus: ibi grandior aevo
Ante rogos, dum quisque suo nequit igne revelli,
Concilium infaustum dictis mulcebat Alethes:
« Saepe quidem infelix, varioque exercita ludo
Fatorum gens nostra ruit, Sidonius ex quo
Hospes in Aonios jecit sata ferrea sulcos;
Unde novi fetus, et formidata colonis
Arva suis: sed nec veteris quum regia Cadmi
Fulmineum in cinerem monitis Junonis iniquae
Consedit, neque funerea quum laude potitus
Infelix Athamas trepido de monte veniret,
Semianimem heu laeto referens clamore Learchum;
Hic gemitus Thebis: nec tempore clarius illo
Phoenissae sonuere domus, quum lassa furorem
Vicit, et ad comitum lacrymas expavit Agave. 10
Una dies similis fato specieque malorum
Aequa fuit, qua magniloquos luit impia flatus
Tantalis, innumeris quum circumfusa ruinis
Corpora tot raperet terra, tot quaereret ignes.
« Talis erat vulgi status, et sic urbe relicta
Primaevique senes, et longo examine matres
Invidiam planxere deis, miseroque tumultu
Bina per ingentes stipabant funera portas.
Meque ipsum, memini (nec dum apta doloribus aetas)
Flesse tamen, gemituque meos aequasse parentes.
Illa tamen Superi: nec quod tibi, Delia, castos
Prolapsum ad fontes, specula temerante profana:
Heu dominum insani non agnovere Molossi.

Penteo il figliuolo Antioche dolente:
E te, Fedimo, ancor bagnan di pianto
Gli orfani figli e le tue figlie afflitte:
Sovra Filléo a lei promesso duolsi
Marpissa, e d'Acamante le ferite
Lavan le sconsolate e pie sorelle.
Altri intanto col ferro e con le scuri
Recidon la gran selva, e 'l faggio e l'olmo,
Che fean chioma e corona al vicin colle,
Al colle che del gran fatto notturno
Fu testimonio, ed i singulti estremi
Accolse de' guerrieri moribondi.
Già son disposti i roghi, e già la fiamma
Ratto in essi s'appiglia, e già ciascuna
Dal proprio funerale immota pende:
Quando per consolar la turba mesta
Il vecchio Alete favellò in tal guisa:
« Sin da quel dì, che ne le Aonie zolle
Giunse il Fenice pellegrino, e i campi
Sparse di guerrier seme, e inusitati
Parti fuori ne uscir, onde tremendi
A gli stessi cultor fur resi i solchi,
Ha il popol nostro del destino avverso
Provate aspre vicende e duri casi.
Ma non già quando il folgore celeste
Semele incenerì, credula troppo
A la mentita vecchia, e vinse Giuno;
Nè quando furibondo, ebbro Atamante
Sparse per sassi e macchie il suo Learco,
Fu tanto danno in Tebe e sì gran lutto;
Nè di tanti clamor le Tirie case
Suonaro allor che l'infelice Agave
Al pianto altrui del suo furor s'accorse.
Ma ben al nostro fu quel duolo eguale,
Allor che osò con temerarii detti
L'orgogliosa di Tantalo figliuola
Muovere i Numi ad ira, onde si vide
Di qua di là di differente sesso
Spenta la prole per cui gía superba,
E andar tanti cadaveri sotterra,
E tanti roghi fiammeggiar d'intorno.
« Tale anche allor era la nostra plebe:
Così lasciate in abbandon le mura
Gli uomin più maturi e le dolenti
Donne, accusando i troppo fieri Numi,
Due feretri seguian per l'ampie porte.
Io era ancora (e men rimembra) in quella
Età, che di dolor non è capace;
E perchè il padre mio struggeasi in pianto,
Senza saper perchè, piangeva anch'io.
Così vollero i Dei; nè più mi duole,
Cintia, che il miserabile Atteone,
Perchè spiò del tuo pudico fonte
I sacri arcani, fu mutato in fiera,
E i suoi stessi molossi il laceraro:
Nè perchè Dirce già regina nostra

Dellerim magis, aut verso quod sanguine fluxit
In subitos regina lacus: sic dira sororum
Pensa dabant, visumque Jovi: nunc regis iniqui
Ob noxam immeritos patriae tot culmina cives
Exuimus; nec adhuc calcati foederis Argos
Fama subit, et jam bellorum extrema dolemus.
Quantus equis, quantusque viris in pulvere crasso
Sudor! io quanti crudele rubebitis amnes!
Viderit haec bello viridis manus: ast ego doner
Dum licet igne meo, terraque insternar avita! »
Haec senior: multumque nefas Eteoclis acerbat,
Crudelem infandumque vocans, poenasque daturum.
Unde ea libertas? juxta illi finis et aetas
Tota retro, seraeque velit decus addere morti.
Haec sator astrorum jamdudum e vertice mundi
Prospectans, primoque imbutas sanguine gentes,
Gradivum acciri propere jubet. Ille furentes
Bistonas, et Geticas populatus caedibus urbes,
Turbidus aetherias currus urgebat ad arces;
Fulmine cristatum galeae jubar, armaque in auro
Tristia, terrificis monstrorum animata figuris,
Incutiens: tonat axe polus, clypeique cruenta
Lux rubet, et solem longe ferit aemulus orbis.
Hunc ubi Sarmaticos etiamnum efflare labores
Juppiter, et tota perfusum pectora belli
Tempestate videt: « Talis mihi, nate, per Argos,
Talis abi: sic ense madens, ac nubilus ira.
Exturbent resides frenos; et cuncta perosi
Te cupiant, tibi praecipites animasque, manusque
Devoveant: rape cunctantes, et foedera turba,
Quae dedimus: tibi fas ipsos incendere bello
Coelicolas, pacemque meam: jam semina pugnae
Ipse dedi: remeat portans immania Tydeus
Ausa ducis, scelus et turpis primordia belli,
Insidias, fraudesque, suis quas ultus in armis.
« Adde fidem: vos o Superi, meus ordine sanguis,

Divenne fonte, e cangiò 'l sangue in onda:
Cotal destin filato avean le Parche,
E tal era il voler del sommo Giove.
Or noi per colpa del crudel tiranno
Siam di tanti guerrier vedovi e privi,
Ch' eran difesa de la patria e scudo.
La fama ancora non n' è giunta in Argo,
E già provato abbiamo i danni estremi
Del bellico furore. Oh quanto io veggio
Sparger sudor in militare arena
A gli uomini e a' destrieri! Oh di qual sangue
Correran tinti i nostri patrii fiumi!
Veggano pure i giovani feroci
Cotanta guerra: me canuto e bianco
Arda il mio rogo e la mia terra copra. »
Così ragiona, e al re debite pene
Predice, e 'l chiama scellerato ed empio.
Ma donde nasce in lui tanta baldanza?
Già de l' etade sua passato ha il meglio:
Poco a viver gli resta, e poco teme,
E d' onor brama coronar sua morte.
Da l' alto intanto il sommo Re del mondo
Mirato avea la prima pugna, e ad ira
Di già disposte l' emule nazioni;
E fa tosto chiamar l' orribil Marte.
Appunto da l' aver di stragi sparse
Le città e i campi de' Biston feroci
E de' Geti crudeli ei furibondo
Tornava al cielo in sul sanguigno carro.
Sembra folgore accesa il gran cimiero,
E porta l' armi orribilmente sculte
D' immagini funeste in pallid' oro.
Al fragor de le ruote e de' destrieri
Rimbomba il polo; ed il rotondo scudo
Fiammeggia sì, che par che avvampi ed arda,
E con l' emulo globo al sol fa scorno.
Giove, che 'l vede ancor ansante e caldo
Di Sarmatiche stragi, e che nel petto
Del bellico furor dura il tumulto;
« Tal, figlio, dice, tal discendi in Argo
Terribile in sembianza e minaccioso
Col ferro in man di sangue ancor stillante.
Rompan gl' indugi, e d' ozio impazienti
Te chiamin tutti, e al tuo guerriero nume
Consacrin l' armi e l' alme: a guerra muovi
I più feroci, e 'l tuo furor rapisca
I vili, e i lenti: e quella tregua rompi
Ch' abbiam sin or concessa: i Dei del cielo
Tu sai turbare, e la mia stessa pace.
De la discordia ho di già sparso il seme.
Tidéo scritte a caratteri di sangue
Riporta in Argo del crudel tiranno,
Primizie de la guerra, il fier delitto,
E le notturne insidie, e l' empie frodi,
E 'l tradimento infame, che con l' armi
Ei vendicò: tu aggiungi fede al vero.

Ne pugnate odiis, neu me tentare precando
Certetis: sic fata mihi, nigraeque sororum
Juravere colus: manet haec ab origine mundi
Fixa dies bello, populique in proelia nati.
Quid ni me veterum poenas sancire malorum
Gentibus, et diros sinitis punire nepotes?
Arcem hanc aeternam, mentis sacraria nostrae,
Testor, et Elysios etiam mihi numina fontes,
Ipse manu Thebas, correptaque moenia fundo
Excutiam, versasque solo super Inacha tecta
Effundam turres, ac stagna in caerula vertam
Imbre superjecto; licet ipsa in turbine rerum
Juno suos colles templumque amplexa laboret. »

Dixit; et attoniti jussis (mortalia credas
Pectora) sic cuncti vocemque animosque tenebant.
Non secus ac longa ventorum pace solutum
Aequor, et imbelli recubant ubi litora somno,
Silvarumque comas, et abacto flamine nubes
Mulcet iners aestas: tunc stagna, lacusque sonori
Detumuere: tacent exhausti solibus amnes.

Gaudet ovans jussis, et adhuc temone calenti
Fervidus in laevum torquet Gradivus habenas.
Jamque iter extremum, coelique abrupta tenebat,
Quum Venus ante ipsos nulla formidine gressum
Figit equos: cessere retro, jam jamque rigentes
Suppliciter posuere jubas: tunc pectora summo
Acclinata jugo, vultumque obliqua madentem,
Incipit (interea dominae vestigia juxta
Spumantem proni mandunt adamanta jugales):

« Bella etiam in Thebas, socer o pulcherrime, bella
Ipse paras, ferroque tuos abolere nepotes?
Nec genus Harmonies, nec te connubia coelo
Festa, nec hae quicquam lacrymae, furibunde, morantur?
Criminis haec merces? hoc fama, pudorque relictus?
Hoc mihi Lemniacae de te meruere catenae?
Perge libens: at non eadem Vulcania nobis
Obsequia, et laesi servit tamen ira mariti.
Illum ego perpetuis mihi desudare caminis

E voi, progenie mia, Numi superni,
State fra voi concordi, e nessun tenti
Il mio volere di mutar pregando.
Cotal ordin di cose a me le dure
Parche filaro, e le prescrive il Fato.
Fin da quel dì, che da l'informe nulla
Io trassi 'l mondo, a' popoli feroci
Fu questo giorno a guerreggiar prefisso.
Che se v' ha alcun che d' impedirmi ardisca
Il gastigar ne gli ultimi nipoti
Le colpe e scelleraggini de gli avi,
Giuro per queste stelle e questo polo,
E per i sacri a me fiumi d' Inferno,
Io colle proprie man spianterò Tebe
Da le radici, e spargerò le torri
D' Inaco su la reggia, e le cittadi
Cangerò in laghi, aprendo il corso a l' acque;
Nè se Giunone mia stesse abbracciata
Al tempio suo, si placherà il mio sdegno. »

Così diss' egli, e timidi e tremanti
Stettero i Numi riverenti e cheti.
Non altrimenti avvien quando riposa
Tranquillo il mar, ed ha co' venti pace,
E dormonò oziosi i liti intorno,
E de le selve i rami, e senza moto
Stansi le nubi al calor lento estivo:
Scemano allor gli stagni ed i sonori
Laghi, e dal sole rasciugati i fiumi
Giaccion nel letto loro umili e bassi.

S' allegra Marte al fier comando; e tosto
Gli anelanti cavalli, e 'l ferreo carro
E le fervide ruote ad Argo volge.
E già era giunto in su' confini estremi
Del polo, onde convien scender volando,
Quando Venere apparve, e coraggiosa
Fermossi a fronte de' destrier: la Dea
Conobber essi, e soffermaro il corso,
E 'l svolazzante crin steser sul collo.
Essa al carro appoggiata, e le vermiglie
Gote di belle lagrime rigando,
Così parlò: (gli adamantini freni
Rodeano intanto gli accoppiati cigni.)

« Tu dunque ancora Tebe mia dal fondo,
Suocero ingrato, d' atterrare hai cuore?
Tu muovi guerra a Tebe? e i tuoi nipoti
Colle tue proprie man di spegner tenti?
Nè ti ritarda; e pur è nostro sangue;
Armonia tua, nè le festive nozze
Che ne fur fatte in ciel, nè il pianto mio?
Tal dai mercede a gli amorosi falli?
La mia fama, l' onor, che vilipesi,
E le catene fabbricate in Lenno
Tale mertan da te premio crudele?
Vanne barbaro pure: il mio Vulcano,
Quantunque offeso, a me più facil riede,
E s' io vorrò che fra' cammini ardenti

Si jubeam, vigilesque operi transmittere noctes,
Gaudeat, ornatusque novos, ipsique laboret
Arma tibi: tu!... sed scopulos et aliena precando
Flectere corda paro: solum hoc tamen anxia, solum
Obtestor, quid me Tyrio sociare marito
Progeniem caram, infaustisque dabas Hymenaeis?
Dum fore praeclaros armis, et vivida rebus
Pectora vipereo Tyrios de sanguine jactas,
Demissumque Jovis serie genus: ah! mea quanto
Sithonia mallem nupsisset virgo sub Arcto
Trans Boream, Thracasque tuos. Indigna parumne
Pertulimus? divae Veneris quod filia longum
Reptat, et Illyricas ejectat virus in herbas?
Nunc gentem immeritam!.. » Lacrymas non pertulit ultra
Bellipotens: hastam laeva transumit, et alto
(Haud mora) desiluit curru: clypeoque receptam
Laedit in amplexu, dictisque ita mulcet amicis:
« O mihi, bellorum requies, et sacra voluptas,
Unaque pax animo! soli cui tanta potestas
Divorumque hominumque meis occurrere telis
Impune, et media quamvis in caede frementes
Hos assistere equos, hunc ensem avellere dextra:
Nec mihi Sidonii genitalia foedera Cadmi,
Nec tua cara fides (ne falsa incessere gaude)
Exciderunt: prius in patrui deus infera mergar
Stagna, et pallentes agar exarmatus ad umbras.
Sed nunc Fatorum monitus, mentemque supremi
Jussus obire patris (neque enim Vulcania tali
Imperio manus apta legi), quo pectore contra
Ire Jovem, dictasque parem contemnere leges?
Cui modo, pro vires! terras, coelumque, fretumque,
Attremere oranti, tantosque ex ordine vidi
Delituisse deos. Sed ne mihi corde supremos
Concipe, cara, metus; quando haec mutare potestas
Nulla datur: quum jam Tyriis sub moenibus ambae
Bellabunt gentes, adero, et socia arma juvabo.
Tunc me sanguineo late defervere campo
Res super Argolicas haud sic dejecta videbis:
Hoc mihi jus, nec Fata vetant. » Sic orsus aperto
Flagrantes immisit equos: non ocius alti
In terras cadit ira Jovis, si quando nivalem
Othryn, et Arctoae gelidum caput institit Ossae,

Sudi per farmi nuovi fregi, e intere
Vegli le notti nel lavoro, ei pronto
Tutto farà per compiacermi; e tanto
Ho poter sovra lui, ch'anche a te stesso
L'armi fabbricherà: ma tu . . . ahimè lassa!
Ch'io prego un duro scoglio, un cor di bronzo!
Deh questo almen, pria di partire, ascolta:
Perchè mi festi a genero tebano
Sotto infausto imeneo sposar la figlia?
Tu mi dicevi pur, che i Tirii, scesi
Dal serpentino seme, invitti e forti
Saranno in guerra, e che d'Armonia nostra
Nasceria di nipoti al sommo Giove
Una progenie bellicosa e grande.
Ah ch'io vorrei sotto il gelato Arturo,
Dove Borea mantien perpetue nevi,
Fra i Traci tuoi, la sfortunata prole
Congiunta aver a barbaro marito.
Forse poco ti par che di Ciprigna
Solchi la figlia, tramutata in serpe,
D'Illiria i campi, vomitando il tosco?
Ed or la gente mia » . . . Ma 'l dio guerriero
Più non sofferse di vederne il pianto.
Passa ne la sinistra il cerro acuto,
Balza dal carro, e fra lo scudo e 'l seno
L'accoglie, e così dolce a lei favella:
« O amabil mio piacere, e da le pugne
Caro riposo e mia gradita pace,
E sola, a cui impunemente lice
Mirar quest'armi, e nel maggior conflitto
Frenar a mezzo il corso i miei destrieri
E far a me cader di mano il brando.
Non a me Cadmo, e la tua cara fede
Di mente uscir: perchè mi accusi a torto?
Ah pria del zio nel tenebroso regno
Giove mi cacci, e disarmato e imbelle
Mi condanni fra l'ombre. Ora mi sforza
Il paterno volere e 'l Fato avverso;
(Nè al tuo Vulcan tal converrebbe impresa.)
E come ripugnare al suo decreto?
Tu pur vedesti di sue voci al tuono
Tremar le sfere e 'l suolo, e fin dal fondo
Turbarsi l'Oceáno, e sbigottiti
Velar le facce gl'immortali Numi.
Tu pon modo al timor, e a quel t'acchetta
Che mutar non si può; ma quando a Tebe
Verranno a pugna i popoli feroci,
Aiuterò le nostre amiche schiere,
E mi vedrai ne la feroce pugna
Di cadaveri Argivi empiere i campi.
Questo è in mia man, nè può vietarlo il Fato. »
Sì disse, e i suoi destrier giù spinse a volo.
Non così presto il fulmine trisulco
Scaglia da nubi accese irato Giove,
Qualor ferma le piante in sul nevoso
Otri, o sul gelid'Ossa in mezzo ai nembi:

Armavitque in nube manum: volat ignea moles
Saeva dei mandata ferens, coelumque trisulca
Territat omne coma, jamdudum aut ditibus agris
Signa dare, aut ponto miseros involvere nautas.
Jamque remensus iter fesso Danaëia Tydeus
Arva gradu, viridisque legit devexa Prosymnae,
Terribilis visu. Stant fulti pulvere crines:
Squalidus ex humeris cadit alta in vulnera sudor,
Insomnesque oculos rubor excitat, oraque retro
Sorbet anhela sitis: mens altum spirat honorem
Conscia factorum. Sic nota in pascua taurus
Bellator redit, adverso cui colla, suoque
Sanguine, proscissisque natant palearibus armi.
Tunc quoque lassa tumet virtus, multumque superbit
Pectore despecto: vacua jacet hostis arena
Turpe gemens, crudosque vetat sentire dolores.
Talis erat: medias etiam non destitit urbes,
Quicquid et Asopon veteresque interjacet Argos,
Inflammare odiis; multumque et ubique retexens
Legatum sese Graia de gente petendis
Isse super regnis profugi Polynicis, at inde
Vim, noctem, scelus, arma, dolos, ea foedera passum
Regis Echionii; fratri sua jura negari.
Prona fides populis. Deus omnia credere suadet
Armipotens, geminatque acceptos fama pavores.
Utque introgressus portas (et forte verendos
Concilio pater ipse duces cogebat Adrastus)
Improvisus adest, jam illinc a postibus aulae
Vociferans: «Arma arma viri, tuque optime Lernae
Ductor, magnanimûm si quis tibi sanguis avorum,
Arma para... Nusquam pietas, non gentibus aequum
Fas, aut cura Jovis? melius legatus adissem
Sauromátas avidos, servatoremque cruentum
Bebrycii nemoris. Nec jussa incuso, pigetve
Officii: juvat isse, juvat, Thebasque nocentes
Explorasse manu: bello me, credite, bello,
Ceu turrim validam, aut arctam compagibus urbem,
Delecti insidiis instructique omnibus armis
Nocte doloque viri nudum ignarumque locorum
Nequicquam clausere. Jacent in sanguine mixti
Ante urbem vacuam: nunc o, nunc tempus in hostes,
Dum trepidi, exsanguesque metu, dum funera portant;

Vola l'ardente folgore fendendo
Con lunga striscia il cielo, e seco porta
I decreti del Nume, e già minaccia
Le feconde campagne e i naviganti.
Ma di già Tideo ritornando in Argo,
Di Danao i campi e di Prosinna i colli
Passati aveva orribile in sembianza:
Il crin sparso ha di polve, e un sudor misto
Al sangue a lui da tutto il corpo scorre
Per le illustri ferite infino al piede:
Ha per troppo vegliar gli occhi sanguigni,
E per soverchia sete i labbri asciutti,
Onde anelante può trar fiato appena;
Ma lo spirito invitto e l'alta impresa
D'onor lo cinge, e gli dà forza al passo.
Siccome toro nel crudel conflitto,
Dal nemico squarciato il petto e 'l fianco,
A la sua mandra vincitor ritorna
Altero sì, che le sue piaghe sprezza:
Mugge vilmente il suo rival su l'erba,
E men gravi a lui fa le sue ferite:
Tale Tidéo ritorna, e ovunque passa,
Dal fiume Asopo a la città d'Argía,
Muove i popoli a sdegno, e sparge e narra
Ch'ito era a Tebe messaggier, che 'l regno
Per Polinice avea richiesto: e quindi
Le occulte insidie ed il notturno assalto,
Le frodi, il tradimento e 'l fier delitto:
Tal essere la fè del reo tiranno:
Ch'ei nega il patto a l'esule fratello:
Che non si de' soffrir. Marte a' suoi detti
Dà forza, ed il terror la fama accresce.
Ma poi che giunge in Argo, (Adrasto appunto
Stava a consiglio co' maggiori duci)
A l'armi, grida da le porte, a l'armi,
Generosi guerrieri; e tu di Lerna
Buon re, se ferve in te de gli avi il sangue,
L'armi prepara. Non v'è fede in terra,
Non riverenza de le genti al dritto,
Non v'è tema di Giove. Io più sicuro
Ito sarei a' Sauromati crudeli,
O del Bebrizio bosco a l'inumano
Amico difensor: nè già mi duole
L'essere andato, anzi mi piace, e godo
Del tebano valor fatto aver prova.
Io non aggiungo al ver; come s'espugna
Munita torre, o di ripari cinta
Forte città, me disarmato e solo,
E del cammino ignaro insidiosi,
E di tutt'arme cinti, e ne lo scuro
Di buia notte i perfidi assaliro.
Cinquanta furo: or su l'infami porte
De l'orfana città giacciono estinti.
Andiamo: il tempo è questo, ora che sono
Timidi, esangui e nel dolore immersi
In bruna veste a' lor ferétri intorno.

Dum capulo nondum manus excidit. Ipse ego fessus
Quinquaginta illis heroum immanibus umbris,
Vulneraque ista ferens putri insiccata cruore,
Protinus ire peto. » Trepidi de sedibus adstant
Inachidae; cunctisque prior Cadmeius heros
Accurrit vultum dejectus, et, « En ego divis
Invisus, vitaeque nocens, haec vulnera cerno
Integer? hosne mihi reditus, germane, parabas?
In me haec tela dabas? pro vitae foeda cupido!
Infelix, facinus fratri tam grande negavi.
Et nunc vestra quidem maneant in pace serena
Moenia; nec vobis tanti sim caussa tumultus
Hospes adhuc: scio, nec me adeo res dextra levavit,
Quam durum natis, thalamo quam triste revelli,
Quam patria: non me ullius domus anxia culpet,
Respectentque truces obliquo lumine matres.
Ibo libens certusque mori, licet optima conjux
Auditusque iterum revocet socer: hunc ego Thebis,
Hunc, germane, tibi jugulum, et tibi, maxime Tydeu,
Debeo. » Sic variis praetentat pectora dictis,
Obliquatque preces. Commotae questibus irae
Et mixtus lacrymis caluit dolor: omnibus ultro
Non juvenum modo, sed gelidis et inertibus aevo
Pectoribus mens una subit, viduare penates,
Finitimas adhibere manus, jamque ire. Sed altus
Consiliis pater, imperiique haud flectere molem
Inscius: « Ista quidem Superis, curaeque medenda
Linquite, quaeso, meae: nec te germanus inulto
Sceptra geret: neque vos avidi promittere bellum.
At nunc egregium tantoque in sanguine ovantem
Excipite Oeniden, animosque et pectora laxet
Sera quies: nobis dolor haud rationis egebit. »
Turbati extemplo comites, et pallida conjux,
Tydea circum omnes fessum bellique viaeque
Stipantur: laetus mediis in sedibus aulae
Constitit, ingentique exceptus terga columna,
Vulnera dum lymphis Epidaurius eluit Idmon,
Nunc velox ferro, nunc ille potentibus herbis

Io sebben da l'aver donato a Pluto
Tant' ombre, torni sanguinoso e lasso,
E col sangue gelato in su le piaghe,
Io vi precorrerò. » Ma di già sorti
Da' scanni stavan tutti a Tideo intorno;
E primier Polinice il volto a terra
Fisso tenendo: « Ah dunque, grida, io sono
Colpevol tanto, e tanto in ira a' Numi,
Che te veggio, Tidéo, da le ferite
Versar il sangue, e me pur anco illeso?
Tal dunque preparavi a me il ritorno,
Fratello iniquo? eran per me tant' armi?
Ah vile amor di vita! Io qui rimasi
Misero! e tolsi a te sì gran delitto!
Restino omai le vostre mura in pace,
Argivi, nè per me straniero afflitto
Turbisi l'ozio vostro: a me non tanto
Fortuna arride, ch' io non senta e provi
Qual sia dolore esser da' dolci letti
E dagli amati figli a forza tolto,
E la patria lasciar. Cessino pure
Le private querele; e con oscuro
Guardo non mirin me le afflitte madri.
Io vado volontario a certa morte;
Nè riterrammi la diletta sposa,
Nè col suo impero il suocero temuto.
Io deggio a Tebe questo capo, e 'l deggio
A te, fratello, e a te, gran Tidéo, il deggio. »
Così con arte varïando i detti,
Tenta gli animi e i cuori; e già commossi
Gli ha tutti, e lor cade da gli occhi 'l pianto,
Pianto di sdegno più che di pietade.
Non i giovani sol, ma i vecchi infermi
E con membra tremanti un stesso ardore
Infiamma tutti; e corron tutti a l'armi.
Vogliono unire le vicine schiere,
Romper tutti gl' indugi, e andar a Tebe.
Ma Adastro, a cui la molta etade il senno
Accrebbe, e tutte del regnar sa l'arti,
Frena gli animi ardenti; e, « A' Numi, dice,
Lasciate questa impresa, e a la mia cura;
Nè il regno tuo ti riterrà il fratello
Senza vendetta; e voi non così pronti
A la guerra correte. Il gran Tidéo
Di nobil sangue sparso e trionfante
Lieto intanto s'accolga, e a lui ristoro
Dal lungo faticar diasi, e riposo:
Noi tempreremo col consiglio l'ira. »
Ma la pallida moglie e i fidi amici
Erano accorsi intanto, e a lui già lasso
Da la lunga battaglia e dal cammino
Riconducevan mesti. Egli in sembiante
Magnanimo e sereno il dorso appoggia
Ad eccelsa colonna; e mentre Imone
D' Epidauro natío le sue ferite
Or asterge coll' onda, ora col ferro

Mitior; ipse alta seductus mente renarrat
Principia irarum, quaeque orsus uterque vicissim,
Quis locus insidiis, tacito quae tempora bello,
Qui contra, quantique duces, ubi maximus illi
Sudor, et indicio servatum Maeona tristi,
Exponit: cui fida manus, proceresque, socerque
Adstupet oranti, Tyriusque incenditur exsul.

Solverat Hesperii devexo margine ponti
Flagrantes Sol pronus equos, rutilamque lavabat
Oceani sub fonte comam, cui turba profundi
Nereos, et rapidis accurrunt passibus Horae;
Frenaque, et auratae textum sublime coronae
Deripiunt: laxant roseis humentia loris
Pectora: pars meritos vertunt ad molle jugales
Gramen, et erecto currum temone supinant.

Nox subiit, curasque hominum, motusque ferarum
Composuit, nigroque polos involvit amictu.
Illa quidem cunctis, sed non tibi mitis, Adraste,
Labdacioque duci: nam Tydea largus habebat
Perfusum magna virtutis imagine somnus.

Et jam noctivagas inter deus armiger umbras
Desuper Arcadiae fines, Nemeaeaque rura,
Taenariumque cacumen, Apollineasque Therapnas
Armorum tonitru ferit, et trepidantia corda
Implet amore sui: comunt Furor Iraque cristas,
Frena ministrat equis Pavor armiger. At vigil omni
Fama sono varios rerum succincta tumultus
Ante volat currum, flatuque impulsa gementum
Alipedum, trepidas denso cum murmure plumas
Excutit: urget enim stimulis auriga cruentis
Facta, infecta loqui, curruque infestus ab alto
Terga comasque deae Scythica pater increpat hasta.

Qualis ubi Aeolio dimissos carcere ventos
Dux prae se Neptunus agit, magnoque volantes
Injicit Aegaeo: tristis comitatus eunti
Circum lora fremunt, nimbique hiemesque profundae,
Nubilaque et vulso terrarum sordida fundo
Tempestas: dubiae motis radicibus obstant
Cyclades: ipsa tua Mycono, Gyaroque revelli,

Tratta, or con erbe n' ammollisce il duolo:
Comecch' ei nulla sente, ardito narra
De le risse il principio, e quel che disse
Ad Eteócle, e qual crudel risposta
Nè riportò: quale a l' insidie il loco,
Quale fu il tempo: quali e quanti duci
Gli furon contro: ove maggior contrasto
Trovò; come Meon serbato avea
Per testimon del memorabil fatto.
Pendon da lui il suocero e la corte;
E d' ira avvampa l' esule di Tiro.

Già il sol avendo ne gli Esperii lidi
I focosi destrier sciolti dal giogo,
Tuffava il biondo crin ne l' Oceáno:
Lo accolgon le Nereidi, e le veloci
Ore corrono pronte: altra le briglie
Di man gli toglie; lo splendente cerchio
Dal capo altra gli leva; il rosso manto
Altra dal petto di sudor stillante
Discioglie ratta: chi ripone il carro,
Chi de' destrieri cura prende, e il fieno
Ad essi appresta e le celesti biade.
Sopraggiunge la notte, e de' mortali
Le cure e de le belve i varii moti
Tutti ripone in calma, e il cielo adombra.
Non però trovan nel comun riposo
Adrasto e Polinice ora quieta;
Ma Tidéo sì, di cui lusinga il sonno
Con fantasmi di onor la sua virtude.

Intanto Marte infra i notturni orrori
Di guerriero rimbombo empie d' intorno
I confini d' Arcadia e le Nemée
Campagne, ed i Tenarii eccelsi gioghi,
E la sacra Terapni al biondo Nume;
E gli attoniti cor di sè riempie.
Gli assettano le piume in sul cimiero
L' ira e 'l furore, e il bellico spavento
Conduce il carro. Lo precore alata
La Fama intenta ad ogni suono, e piena
Di torbide novelle; e perchè a tergo
Ha l' anelar de' rapidi destrieri,
Timida affretta al volo i tardi vanni,
E ognor l' incalza con flagel sanguigno
Il fiero auriga, e vuol che intorno spanda
Il falso e il ver, e con la scitic' asta
Le batte il capo e le scompiglia il crine.
Così Nettun gli scatenati venti
Da l' Eolia prigion si caccia innanzi
Tal volta, e a tutto volo entro l' Egeo
Gli spinge e mesce: stanno a lui d' intorno
E nubi e nembi e grandini gelate,
E la sozza tempesta, che dal fondo
Solleva al cielo i procellosi flutti.
Al grande urtar le Cicladi vaganti
Stan salde appena, e Delo stessa teme
Da Giaro e da Micone esser divisa,

Dele, times, magnique fidem testaris alumni.
Septima jam nitidum terris Aurora deisque
Purpureo vehit ore diem, Perseius heros
Quum primum arcana senior sese extulit aula,
Multa super bello generisque tumentibus amens,
Incertusque animi, daret armis jura, ferosque
Gentibus incuteret stimulos, an frena teneret
Irarum, et motos capulis adstringeret enses.
Hinc pacis tranquilla movent, atque inde pudori
Foeda quies, flectique nova dulcedine pugnae
Difficiles populi. Dubio sententia tandem
Sera placet, vatum mentes, ac provida veri
Sacra movere deûm. Solers tibi cura futuri,
Amphiaraë, datur, juxtaque Amythaone cretus,
Jam senior, sed mente virens Phoeboque Melampus
Associat passus: dubium cui dexter Apollo,
Oraque Cyrrhaea satiarit largius unda.
Principio fibris pecudumque in sanguine divos
Explorant: jam tum pavidis maculosa bidentum
Corda negant, diraque nefas minitantia vena.
Ire tamen, vacuoque sedet petere omina coelo.
Mons erat audaci seductus in aethera dorso
(Nomine Lernaei memorant Aphesanta coloni),
Gentibus Argolicis olim sacer: inde ferebant
Nubila suspenso celerem temerasse volatu
Persea, quum raptos pueri perterrita mater
Prospexit de rupe gradus, ac paene secuta est.
Huc gemini vates sanctam canentis olivae
Fronde comam, et niveis ornati tempora vittis
Evadunt pariter: madidos ubi lucidus agros
Ortus et algentes laxavit sole pruinas.
Ac prior Oeclides solita prece numen amicat:
« Juppiter omnipotens, nam te pernicibus alis
Addere consilium, volucresque implere futuri,
Ominaque, et caussas coelo deferre latentes
Accipimus: non Cyrrha deum promiserit antro
Certius, aut frondes lucis quas fama Molossis
Chaonias sonuisse tibi: licet aridus Hammon
Invideat, Lyciaeque parent contendere sortes,
Niliacumque pecus, patrioque aequalis honori
Branchus, et undosae qui rusticus accola Pisae
Pana Lycaonia nocturnum exaudit in umbra.
Ditior ille animi, cui tu, Dictaee, secundas

E de l'allievo suo la fede invoca.
Già sette volte la vermiglia aurora
Di chiarissima luce avea d'intorno
Acceso il cielo, e serenato il mondo,
Dal dì che in Argo ritornò Tidéo:
Quando di Perseo il successor canuto
Lasciò le interne stanze al primo albore.
Molto pensa alla guerra, e molto il turba
De' generi novelli il troppo ardire.
Sta irresoluto ancor, se ceda a l'armi
Libero il freno, e a' popoli feroci
Stimoli aggiunga; o se rattempri l'ire,
E scinga lor con miglior senno i brandi.
Quinci amore di pace, e quindi il turba
Lo scorno, e 'l non saper por modo a questo
Nuovo e primier di guerreggiar furore.
Risolve alfin che si ricorra a' vati
Per ispiar da' sacrificii il vero.
Anfiarao de l'avvenir presago
Fu scelto a l'opra, e seco iva Melampo,
D'Aufitaone già canuto figlio,
Ma di mente vivace e pien del Nume.
Dubbio è fra lor chi più de la Cirrea
Onda bevesse, e a chi più de' suoi doni
Febo dispensi. Ne l'uccise fiere
Ricercan pria de' sommi Dei la mente.
Ma i cor macchiati e le corrotte fibre
Dan funesti presagi. A cielo aperto
Risolvono tentar novelli auspicii.
Sorge confine al cielo eccelso monte
Sacro a gli Argivi, che i Lernei bifolchi
Afesanto chiamâr: quindi si narra
Che il gran Perséo giù si calasse a volo
A l'alte imprese, e la dolente madre,
Del figlio in rimirar l'orribil salto,
Appena di seguirlo si ritenne.
Quivi gli auguri il crin cinto d'olivo
E di candide bende ambe le tempie
Giunsero, allor che in oriente il sole
Con i tepidi raggi i molli campi
Rasciuga intorno, e le notturne brine.
E prima d'Ocleo il figlio amico rende
A l'opra il Nume coll'usate preci.
« Noi ben sappiam, sommo e possente Giove,
Che virtù desti a li veloci augelli
Di mostrarci 'l futuro, e co' lor voli
Svelar a noi l'alto voler de' Fati.
Non più sicuro a noi Febo da l'antro
Parla di Cirra, nè i loquaci abeti
Del fatidico bosco di Dodona;
Benchè l'arido Ammon d'invidia avvampi,
Ed osin contrastar le Licie sorti;
E il bue del Nilo, e l'Apollineo branco
Pari al padre d'onore; e il Licaone
Bifolco, che da Pan sente il futuro.
Quegli più scorge il ver, Nume Ditteo,

Impuleris manifestus aves: mirum unde, sed olim
Hic honor alitibus: superae seu conditor aulae
Sic dedit, effusum Chaos in nova semina texens;
Seu quia mutatae, nostraque ab origine versis
Corporibus subiere Notos; seu purior axis,
Amotumque nefas, et rarum insistere terris
Vera docent, tibi, summe sator terraeque deûmque,
Scire licet: nos Argolicae primordia pugnae,
Venturumque sinas coelo praenosse laborem.
Si datur, et duris sedet haec sententia Parcis
Solvere Echionias Lernaea cuspide portas,
Signa feras, laevusque tones: tunc omnis in astris
Consonet arcana volucris bona murmura lingua.
Si prohibes, hic necte moras: dextrisque profundum
Alitibus praetexe diem. » Sic fatus, et alto
Membra locat scopulo: tunc plura ignotaque jungit
Numina, et immensi fruitur caligine mundi.
Postquam rite diu partiti sidera, cunctas
Perlegere animis, oculisque sequacibus auras;
Tunc Amythaonius longo post tempore vates:
« Nonne sub excelso spirantis limite coeli,
Amphiaraë, vides, cursus ut nulla serenos
Ales agat? liquidoque polum complexa meatu
Pendeat? aut fugiens placabile planxerit omen?
Non comes obscurus tripodum, non fulminis ardens
Vector adest, flavaeque sonans avis unca Minervae,
Non venit auguriis melior: quin vultur, et altis
Desuper accipitres exsultavere rapinis.
Monstra volant, dirae strident in nube volucres,
Nocturnaeque gemunt striges, et feralia bubo mur?
Damna canens: quae prima deûm portenta seque-
Hisne dari, Thymbraee, polum? Simul ora recurvo
Ungue secant rabidae, planctumque imitantibus alis
Exagitant Zephyros, et plumea pectora caedunt.»
Ille sub haec: « Equidem varii, pater, omina Phoe-bi
Saepe tuli; jam tunc prima quum pube virentem

Cui tu felici augei mandi da l'alto.
Ma donde in lor tanta virtù scendesse,
Di maraviglia è oggetto e di contesa.
Forse che allor che da l'informe Caos
Fur tratti i semi, e fur distinti in forme,
Lor toccò in sorte aver menti presaghe:
O che fur pria di nostra specie, e poi
Vestendo piume, e sorvolando i venti,
Serbano ancor de la ragione il lume:
O che il loro volar vicini al cielo,
E il respirar aura più pura, e lungi
Dal nostro fango, e il posar raro in terra,
De gli arcani de' Dei degni li renda.
Come ciò sia, tu, che 'l facesti, il sai,
Primo autor de' celesti e de' mortali.
Ora il principio e 'l fin de l'aspra guerra
Deh per lor mezzo a noi mostrar ti piaccia.
E se la Parca l'Echfonia Tebe
Concede in preda a le Lernée falangi,
Daccene il segno, e da sinistra tuona;
E i fausti augei con misteriosi canti
Ci annuncino quel ben che, a noi destini:
Ma s'altrimenti hai pur disposto, tardi
Vengan gli augurii, e da la destra il cielo
Adombrino co' vanni i tristi augelli. »
Così dic' egli, e sovra un sasso siede,
Ed altri invoca sconosciuti Numi;
E sgombra di caligine la mente
Discopre il ver, per quanto è vasto il mondo.
Parton fra loro il campo; e 'l ciel diviso,
Tengon la mente, e con la mente il guardo,
Attenti ad osservar ne l'aria i segni.
Stetter così gran pezza: alfin Melampo
Parlò primiero: « Anfiarao, non vedi,
Com' ogni augel, che spiega a l'aura i vanni,
Dà tristi indizii con l'infausto volo?
Ve', com' altri si libra in su le penne?
Ve', com' altri sen fugge, e co' lamenti
Un' infelice augurio a noi ne lascia?
Nè v' è fra lor de' tripodi seguace
Il nero corvo, nè il reale e grande
Portatore de' fulmini di Giove,
Nè quel sacro a Minerva: alcun migliore
Del falcon non vegg' io, e questi ancora
Da superiori augei spiumato e vinto.
Io non scorgo volar ch' orridi mostri,
Nè sento altri gracchiar che gufi e strigi,
E darne segno di futuri danni.
E con tali portenti andremo a Tebe?
A tali mostri si concede il polo?
Mira, come con l'ugne i petti e i rostri
Squarciansi insieme, e dibattendo i vanni
Mandan fuori un fragor simile a pianto. »
Così diss' egli, e Anfiarao rispose:
« Molti ho già intesi oracoli Febei,
Padre, fin da quel dì, che in fresca etade

Semideos inter pinus me Thessala reges
Duceret. Hic casus terraeque marisque canentem
Obstupuere duces; nec me ventura locuto
Saepius in dubiis auditus Jasone Mopsus:
Sed similes non ante metus, aut astra notavi
Prodigiosa magis; quamquam majora parantur.
Huc adverte animum: clara regione profundi
Aetheros, innumeri statuerunt agmina cycni:
Sive hos Strymonia Boreas ejecit ab Arcto,
Seu fecunda refert placidi clementia Nili.
Fixerunt cursus: hac rere in imagine Thebas:
Nam sese immoti gyro, atque in pace silentes,
Ceu muris, valloque tenent. Sed fortior ecce
Adventat per inane cohors: septem ordine fulvo
Armigeras summi Jovis exsultante caterva
Intuor. Inachii sunt hi tibi, concipe, reges.
Invasere globum nivei gregis, uncaque pandunt
Caedibus ora novis, et strictis unguibus instant.
« Cernis inexperto rorantes sanguine ventos,
Et plumis stillare diem? Quam saeva repente
Victores agitat leto Jovis ira sinistri!
Hic excelsa petens subita face Solis inarsit,
Submisitque animos: illum vestigia adortum
Majorum volucrum tenerae deponitis alae.
Hic hosti implicitus pariter ruit, hunc fuga retro
Volvit agens sociae linquentem fata catervae.
Hic nimbo glomeratus obit: hic praepete viva
Pascitur immoriens: spargit cava nubila sanguis.
Qui furtim lacrymas? illum, venerande Melampu,
Qui cadit, agnosco. » Trepidos sic mole futuri,
Cunctaque jam rerum certa sub imagine passos,
Terror habet vates: piget irrupisse volantum
Concilia, et coelo mentem insertasse vetanti.
Auditique odere deos: unde iste per orbem
Primus venturi miseris animantibus aeger
Crevit amor? Divûmne feras hoc munus; an ipsi
Gens avida, et parto non unquam stare quieti?
Eruimus quae prima dies, ubi terminus aevi,
Quid bonus ille deûm genitor, quid ferrea Clotho

Da' Semidei guerrieri io fui raccolto
Su la Tessala nave: essi m' udiro
Spesse volte predir co' sacri carmi
Quello che in terra e in mar lor poscia avvenne;
E ben sovente ne le dubbie cose,
Più che a Mopso, a me fede ebbe Giasone.
Ma non mai tanto di futuri mali
Ebbi timor, nè più maligne stelle
Vidi giammai, e peggio ancor m' aspetto.
Or volgi gli occhi attento: immenso stuolo
Mira venir da la serena parte
De l' etere profondo a noi di cigni;
O dal tracio Strimon Borea gelato
Li cacci, o cerchi più benigno clima
De l' ubertoso Nilo in su le sponde:
Eccoli fermi, eccoli accolti in giro
Taciti star come rinchiusi in vallo;
Or questo a noi finga il tebano campo.
Ma venir veggio da l' opposto lato
Maggior schiera d' alati, e a lei davanti
Sette d' immensi vanni aquile invitte:
Or queste a noi sieno gl' Inachii duci.
Già dan l' assalto al bianco gregge, e i rostri
Spalancano a le prede, e con gli artigli
Già stan lor sopra. Ahi quanto sangue piove!
Quante cadon dal ciel divelte penne!
Ma qual d' avverso Giove ira improvvisa
Distrugge i vincitori, e manda a morte?
Ecco il primier come dal sole acceso
Cade, e l' alma e l' orgoglio a un tempo spira.
L' altro, che ardisce de' maggiori augelli
Tentar le imprese, a mezzo il volo manca,
E lo lascian cader le imbelli piume.
Questi insiem col nemico a terra cade.
Il quarto in rimirar de' suoi compagni
L' immensa strage, spaventato fugge.
Quegli fra' nembi soffocato more;
Questi morendo del nemico vivo
Fiero si pasce; le volanti nubi
Tutte in sangue son tinte. E perchè il pianto
Tenti celar, Melampo? anch' io conosco
Colui che cade ne la gran vorago.
Così de l'avvenir sotto il gran peso
Gemono i vati, e già soffrono i danni
Veduti in ombra, come fosser veri.
Dolgonsi de' volanti il moto e i voli
Spiato aver, ed i vietati arcani
Del cielo; ed esauditi, odiano i Numi.
Ma donde mai questo sì folle amore
D'antiveder le cose entro le menti
De' miseri mortali origin ebbe?
Forse è dono de' Numi? o pur noi stessi
Non siam di ciò, che possediam, contenti?
Noi vogliamo saper qual ne sovrasti
Dal nascer nostro sino al giorno estremo
Lieto o infausto destino, e ciò che Giove

Cogitet: hinc fibrae, et volucrum per nubila sermo,
Astrorumque vices, numerataque semita Lunae,
Thessalicumque nefas. At non prior aureus ille
Sanguis avûm, scopulisque satae vel robore gentes
Mentibus hoc ausae: silvas amor unus, humumque
Edomuisse manu: quid crastina volveret aetas
Scire nefas homini: nos pravum ac debile vulgus
Scrutati penitus Superos: hinc pallor et irae,
Hinc scelus, insidiaeque, et nulla modestia voti.
Ergo manu vittas, damnataque vertice serta
Deripit, abjectaque inhonorus fronde sacerdos
Inviso de monte redit: jam bella tubaeque
Cominus, absentesque fremunt sub pectore Thebae.
Ille nec aspectum vulgi, nec fida tyranni
Colloquia, aut coetus procerum perferre, sed atra
Sede tegi, et Superûm clausus negat acta fateri.
Te pudor et curae retinent per rura, Melampu.
Bisseno premit ora die, populumque ducesque
Extrahit incertis. Et jam suprema Tonantis
Jussa fremunt, agrosque viris, annosaque vastant
Oppida: bellipotens prae se deus agmina passim
Mille rapit: liquere domos, dilectaque laeti
Connubia, et primo plorantes limine natos.
Tantus in attonitos cecidit deus. Arma paternis
Postibus, et fixos Superûm ad penetralia currus
Vellere amor: tunc fessa putri rubigine tela,
Horrentesque situ gladios in saeva recurvant
Vulnera, et attrito cogunt juvenescere saxo.
Hi teretes galeas, magnorumque aerea suta
Thoracum, et tunicas chalybum squalore crepantes
Pectoribus tentare; alii Gortynia lentant
Cornua: jam falces avidis et aratra caminis,
Rastraque, et incurvi saevum rubuere ligones:
Caedere nec validas sanctis e stirpibus hastas,
Nec pudor emerito clypeum vestisse juvenco.
Irrupere Argos, moestique ad limina regis

Benigno, o l'empia Cloto a noi prepari.
Quindi è che si ricercano le fibre,
E 'l garrir de gli augelli entro le nubi,
E i moti de le stelle, e de la luna
I varii giri, e alfin le magic'arti.
Ma non mai tanto osâr ne l'aurea etade
Gli avoli nostri, e quelle dure genti
Uscite fuor da roveri e macigni.
Era lor sola ed innocente cura
Amar le selve, e coltivare i campi:
Il cercar oggi quel che 'l dì venturo
Prometta, era fra lor non picciol fallo.
Noi, gente iniqua e vana, i sacri arcani
Osiam cercar de' Numi: e quindi poi
Nascon la tema e l'ira, e 'l reo delitto,
E le insidie e le frodi; e i nostri voti
Son privi di modestia e di pietade.
Ma Anfiarao, scinte dal crin le bende
Con dispettosa mano, e il sacro serto
Gettando lungi inonorato e vile,
Scendea dal monte. Egli ha sì fissi in mente
Gl' infausti augurii, che già sente e vede
Le trombe e l'armi e la lontana Tebe.
Dolente e mesto entro segreta cella
Si chiude, e nega rivelare i Fati:
Fugge il vulgo importuno, e del re amico
Schiva le inchieste, e de' maggior guerrieri.
Melampo anch' ei si cela, e per le ville
Esercitando va la medic'arte.
E già sei volte e sei de l'oriente
Schiuse aveva le porte al dì l'Aurora,
Dacchè stavan sospesi e duci e plebe.
Di Giove intanto il gran comando preme,
E corron tutti a l'armi, e lascian vuoti
I vasti campi e le cittadi antiche.
Dietro si tragge il bellicoso Dio
Mille squadre d'armati: in abbandono
Si lasciano le case e i dolci figli,
E le consorti misere e piangenti:
Tanto nel petto lor s'infonde il Nume!
Spiccan l'armi da' tetti, e fuor de' tempii
Traggono i carri, sacri un tempo a' Dei.
Chi a lo girar de la volubil cote
Affila i dardi, e i rugginosi brandi
Aguzza e terge, e luminosi rende:
Chi tratta gli elmi lievi, e le corazze
A' petti adatta, e le ferrate maglie.
Già i vomeri, gli aratri e gli altri arnesi,
Sì cari un tempo a la Sicana Dea,
Miransi rosseggiar dentro le ardenti
Fornaci, e a l'alternar di più martelli
Mutar l'uso pacifico in guerriero.
Tagliano i sacri boschi, e ne fann'aste,
E al bue già vecchio non si ha più pietade,
Per coprir col suo cuoio e targhe e scudi.
Corrono in Argo, e su le regie soglie

Bella animis, bella ore fremunt: it clamor ad auras,
Quantus Tyrrheni gemitus salis, aut ubi tentat
Enceladus mutare latus. Procul igneus antris
Mons tonat; exundant apices, fluctusque Pelorus
Contrahit, et sperat tellus abrupta reverti.

Atque hic ingenti Capaneus Mavortis amore
Excitus, et longam pridem indignantia pacem
Corda tumens (huic ampla quidem de sanguine prisco
Nobilitas: sed enim ipse manu praegressus avorum
Facta, diu tuto Superûm contemptor, et aequi
Impatiens, largusque animae, modo suaserit ira),
Unus ut e silvis Pholoës habitator opacae,
Inter et Aetnaeos aequus consurgere fratres;
Ante fores, ubi turba ducum vulgique frementis,
Amphiaraë, tuas, « Quae tanta ignavia, clamat,
Inachidae? vosque, o socio de sanguine Achivi,
Unius; heu pudeat! plebeia ad limina civis,
Tot ferro accinctae gentes, animisque paratae
Pendemus? Non si ipse cavo sub vertice Cyrrhae,
Quisquis is est timidis, famaeque ita visus, Apollo
Mugiat, insano penitus seclusus in antro,
Exspectare queam, dum pallida virgo tremendas
Nuntiet ambages. Virtus mihi numen, et ensis
Quem teneo: jamque huc timida cum fraude sacerdos
Exeat, aut hodie volucrum quae tanta potestas
Experiar. » Laetum fremit, assensuque furentem
Implet Achaea manus: tandem prorumpere adactus
Oeclides, alio curarum agitante tumultu:

« Non equidem effreno juvenis clamore profani,
Dictorumque metu, licet hic insana minetur,
Elicior tenebris: alio mihi debita fato
Summa dies, vetitumque dari mortalibus armis.
Sed me vester amor, nimiusque arcana profari
Phoebus agit: vobis ventura, atque omne, quod ultra est,
Pandere moestus eo: nam te, vesane, moneri
Ante nefas, unique silet tibi noster Apollo.
Quo miseri, Fatis Superisque obstantibus, arma,

Gridano guerra; e 'l ciel rimbomba intorno.
Non con tanto fragore il procelloso
Tirreno freme, nè sì forte scuote
Encelado il gran monte, allor che il fianco
Tenta mutar sotto l' immenso peso:
Da le profonde sue caverne mugge
Etna, e vomita fiamme: in sè ritira
Peloro i flutti, e la Sicilia unirsi
Teme al terren, onde fu pria divisa.

Ma Capaneo del bellicoso Nume
Più d'altri acceso, di superbo core,
E d'ozio impaziente e di riposo,
S'era qui tratto al suon di tanta impresa.
Scendeva egli per lungo ordine e certo
D'avi reali; ma le illustri imprese
De' suoi maggiori avea oscurate e vinte
Col braccio invitto e col terribil brando,
Sprezzator d'ogni Nume e d'ogni dritto,
E prodigo di vita, ov' ira il muova.
Un de' biformi abitator de' boschi
Di Foloe sembra, e con gli etnèi Ciclopi
Gareggiar può di mole e di fierezza.
Ora costui su le rinchiuse soglie
D'Anfiarao, dove fremendo stanno
La plebe e i duci, minacciando grida:
« Che viltà è questa, Argivi, e voi di sangue
Congiunti Achei? oh nostra infamia e scorno!
Dunque sul limitar d'un uom del vulgo
Oziosi staran tanti guerrieri?
Tant'alme pronte a generose imprese?
Non io, se Apollo (e siasi pur qual finge
L'altrui timore) sotto il Cirreo giogo
Muggir udissi dal profondo speco;
Tanto aspettar potrei, che le tremende
Ambagi sue la Vergine scoprisse:
A me la spada e 'l mio valor è Dio.
Esca omai fuor con le mentite frodi,
Figlie del suo timore, il sacerdote,
O ch' io farò veder quanto sia vano
Il volar de gli augelli. » Ei così parla,
E il vulgo militar con gridi applaude.
Ma d'Ocleo il figlio d'altre cure pieno
Esce costretto alfin dal chiuso ostello.

« Me non muove, dic'ei, l'alto clamore
Del giovane profano, o i fieri detti,
Benchè minaccin morte. Il mio fatale
Giorno ancor non è giunto, e questo petto
Scopo non sarà mai d'armi mortali.
Ma l'amore di voi, ma il nostro Nume
Mi spinge e sforza, e vuol ch' io sveli i fati.
Io le cose future, e s'oltre ancora
Scoprir si può, dolente a voi paleso;
Nè teco parlo, o giovane feroce,
Chè per te solo è muto il nostro Apollo.
Dove, miseri, andate? a che rapite
L'armi in onta de' Numi e del destino?

Quo rapitis? quae vos Furiarum verbera caecos
Exagitant? adeone animarum taedet? et Argos
Exosi? nil dulce domi? nulla omina curae?
Quid me Persei secreta ad culmina montis
Ire gradu trepido, superosque irrumpere coetus
Egistis? potui pariter nescire, quis armis
Casus, et atra dies, quae fati exordia cunctis,
Quae mihi. Consulti testor penetralia mundi,
Et volucrum affatus, et te, Thymbraee, vocanti
Non alias tam saeve mihi, quae signa futuri
Pertulerim. Vidi ingentis portenta ruinae:
Vidi hominum, divûmque nefas, hilaremque Megaeram,
Et Lachesim putri vacuantem saecula penso.

« Projicite arma manu. Deus ecce furentibus obstat:
Ecce deus. Miseri quid pulchrum sanguine victo
Aoniam et diri saturare novalia Cadmi?
Sed quid vana cano? quid fixos arceo casus?
Ibimus. » Hic presso gemuit simul ore sacerdos.

Illum iterum Capaneus: « Tuus o furor, augur, et uni
Ista tibi, ut serves vacuos inglorius Argos:
Et tua non unquam Tyrrhenus tempora circum
Clangor eat. Quid vota virûm meliora moraris?
Scilicet ut vanis avibus, natoque, domoque,
Et thalamis potiare jacens, sileamus inulti
Tydeos egregii perfossum pectus? et arma
Foederis abrupti? Quod si bella effera Graios
Ferre vetas, i Sidonias legatus ad urbes.
Haec pacem tibi serta dabunt: tua prorsus inani
Verba polo caussas, abstrusaque semina rerum
Eliciunt? miseret Superûm, si carmina curae,
Humanaeque preces: quid inertia pectora terres?
Primus in orbe deos fecit timor: et tibi tuto
Nunc eat iste furor: sed prima ad classica quum jam
Hostilem Ismenon galeis Dircenque bibemus,
Ne mihi tunc, moneo, lituos atque arma volenti
Obvius ire pares, ventisque aut alite visa

Qual Furia vi flagella? in sì vil pregio
L'alme vi sono? Argo v'è dunque a schivo?
Nè vi son dolci le paterne case?
Nè degli augurii alcun pensier vi prende?
A che mandarmi a l'inaccesso giogo
De l'alato guerrier, l'eterne menti
Ad ispiar de' Numi entro il concilio?
Ed or che giova che a me sieno noti
Gli acerbi casi ed il funesto giorno?
Qual crudel fato a voi sovrasti? e quale
Me stesso aspetti? In testimonio io chiamo
De l'ampio suol le investigate cose,
Le voci de gli augelli, e te, o Timbréo,
Che mai sì fiero a me parlasti; unquanco
Vidi sì tristi segni, e sì palesi
Indizii di certissima ruina.
Vidi le scelleraggini fatali
De gli uomini e de' Numi, e festeggiante
Vidi Megara, e l'inflessibil Parca
Vuotare interi i secoli dal fuso.
« Lungi scagliate l'armi. Ah forsennati!
Ecco il Nume, ecco il Nume a voi lo vieta.
Miseri! che follia del vostro sangue
Gir a impinguar de la Beozia i campi,
E del reo Cadmo le profane zolle!
Ma perchè parlo indarno, e 'l già prefisso
Momento io tardo? noi pur troppo andremo. »
Qui troncò i detti, e sospirando tacque.
Ma Capaneo: « Questo furor sia teco,
Augure infausto, e giovi a tua viltade,
Sicchè tu in Argo inonorato resti,
Nè turbi i sonni tuoi guerriera tromba.
Ma non tardar con queste ciance e fole
L'impeto de' magnanimi guerrieri.
Certo, perchè ozioso i canti e i voli
Tu osservi de gli augelli, e in molli piume
Ti goda la consorte, e i cari figli
Ti scherzino dintorno; il gran Tidéo
Noi lasceremo inulto, e de le genti
Le sacre leggi violate e infrante.
Ma se non vuoi che movan l'armi i Greci,
Vanne tu stesso a Tebe, e questo serto
T'assicuri le strade: a te del cielo
Noti son dunque i più secreti arcani
E le prime cagioni? O qual mi prende
Pietà de' Numi, se le preci e i carmi
Di noi ponno turbare il lor riposo!
Perch'empi di terror l'anime sciocche?
La viltade e il timor fecero i Numi.
Pur per or ti si passi, e senza tema
Sfoga il vano furor; ma ben t'avviso,
Che al primo suon de' concavi oricalchi,
Quando noi beverem dentro gli elmetti
Dirce e l'Ismeno, e ch'io correrò a l'armi
E a la battaglia, non venirmi innanzi
Co' tuoi augelli a ritardar la pugna:

Bellorum proferre diem: procul haec tibi mollis
Infula, terrificique aberit dementia Phoebi.
Illic augur ego, et mecum quicumque parati
Insanire manu. » Rursus fragor intonat ingens
Hortantum, et vasto subter volat astra tumultu.

Ut rapidus torrens, animos cui verna ministrant
Flumina, et exuti concreto frigore colles,
Quum vagus in campos frustra prohibentibus exit
Objicibus, resonant permixto turbine tecta,
Arva, armenta, viri, donec stetit improbus alto
Colle minor, magnoque invenit in aggere ripas.
Haec alterna ducum nox interfusa diremit.

At gemitus Argia viri non amplius aequo
Corde ferens, sociûmque animo miserata dolorem,
Sicut erat pridem laceris turbata capillis,
Et fletu signata genas, ad celsa verendi
Ibat tecta patris, parvumque sub ubere caro
Thessandrum portabat avo jam nocte suprema
Ante novos ortus, ubi sola superstite plaustro
Arctos ad Oceanum fugientibus invidet astris.

Utque fores iniit, magnoque affusa parenti est:
« Cur tua cum lacrymis moesto sine conjuge supplex
Limina nocte petam, cessem licet ipsa profari,
Scis genitor: sed jura deûm genitalia testor,
Teque pater, non ille jubet; sed pervigil angor,
Ex quo primus Hymen, movitque infausta sinistram
Juno facem, semper lacrymis gemituque propinquo
Exturbata quies. Non si mihi tigridis horror,
Aequoreaeque super rigeant praecordia cautes,
Ferre queam. Tu solus opem, tu summa medendi
Jura tenes: da bella, pater; generique jacentis
Aspice res humiles, atque hanc, pater, aspice prolem
Exsulis: huic olim generis pudor. O ubi prima
Hospitia, et junctae testato numine dextrae!
« Hic certe est, quem Fata dabant, quem dixit Apollo.
Non egomet tacitos Veneris furata calores,
Culpatamve facem, tua jussa verenda, tuosque
Dilexi monitus: nunc qua feritate dolentis
Despiciam questus? nescis, pater optime, nescis.

Non questo Febo tuo, non queste bende
Ti gioveriano allor: tutte in quel loco
Io vo' predir le sorti, e saran meco
Auguri e vati li più audaci e' forti. »
Suonan d'intorno nuovi applausi e gridi,
E l'immenso rumor giunge a le stelle.
Qual rapido torrente a cui più rivi
Portan tributo, e le disciolte nevi
Rendon gonfio e superbo; ogni riparo
Soverchia, e inonda i campi, e seco tragge
Ne' vortici spumosi a un tempo stesso
E le zolle e le case ed i pastori,
E le mandre e le greggi, insin che rompe
L'impeto a un colle, e 'l suo furor raffrena.
Così garrian fra lor; ma l'ombre stese
La buia notte, e separò le risse.
Intanto Argía, che del consorte amato
In sè risente il duolo e le querele,
Non ne può più soffrir con cor tranquillo:
Come si trova co' capelli sparsi,
E gli occhi pregni di pietoso pianto
Tra 'l confin de la notte e de l'aurora,
Quando scendendo in mar le vaghe stelle,
Si duol Boote di restare addietro,
Sen va notturna al padre, e al bianco seno
Appeso il suo Tersandro a l'avo porta.
Ma poi ch'entrò, fermossi al letto, e disse:
« Perchè piangente, intempestiva e sola
Senza 'l mesto consorte a te ne venga,
Padre, tu 'l sai, benchè io me 'l taccia. Io chiamo
In testimon de' genïali letti
I tutelari Numi, e per te stesso
Io giuro, o padre, ei non mi manda. Io sono
Mossa dal mio dolor, che di riposo
Mi priva da quel dì, che infausta Giuno
Con la sinistra man le nuziali
Tede m'accese: li vicini pianti
Non mi lascian godere ora di sonno.
Non se di tigre avessi 'l petto, o il core
Duro al par d'uno scoglio, i suoi lamenti
Senza pietà soffrir potrei. Tu solo
Puoi consolarne, ed è in tua man riposta
L'unica medicina a' nostri mali.
Dacci la guerra, o padre, e de l'abbietto
Genero tuo mira lo stato, e mira
Questo d'un infelice esule figlio.
Non patir tanto scorno al proprio sangue.
Deh ti sovvenga il giuramento dato
Nel primo ospizio, e gl'invocati Numi,
E le congiunte destre. Il mio consorte
È quello pure che indicaro i Fati,
E che Apollo prescrisse: io già non arsi
D'amor furtivo e di colpevol face.
Tu me lo desti, e al tuo volere ancella
Io fui, e ubbidïente: or con qual core
Ne soffrirò i lamenti? Ah tu non sai

Quantus amor caussae misero nupsisse marito.
Et nunc moesta quidem grave et illaetabile munus
Ut timeam, doleamque, rogo: sed quum oscula rumpet
Moesta dies, quum rauca dabunt abeuntibus armis
Signa tubae, saevoque genas fulgebitis auro,
Hei mihi! care parens, iterum fortasse rogabo. »
Illius humenti carpens pater oscula vultu,
« Non equidem has unquam culparim, nata, querelas:
Pone metus: laudanda rogas, nec digna negari.
Sed mihi multa dei (nec tu sperare, quod urges,
Desine), multa metus, regnique volubile pondus
Subjiciunt animo: veniet, qui debitus istis,
Nata, modus: nec te incassum flevisse quereris.
Tu solare virum: neu sint dispendia justae
Dura morae; magnos cunctamur, nata, paratus.
Proficitur bello. » Dicentem talia nascens
Lux movet, ingentesque jubent assurgere curae.

Quanto accresca l'amor misero sposo!
Ahi lassa! io veggio ben ch'ora ti chiedo
Dono odioso e infausto, e che di pianto
Cagion mi fia. Ma quando il fatal giorno
Romperà i nostri baci, e che le trombe
Daranno il segno di partire, e i cari
Visi chiudrete ne' dorati elmetti,
Padre, allor ti farò contrarii voti. »
Così diss'ella; e il genitor co' baci
Libonne i pianti, e placido rispose:
« Già, figlia, non temer che i tuoi lamenti
Biasmi, o condanni: cose giuste chiedi,
E negarle io non so. Ma ancor sospeso
Tengonmi i Numi, e ragionevol tema,
E del mio regno le diverse cure.
Non diffidar però, figlia; anche a questo
Si darà fin; nè ti dorrai che invano
Pregato m'abbi. Tu 'l consorte afflitto
Consola intanto; e non gl' incresca il nostro
Maturo differir. Le grand' imprese
Chieggon grandi apparati; e la tardanza
Giova a la guerra. Così dice, e lascia
Le molli piume a lo spuntar del giorno
Da' suoi gravi pensier chiamato a l'opre.

PUBLII PAPINII STATII

T H E B A I D O S

LIBER QUARTUS

Tertius horrentem Zephyris laxaverat annum
Phoebus, et angustum cogebat limite verno
Longius ire diem, quum fracta impulsaque fatis
Consilia, et tandem miseris data copia belli.
Prima manu rutilam de vertice Larissaeo
Ostendit Bellona facem, dextraque trabalem
Hastam intorsit agens, liquido quae stridula coelo
Fugit, et adversae celso stetit aggere Dirces.
Mox et castra subit, ferroque auroque coruscis
Mixta viris, turmale fremit: dat euntibus enses;
Plaudit equos; vocat ad portas: hortamina fortes
Praeveniunt, timidisque etiam brevis addita virtus.
Dicta dies aderat: cadit ingens rite Tonanti
Gradivoque pecus; nullisque secundus in extis
Pallet, et armatis simulat sperare sacerdos.
Jamque suos circum pueri, innuptaeque, patresque,
Funduntur mixti, summisque a postibus obstant.
Nec modus est lacrymis: rorant clypeique, jubaeque
Triste salutantum, et cunctis dependet ab armis
Suspiranda domus: galeis juvat oscula clausis
Inserere, amplexuque truces deducere conos.
Illi, quis ferrum modo, quis mors ipsa placebat,
Dant gemitus; fractaeque labant singultibus irae.
Sic ubi forte viris longum super aequor ituris,

E già il terz'anno sciolte avea da'monti
Col tepido spirar le bianche nevi
Zeffiro portator di primavera,
E Febo a' giorni iva aggiungendo l'ore:
Quando ruppero i fati ogni consiglio,
E a' miseri fu data alfin la guerra.
Dal giogo Larisseo con la sinistra
Bellona alzò la face, e a tutta forza
Colla destra scagliò l'asta tremenda,
Che per lo vano ciel stridendo cadde,
E andò a ferir ne gli argini Dircei:
Scend'essa poi nel campo, e fra i guerrieri
D'oro e ferro splendenti ella si mesce,
E freme in suon di militar tumulto.
Porge l'armi a chi parte, e applaude, e ispira
Lena a' destrieri, e da la porta affretta
I pigri e i lenti; e non che muova i forti,
Breve virtude ispira anche a'codardi.
Giunto era il dì prefisso: a Giove e a Marte
Cadon vittime scelte: il sacerdote
Teme l' infauste fibre e nol dimostra,
E finge speme, e ne' guerrier l' infonde.
Ma già i padri, i fanciulli, e le innocenti
Vergini, e le dolenti e caste spose
Stan su le soglie, e a' lor congiunti fanno
Con gli amplessi al partir dolce ritegno.
Non ha più freno il pianto; e di chi resta
E di chi va molli son l'armi e i manti:
Pende da ciascun elmo una famiglia;
E a le chiuse visiere i dolci baci
Rinnovar giova, e agli amorosi amplessi
Inchinano i guerrier gli alti cimieri.
Già quel primo furor d'armi e di morte
Scemando vassi in ogni petto e langue,
E nel partir si raddolciscon l'ire.
Non altrimenti avvien, quando s'accinge

Quum jam ad vela Noti, et scisso redit anchora fundo,
Haeret amica manus: certant innectere collo
Brachia; manantesque oculos hinc oscula turbant,
Hinc magni caligo maris; tandemque relicti
Stant in rupe tamen: fugientia carbasa visu
Dulce sequi, patriosque dolent crebrescere ventos.
Stant tamen, et notam puppem de rupe salutant.

Nunc mihi, fama prior, mundique arcana vetustas,
Cui meminisse ducum, vitasque extendere curae,
Pande viros: tuque o nemoris regina sonori,
Calliope, quas ille manus, quae moverit arma
Gradivus, quantas populis solaverit urbes,
Sublata molire lyra: nec enim altior ulli
Mens hausto de fonte venit. Rex tristis, et aeger
Pondere curarum, propiorque abeuntibus annis,
Inter adhortantes vix sponte incedit Adrastus,
Contentus ferro cingi latus: arma manipli
Pone ferunt: volucres portis auriga sub ipsis
Comit equos, et jam inde jugo luctatur Arion.

Huic armat Larissa viros, huic celsa Prosymne,
Aptior armentis Midea, pecorosaque Phyllos,
Quaeque pavet longa spumantem valle Charadron
Neris, et ingenti turritae mole Cleonae.
Et Lacedaemonium Thyre lectura cruorem.
Junguntur memores transmissi ab origine regis,
Qui Drepani scopulos, et oliviferae Sicyonis
Culta serunt, quos pigra vado Langia tacenti
Lambit, et anfractu riparum incurvus Elissos.
Saevus honos fluvio: Stygias lustrare severis
Eumenidas perhibetur aquis; huc mergere suetae
Ora, et anhelantes tuto Phlegethonte cerastas:
Seu Thracum vertere domos, seu tecta Mycenis
Impia, Cadmeumve larem: fugit ipse natantes
Amnis, et innumeris livescunt stagna venenis.

It comes Inoas Ephyre solata querelas,
Cenchraeaeque manus, vatum qua conscius amnis
Gorgoneo percussus equo, quaque objacet alto

A solcar lungo e periglioso mare
Stuolo di naviganti, e già le vele
Spiegansi al vento, e l'áncora ritorta
Dal fondo si ritira: a lor d'intorno
Stassi turba d'amici, e a lor le braccia
Stendono al collo, e non han gli occhi asciutti;
Ma poi che alfin sciolta è la prora, stanno
Immobili sul lido, e la volante
Nave seguon con gli occhi, e in odio il vento
Han, che lungi la porta; e da lo scoglio
Salutano co' cenni i naviganti.

Fama, o tu, che conservi a' giorni estremi
La rimembranza de' famosi eroi,
E vivere li fai dopo la morte;
E tu, regina de' sonori boschi,
Calliope, a me con più sublime canto
Narra, quali movesse invitte schiere,
Quai duci e quai città vuote lasciasse
D'abitatori il formidabil Marte.
Chi più di te bevve al Castalio fonte
Sacro furore, e n' ha la mente piena?

Primo ne viene Adrasto, e nel sembiante
Mesto palesa le sue interne cure;
Rotto da gli anni, e in quell'età che pende
Inver l'occaso, tratto, anzi rapito
Da le preghiere altrui, si cinge il brando.
Portangli l'armi dietro i suoi scudieri:
Cento destrier l'attendono a le porte,
Ed Arïon fra gli altri e freme e sbuffa,
Batte con l'unghia il suol, nè trova loco.
Seguono armate la reale insegna
E Prósinna e Larissa; e la d'armenti
Midea nutrice; e d'ampie greggi ricca
Fillo; e Neri, che teme il suo Caradro
Gonfio e spumante; e Cleone turrita;
E Tire, che vedrà l'atro trionfo
Scritto col sangue de' Spartani uccisi;
E quelli ancor che diero il rege ad Argo
Abitator di Drepano; e con loro
Sicione fruttifera d'olive
Mandan le loro schiere, e quei che stanno
De la pigra Langía lungo le sponde,
Ed i vicini al tortuoso Elisso.

Immondo è il fiume e infame, e ne' suoi flutti
Sozzi soglion lavar le Furie inferne
I ceffi, e dissetar gli angui del crine,
Lasciando illeso Flegetonte; o sia
Che da le tracie stragi, o che da' tetti
Empii tornin di Cadmo o da Micene,
Fuggon l'onde sdegnose al fiero nuoto,
E corron tinte di mortal veneno.

Poi viene Effira, che i solenni giochi
Fa a Palemone, e le Cencree falangi,
Ove al ferir del Pegaseo cavallo
Nacque Ippocrene a' sacri ingegni amica;
E quei ch'abitan l'Istmo, che raffrena

Isthmos, et a terris maria inclinata repellit.
Haec manus Adrastum numero ter mille secuti
Exsultant: pars gesa manu, pars robora flammis
Indurata diu (non unus namque maniplis
Mos, neque sanguis inest), teretes pars vertere fundas
Assueti, vacuoque diem praecingere gyro.
Ipse annis sceptrisque subit venerabilis aeque.
Ut possessa diu taurus meat arduus inter
Pascua, jam laxa cervice, et inanibus armis,
Dux tamen: haud illum bello attentáre juvencis
Sunt animi; nam trunca vident de vulnere multo
Cornua, et ingentes plagarum in pectore nodos.
Proxima longaevo profert Dircaeus Adrasto
Signa gener, cui bella favent: cui commodat iras
Cuncta cohors: huic et patria de sede volentes
Advenere viri; seu quos movet exsul, et haesit
Tristibus aucta fides, seu quis mutare potentes
Praecipuum: multi, melior quos caussa querenti
Conciliat. Dederat nec non socer ipse regendas
Aegion, Arenenque, et quas Theseia Troezen
Addit opes, ne rara movens inglorius iret
Agmina, neu raptos patriae sentiret honores.
Idem habitus, eadem arma viro, quae debitus hospes
Hiberna sub nocte tulit. Theumesius implet
Terga leo: gemino lucent hastilia ferro:
Aspera vulnifico subter latus ense riget Sphinx.
Jam regnum matrisque sinus, fidasque sorores
Spe votisque tenet; tamen et de turre suprema
Attonitam, totoque exstantem corpore longe
Respicit Argian: haec mentem oculosque reducit
Conjugis, et dulces avertit pectore Thebas.
Ecce inter medios patriae ciet agmina gentis
Fulmineus Tydeus: jam laetus, et integer artus,
Ut primum strepuere tubae: ceu lubricus alta
Anguis humo verni blanda ad spiramina solis
Erigitur, liber senio, et squalentibus annis
Exutus, laetisque minax interviret herbis.
Ah miser! agrestum si quis per gramen hianti
Obvius, et primo siccaverit ora veneno. 400
Huic quoque praestantes Aetolis urbibus affert
Belli fama viros. Sensit scopulosa Pylene,

Gli opposti mari e ne difende il suolo.
Tremila in tutto son quelli che Adrasto
Seguono in guerra baldanzosi, e sono
Di varie genti e di varie armi instrutti.
Altri impugnano i dardi, altri le aduste
Aguzze travi; altri le lievi fionde
Ruotan per l'aria con robusti giri.
Per anni e per impero ei venerando
Tutta precede la feroce schiera.
Toro così, benchè per molta etade
Alta non porti più la fronte, e muova
Per le campagne sue più tardi i passi,
Guida però l'armento: i più feroci
Giovenchi a lui non osan muover guerra,
E rispettan le vaste cicatrici
Nel largo petto impresse, e le robuste
Per molti colpi rintuzzate corna.
Il genero Dirceo, per cui la guerra
Si muove, e per cui sol milita il campo,
La propria insegna dopo il re dispiega.
Molti da Tebe a lui venner guerrieri,
Chi del suo esiglio per pietà, chi mosso
Da fè, che spesso ne' disastri cresce;
Chi per mutar signore; ed altri infine,
A cui più giusta la sua causa sembra.
A questi aggiunge il suocero le schiere
D'Arena, d'Egione e di Trezene
Superba per Teséo: così provvede
Ch'egli non resti senza pompa, e senta
Meno il dolor de gli usurpati onori.
Altero ei va con le stess'armi e 'l manto,
Con cui già venne in Argo; e 'l tergo copre
Del Teumessio leone: e al fianco appende
Il fiero brando, ch' ha nel pomo impressa
L'orrenda Sfinge, e porta in man due dardi.
Già il regno, già la madre e già le suore
Possiede con la speme; e pur lo frena
D'Argía l'amore, e gli occhi in lei volgendo
Sovente, la rimira afflitta e mesta,
Che tutta infuori da una torre pende,
E con gli occhi lo siegue: egli a tal vista
S'intenerisce, e quasi Tebe obblia.
Ecco il fiero Tidéo le Olenie genti
Armate guida risanato e franco
Al primo suon de la guerriera tromba.
Qual angue che sotterra ha già lasciata
L'antica spoglia, e rinnovati gli anni,
Fuor se n'esce al tepor de' nuovi soli
Di primavera, e si rabella e striscia,
E minaccioso per l'erbetta serpe:
Misero quel pastor che a lui vicino
Passa, e 'l primier veleno in sè riceve!
Appena divulgò la fama il grido
De l'alta impresa, che d'Etolia tutta
La gioventù feroce a lui sen corse.
Vengono da Pilene e da Pleurone

Fletaque cognatis avibus Meleagria Pleuron,
Et praeceps Calydon, et quae Jove provocat Iden
Olenos, Ioniis et fluctibus hospita portu
Chalcis, et Herculea turpatus gymnade vultus
Amnis; adhuc imis vix truncam attollere frontem
Ausus aquis, glaucoque caput submersus in antro
Moeret: anhelantes aegrescunt pulvere ripae.
Omnibus aeratae propugnant pectora crates;
Pilaque saeva manu, patrius stat casside Mavors.
Undique magnanimum pubes delecta coronant
Oeniden, hilarem bello, notisque decorum
Vulneribus: non ille minis Polynicis, et ira
Inferior, dubiumque adeo cui bella gerantur.
Major at inde novis it Doricus ordo sub armis,
Qui ripas, Lyrcie, tuas, tua litora multo
Vomere suspendunt, fluviorum ductor Achivûm,
Inache (Persea neque enim violentior exit
Amnis humo, quum Taurum, aut Pliadas hausit aquosas
Spumeus, et genero tumuit Jove): quos celer ambit
Asterion, Dryopumque trahens Erasinus aristas:
Et qui rura domant Epidauria: dexter Iaccho
Collis, at Ennaeae Cereri negat; avia Dyme
Mittit opes, densasque Pylos Neleia turmas,
Nondum nota Pylos, juvenisque aetate secunda
Nestor, et ire tamen peritura in castra negavit.
Hos agitat, pulchraeque docet virtutis amorem
Arduus Hippomedon: capiti tremit aerea cassis,
Ter nivea scandente juba: latus omne sub armis
Ferrea suta terunt: humeros ac pectora late
Flammeus orbis habet, perfectaque vivit in auro
Nox Danai: sontes Furiarum lampade nigra
Quinquaginta ardent thalami: pater ipse cruentis
In foribus laudatque nefas atque inspicit enses.
Illum Palladia sonipes Nemeaeus ab arce
Devehit arma pavens, umbraque immane volanti
Implet agros, longoque attollit pulvere campum.
Non aliter silvas humeris et utroque refringens

Per lo suo Meleagro ancor dolente;
Manda i suoi Calidone; e la di Giove
Nutrice Oleno, che nol cede a l'Ida;
E Calcide, che il mare in sè ricetta;
E l'Acheloo scornato, e che non osa
Erger la fronte offesa, e mesto giace
Ne l'umide caverne, e le sue sponde
Restano asciutte e squallide d'arena.
Tutti sen van di ferro armati i petti
Co' pili in mano, e sopra gli elmi splende
De' loro re progenitor Gradivo.
I più robusti e audaci al duce intorno
Forman corona, ed ei va lieto e noto
Per le belle ferite, e già non cede
Di sdegno a Polinice, e dubbio pende
In favore di cui si muova il campo.
Le Doriche falangi in maggior stuolo
Spiegan l'insegne, e quei, Lirceo, che i tuoi
Campi soglion solcar con molti aratri;
Ed i cultori de' tuoi vasti campi,
Inaco rege degli Achivi fiumi:
Nè già di te più procelloso alcuno
Scorre il greco terreno, allor che 'l Tauro
Gonfio ti rende, e l'Iadi piovose,
E di sè t'empie il genero Tonante.
Poi vengon quei che Drïope veloce
Cinge co' flutti; e quei cui l'Erasino
Inonda i prati e le mature spiche;
E quei che d'Epidauro arano i campi:
Bacco a' suoi colli è amico, ma la Dea
Sicana a lui è de' suoi doni avara.
E Dimo ancor manda soccorsi; e Pilo
Di cavalieri grosse squadre invía.
Non era allor Pilo famosa, e 'l suo
Nestore ancor de la seconda etade
Era sul fiore, e gir non volle a Tebe.
Quindi le genti guida il grande e forte
Ippomedonte, e con l'esempio accende
Di gloria e di virtude in lor l'amore.
Sul rilucente elmetto alto egli porta
Tripartito cimier di bianche penne:
Veste d'acciaro il duro usbergo, e copre
Col fiammeggiante scudo il largo petto,
In cui di Danao la terribil notte
Ne l'oro è impressa: le crudeli Erinni
Fan con le nere lor funeste faci
Splender cinquanta talami nuziali:
Su le sanguigne porte il fiero padre
Si ferma, e tenta i brandi, ed al delitto
Le incerte figlie minacciando esorta.
Lo porta giù da la Palladia rocca
Destrier Nemeo precipitoso e lieve,
E non avvezzo a l'armi, e in mezzo a un nembo
Di polvere commossa, e quasi a volo
Per lo gran campo un'ombra immensa stende.
Non altrimenti a precipizio cala

Pectore, montano duplex Hyleus ab antro
Praecipitat; pavet Ossa vias, pecudesque, feraeque
Procubuere metu: non ipsis fratribus horror
Abfuit, ingenti donec Peneia saltu
Stagna subit, magnumque objectus detinet amnem.
Quis numerum ferri, gentesque, et robora dicto
Aequarit mortale sonans? Suus excit in arma
Antiquam Tiryntha deus: non fortibus illa
Infecunda viris, famaque immanis alumni
Degenerat; sed lapsa situ fortuna. neque addunt
Robur opes: rarus vacuis habitator in arvis
Monstrat Cyclopum ductas sudoribus arces.
Dat tamen haec juvenum tercentum pectora, vulgus
Innumerum bello, quibus haud amenta, nec enses
Triste micant: flavent capiti tergoque leonum
Exuviae, gentilis honos, et pineus armat
Stipes, inexhaustis arctantur tela pharetris.
Herculeum Paeana canunt, vastataque monstris
Omnia: frondosa longum deus audit ab Oeta.
Dat Nemee comites, et quas in proelia vires
Sacra Cleonaei cogunt vineta Molorchi.
Gloria nota casae, foribus simulata salignis
Hospitis arma dei, parvoque ostenditur arvo,
Robur ubi et laxos qua reclinaverit arcus
Ilice, qua cubiti sedeant vestigia terra.
At pedes, et toto despectans vertice bellum,
Quatuor indomitis Capaneus erepta juvencis
Terga, superque rigens injectu molis ahenae
Versat onus; squalet triplici ramosa corona
Hydra recens obitu: pars anguibus aspera vivis
Argento caelata micat; pars arte reperta
Conditur, et fulvo moriens ignescit in auro:
Circum amnis torpens, et ferro caerula Lerne.
At laterum tractus, spatiosaque pectora servat

Da le montane cave Ileo biforme,
Squarciando con due petti e doppie spalle
Al rapido suo piè quanto s'oppone:
Ossa il paventa, e per timore a terra
Si piegano le fiere e si nascondono,
E i centauri minor n' hanno spavento:
Finchè d'un salto nel Peneo si lancia,
E solo opponsi, e spinge indietro il fiume.
Mà qual potria ridir lingua mortale
Il numero de' fanti e de' cavalli
Che lui sieguono in guerra? Alcide i suoi
De l'antica Tirintia abitatori
Eccita a l'armi; e non è scarso il luogo
D'uomini forti, e del feroce alunno
Vive in essi la fama ed il valore.
Ma al volgersi de gli anni il prisco aspetto
De la patria mutossi, e non ritiene
Più la prima fortuna e le ricchezze.
Raro è l'agricoltor che al passaggiero
Le rocche additi che i Ciclopi alzaro.
Pur trecento guerrieri in guerra manda
Prodi così, che nel valor de l'armi
Rassembrano essi soli un campo intero:
Nè già di ferro armano il petto, o al fianco
Cingon l'orribil brando; il capo e il dorso
Copron col cuoio de' leoni, e in giro
Ruotan nodosa clava, e ne' turcassi
Portan cento infallibili saette.
Cantan inni ad Alcide, e le da' mostri
Purgate terre; ed ei da l'alta cima
D' Eta li sente e ne gradisce i canti.
Manda Nemea soccorsi, e da le sacre
Del Cleoneo Molorco ospiti vigne
Vengon gli agresti abitatori. È noto
Come Molorco ne l'angusto albergo
Accolse Alcide: e ne le rozze porte
Scolpite sono ancor l'armi del Nume;
E nel picciolo campo al pellegrino
S'addita ov'ei posava l'arco, e dove
La mazza, e 'l sito ov'ei talor giacea,
Che ne conserva le grand'orme impresse.
Siegue poi Capaneo di sì gran mole,
Che quantunque pedon, quasi da colle
Tutto sotto di sè rimira il campo.
A quattro doppii a lui cingon lo scudo
Di fuor coperto di ferrata piastra
Di quattro buoi le diseccate cuoia.
L' Idra in esso si vede in tre gran giri
Ravviluppata, e già vicina a morte:
Tre de' suoi capi semivivi ancora
Splendono ne l'argento, e gli altri cela
Con maestrevol arte il fulgid'oro
Imitante la fiamma: e Lerna intorno
Ristagna l'acque, e le ritira indietro
Livide e infette dal crudel veleno.
Poi s'arma i fianchi e lo spazioso petto

Nexilis innumero chalybum subtemine thorax,
Horrendum, non matris opus, galeaeque corusca
Prominet arce gigas, atque uni missilis illi
Cuspide praefixa stat frondibus orba cupressus.

Huic parere dati, quos fertilis Amphigenia,
Planaque Messene, montanaque nutrit Ithome,
Quos Thrion, et summis ingestum montibus Aepy,
Quos Helos, et Pteleon, Getico quos flebile vati
Dorion: hic fretus doctas anteire canendo
Aonidas, mutos Thamyris damnatus in annos
Ore simul, citharaque (quis obvia numina temnat?)
Conticuit praeceps, qui non certamina Phoebi
Nosset, et illustres Satyro pendente Celaenas.

Jamque et fatidici mens expugnata fatiscit
Auguris: ille quidem casus, et dira videbat
Signa, sed ipsa manu cunctanti injecerat arma
Atropos, obrueratque deum; nec conjugis absunt
Insidiae, vetitoque domus jam fulgurat auro.
Hoc aurum vati fata exitiale monebant
Argolico: scit et ipse nefas, sed perfida conjux
Dona viro mutare velit, spoliisque potentis
Imminet Argiae, raptoque excellere cultu.

Illa libens (nam regum animos, et pondera belli
Hac nutare videt, pariter ni providus heros
Militet) ipsa sacros gremio Polynicis amati
Deposuit nexus haud moesta, atque insuper addit:
« Non haec apta mihi nitidis ornatibus, inquit,
Tempora, nec miserae placeant insignia formae
Te sine: sat dubium coetu solante timorem
Fallere, et incultos aris advertere crines.
Scilicet (heu Superi) quum tu cludare minaci
Casside, ferratusque sones, ego divitis aurum
Harmoniae dotale geram? Dabit aptior ista
Fors deus, Argolicasque habitu praestabo maritas,
Quum regis conjux, quum te mihi sospite, templa
Votivis implenda choris: nunc induat illa,
Quae petit, et bellante potest gaudere marito. »

Sic Eriphylaeos aurum fatale penates
Irrupit, scelerumque ingentia semina movit,

Di ferree squamme, orribile lavoro,
E non già de la madre; in cima a l'elmo
Porta un gigante, e de le frondi nudo
Un gran cipresso in vece d'asta impugna.
Seguon sì fiero duce Anfigenía,
E la piana Messene e la scoscesa
Itome; e posta sovra un alto monte
Epi e Trione, e Pteleone ed Elo;
E Dorion, che 'l suo poeta piange.
Tamiro fu costui, che osò nel canto
Contender colle Muse. Oh sempre folle,
Temerario garrir co' Numi eterni!
E ne fu in pena de la vista privo,
E condannato a viver muti gli anni.
Misero! a lui erano forse ignote
Le vittorie di Apollo, e lo scuoiato
Marsia, per cui famosa è ancor Cellene?

Ma di già vinta e ottenebrata in parte
D' Anfiarao la mente, egli pur viene;
E ben sapea quali funesti segni
Veduti avesse; ma la fiera Parca
In lui soffoca il Nume, e l'armi in mano
Gli pone, e dietro sel rapisce a forza:
Nè senza colpa è l' infedel consorte,
Che d' Armonia il monile empio possiede.
All' indovino esser fatal quest'oro
Prescritto aveano i fati; e l'empia frode
Non gli era occulta; ma la moglie avara
Cambiò il marito ne l' infame dono,
E de le spoglie altrui n'andò pomposa.
Argía, che vede star incerti ancora
I consigli de' duci, e che dal vate
Tutta la mole de la guerra pende,
Volentieri lo cede, e al caro sposo
Lieta lo rende, e a lui così ragiona:

« Di vani fregi non è questo il tempo
Per me, o signore, nè da te lontana
Far pompa d'una misera bellezza.
Poco non mi parrà fra amiche ancelle
Temprare il mio dolore, e i sacri altari
Sovente circondar col crin disciolto.
Deh cessi Dio, che mentre tu di ferro
Suonerai cinto, e che la bionda chioma
Ti premerà l'elmetto, al collo io porti
Il dotale d' Armonia aureo monile.
Forse daranci più felici giorni,
Placati i Numi; e di pompose vesti
Tutte allor vincerò le argive spose,
Chè di re moglie, e baldanzosa e lieta
Di tua salute, fra festivi cori
Andrò divota a scioglier voti al tempio.
Abbiasi l'oro pur colei che 'l brama,
E può mirare con sereno volto
Di Marte infra i perigli il suo marito.

Così passò d' Erifile ne' tetti
Il monile fatale, e iniqui semi

Et grave Tisiphone risit gavisa futuris.
Taenareis hic celsus equis, quam dispare coetu
Cyllarus, ignaro generarat Castore prolem,
Quassat humum: vatem cultu Parnassia monstrant
Vellera, frondenti crinitur cassis oliva,
Albaque puniceas interplicat infula cristas.
Arma simul, prensasque jugo moderatur habenas.
Hinc atque inde morae jaculis, et ferrea curru
Silva tremit: procul ipse gravi metuendus in hasta
Eminet, et clypeo victum Pythona coruscat.
Hujus Apollineae currum comitantur Amyclae,
Quos Pylos, et dubiis Malea vitata carinis,
Plaudentique habiles Caryae resonare Dianae,
Quos Pharis, volucrumque parens Cythereia Messe,
Taygetique phalanx, et oliviferi Eurotae
Dura manus. Deus ipse viros in pulvere crudo
Arcas alit, nudaeque modos virtutis, et iras
Ingenerat: vigor inde animis, et mortis honorae
Dulce sacrum: gaudent natorum fata parentes,
Hortanturque mori: deflet jamque omnis ephebum
Turba; coronato contenta est funere mater.
Frena tenent, duplexque inserto missile nodo,
Exerti ingentes humeros: chlamys horrida pendet,
Et cono Ledaeus apex. Non hi tibi solum,
Amphiaraë, merent: auget resupina maniplos
Elis: depressae populus subit incola Pisae,
Qui te, flave, natant terris, Alphee, Sicanis
Advena, tam longo non unquam infecte profundo.
Curribus innumeris late putria arva lacessunt,
Et bellis armenta domant: ea gloria genti
Infando de more, et fractis durat ab usque
Axibus Oenomai: strident spumantia morsu
Vincula, et effossas niveus rigat imber arenas.
Tu quoque Parrhasias ignara matre catervas
Ah rudis annorum (tantum nova gloria suadet)
Parthenopaee, rapis: tum saltus forte remotos
Torva parens (neque enim haec juveni foret ire potestas)
Pacabat cornu, gelidique aversa Lycei.

Vi sparse d'odio, e l'avvenir scorgendo
Tesifone ne rise. Anfiarao
Dunque sen viene sovra eccelso carro
Da' Tenarei destrier tirato, e figli
Di Cillaro immortale, e di mortali
Giumente: e il furto a Castore fu ignoto.
Le sacre bende e l'apollineo culto
Lo palesan per vate; e su l'elmetto
Porta i rami d'oliva, e intesse e fregia
L'infula bianca di purpuree penne.
Ei sostiene lo scudo, in cui risplende
Il fier Pitone ucciso, e regge il freno
De' focosi destrieri. Al carro intorno
Vengon squadre d'arcieri, e sotto il peso
Trema la selva. Egli sta in alto assiso
Terribile in sembianza, e l'asta impugna.
Sieguono il carro in numerose schiere
Pilo e Amicle apollinea, e per naufragii
Mallea famosa; e Caria, che risuona
D'inni a Cintia festivi; e Fari e Messe
Di colombe nudrice, e di Taigeto
Vien la falange; e turb'alpestre manda
L'Eurota, fiera ed instancabil gente.
Mercurio stesso a nude guerre e a risse
Finte l'indura in militar palestra:
Quinci in lor spirti generosi infonde,
E bel desio d'una onorata morte:
Esortano a morir le madri i figli;
E mentre piange a' funerali intorno
La turba, godon le feroci madri
In veder coronati i lor ferétri.
San stringere, allentar, girare i freni;
Insiem legati portano due dardi;
Coprono il dorso di ferine pelli,
E portan tremolanti in su l'elmetto
Le bianche penne dell'augel di Leda.
Nè già son questi sol che il tuo stendardo
Sieguono, Anfiarao; ma la declive
Eli manda guerrieri; e la depressa
Pisa; e color che ne' Sicani campi
Beon dell'ospite Alfeo; Alfeo che l'onde
Intatte porta per sì lungo mare.
Guerreggiano su i carri, e tutti a Marte
Domano i loro armenti: un cotal uso
Dura fra lor fin da qual dì che infranse
Enomao il cocchio, e cadde su l'arena:
Mordono il freno i fervidi destrieri,
E di spuma e sudor bagnano il campo.
Tu pur, Partenopeo, dietro ti meni
(Nè 'l sa la madre) le Parrasie schiere,
Troppo tenero ancora e mal esperto,
Per soverchio desio di nuova lode.
Ah se Atalanta il risapea, tu certo
Tu non andavi; ma la forte donna
A suon di corno de le crude fiere
De l'opposto Liceo purgava i boschi.

Pulchrior haud ulli triste ad discrimen ituro
Vultus, et egregiae tanta indulgentia formae:
Nec desunt animi, veniat modo fortior aetas.
Quos non ille duces nemorum, fluviisque dicata
Numina, quas magno non impulit igne Napaeas?
Ipsam, Maenalia puerum quum vidit in umbra,
Dianam, tenero signantem gramina passu,
Ignovisse ferunt comiti, Dictaeaque tela
Ipsam, et Amyclaeas humeris aptasse pharetras.
Prosilit audaci Martis percussus amore,
Arma, tubas audire calens, et pulvere belli
Flaventem sordere comam, captoque referri
Hostis equo: taedet nemorum, titulumque nocentem
Sanguinis humani, pudor est nescire sagittas.
Igneus ante omnes auro micat, igneus ostro,
Undantemque sinum nodis irrugat Iberis,
Imbelli parma pictus Calydonia matris
Proelia: trux laeva sonat arcus, et aspera plumis
Terga, Cydonaea corytos arundine pulsat,
Electro pallens, et iaspide clarus Eoa.
Cornipedem trepidos suetum praevertere cervos
Velatum geminae dejectu lyncis, et arma
Mirantem gravioris heri sublimis agebat,
Dulce rubens, viridique genas spectabilis aevo.
Arcades huic veteres, astris Lunaque priores,
Agmina fida datis: nemorum quos stirpe rigenti
Fama satos, quum prima pedum vestigia tellus
Admirata tulit: nondum arva, domusque, nec urbes,
Connubiisque modus. Quercus, laurique ferebant
Cruda puerperia, ac populos umbrosa creavit
Fraxinus, et feta viridis puer excidit orno.
Hi lucis stupuisse vices, noctisque feruntur
Nubila, et occiduum longe Titana secuti
Desperasse diem. Rarescunt alta colonis
Maenala: Parthenium fugitur nemus: agmina bello

Fra tanti eroi di più leggiadro aspetto
Alcun non v'ha: nè già gli manca ardire
Purchè l'età più forte in lui maturi.
Arsero al balenar del vago ciglio
Le Driadi, l'Amadriadi e le Napee.
Dicesi che Diana un dì che 'l vide
Di Menalo fra l'ombre in su l'erbetta
Pargoleggiar, e girsen sì leggiero,
Che nel terreno appena l'orme imprime,
Se n'invaghisse, e l'amoroso fallo
Perdonasse a la madre, e di sua mano
Gli desse i dardi, e la real faretra
Gli appendesse a le spalle. Egli sen viene
Ripieno il cor di marzial desío;
E anela l'armi, e i bellici oricalchi
Brama sentir, e in militare arena
Lordare il biondo crin di molta polve;
Scavalcare un nemico, ed in trionfo
Riportarne un destrier. Già in odio ha i boschi,
E si vergogna che d'umano sangue
Nè la faretra ancor asciutti ha i dardi.
Ei risplende ne l'oro, e d'ostro il manto
Scende ondeggiante, e si restringe al collo
Con nodi iberi in vaghe crespe accolto.
Nel rilucente scudo impresse porta
De la madre l'imprese, e di sua mano
Il fier cinghial di Calidonia estinto.
Pende al sinistro fianco il nobil arco,
Ed il turcasso di lucente elettro
Di gemme adorno gli risuona a tergo,
Tutto ripien di Cretiche saette;
E di minute maglie il petto copre.
Regge un corsier che vince i cervi al corso,
Coperto il dorso, e l'uno e l'altro fianco
Di doppia pelle di macchiata lince,
E che in sentir del suo signore armato
Più grave il peso, maraviglia prende.
Egli dolce rosseggia, ed innamora
Col leggiadro sembiante e co' freschi anni.
Gli Arcadi, che fur pria che fosse in cielo
La luna e gli astri, a lui danno le schiere.
Di lor si dice che da dure piante
Fosser prodotti, e che stupì la terra
Al primo calpestío de' piedi umani.
Non s'aravano ancora i campi: ancora
Non v'erano città, principi e leggi;
Nè v'eran maritaggi. Il faggio e il lauro
Concepivano i figli, e da gli ombrosi
Frassini nacquer popoli; e i fanciulli
Verdi uscian fuor dal rovere e da l'olmo.
Costoro il primo dì che usciro in luce,
A l'alternar del giorno e della notte,
Stupiro, e nel veder cadere il sole,
Gli corser dietro per fermarlo; e tema
Ebbero di restar sempre fra l'ombre.
Già di Menalo i colli e le Partenie

Rhipeque, et Stratie, ventosaque donat Enispe.
Non Tegea, non ipsa deo vacat alite felix
Cyllene, templumque Aleae nemorale Minervae:
Et rapidus Cliton, et qui tibi, Pythie, Ladon
Paene socer, candensque jugis Lampia nivosis,
Et Pheneos nigro Styga mittere credita Diti.
Venit et Idaeis ululatibus aemulus Azan,
Parrhasiique duces, et quae risistis, Amores,
Grata pharetrato Nonacria rura Tonanti,
Dives et Orchomenos pecorum, et Cynosura ferarum.
Aephitios idem ardor agros, et Psophida celsam
Vastat, et Herculeo vulgatos robore montes,
Monstriferumque Erymanthon, et aerisonum Stymphalon.
Arcades hi; gens una viris, sed dissona cultu
Scinditur: hi Paphias myrtos a stirpe recurvant,
Et pastorali meditantur proelia trunco:
His arcus, his tela sudes: hic casside crines
Integit: Arcadii morem tenet ille galeri:
Ille Lycaoniae rictu caput asperat ursae.
Hos belli coetus, jurataque pectora Marti,
Milite vicinae nullo juvere Mycenae.
Funereae tum namque dapes, mediique recursus
Solis, et hic alii miscebant proelia fratres.
Jamque Atalantaeas implerat nuntius aures
Ire ducem bello, totamque impellere natum
Arcadiam: tremuere gradus, elapsaque juxta
Tela: fugit silvas pernicior alite vento
Saxa per et plenis obstantia flumina ripis,
Qualis erat, correpta sinus, et vertice flavum
Crinem sparsa Noto: raptis velut aspera natis
Praedatoris equi sequitur vestigia tigris.
Ut stetit, adversisque impegit pectora frenis
(Ille ad humum pallens): «Unde haec furibunda cupido,
Nate, tibi? teneroque unde improba pectore virtus?
Tu bellis aptare viros? tu pondera ferre
Martis, et ensiferas inter potes ire catervas?
Quamquam utinam vires! nuper te pallida vidi,
Dum premis obnixo venabula cominus apro,
Poplite succiduo resupinum ac paene ruentem;
Et ni curvato torsissem spicula cornu....
Nunc ubi bella tibi? nil te mea tela juvabunt,

Selve d'abitator rimangon vuote;
E Strazia e Rife e la ventosa Enispe
Mandàr schiere feroci al gran cimento.
Non Tegea si rimane, e non Cillene
De l'aligero Dio madre felice;
Nè il rapido Clidone; o quel che Apollo
Bramò suocero aver, chiaro Ladone;
E non Lampía nevosa, o il Féneo lago,
Ond' è fama che Stige origin abbia.
Vengon gli agresti abitator de l'Azza,
Azza ch' è in ulular emulo all' Ida;
Ed i Parrasii duci, e di Nonacri
La gente, che si rise de gli amori
Del faretrato Giove; ed Orcomene,
Ricca di greggi; e Cinosura, albergo
Di molte fiere; ed Epito, e la celsa
Psofida, e noto per l'erculee imprese
L'Erimanto, e lo Stinfalo sonoro.
Arcadi tutti son, tutti una gente:
Ma di culto diversa e di costume.
Altri de' Paffii mirti a sè fan clave:
Altri s'arman di rustici bastoni:
Altri tendono gli archi e avventan dardi.
Chi copre il crin d'arcadico cappello;
E chi de' Licaon l'uso seguendo,
Porta vuoto d'un orsa il capo in fronte.
Queste le schiere fur che seguir Marte.
Non armossi Micene, ancor turbata
Per le nefande mense, e per le guerre
Di due altri non meno empii fratelli.
Ma non sì tosto ad Atalanta giunse
Il tristo avviso che partiva il figlio,
E dietro si traea l'Arcadia in guerra,
Che sotto si sentì tremar le piante,
E i dardi si lasciò cader di mano.
Abbandona le selve, e al par del vento,
Qual si ritrova con il crin disciolto,
In abito succinto il corso affretta;
Nè le arrestano il piè rupi o torrenti;
E sembra lieve e inferocita tigre
Che corra dietro al predator de' figli.
Giunge infine e l'arresta, e sovra il petto
Al rapido destrier respinge il freno.
Impallidisce il giovane: essa allora:
« E qual nuovo furor, figlio, t'accende?
Qual non matura ancor virtù ti move?
Tu le schiere ordinar? tu fra i perigli
Correr di Marte tra le spade e l'aste?
Deh fosse in te vigor pari al desio!
Non ti vid' io testè pallido in viso,
Mentre un fiero cinghial coll'asta premi,
Le ginocchia piegar, e resupino
Quasi cader? E se men pronto allora
Era questo mio dardo, ove le guerre?
Ove saresti or tu? Nelle battaglie
Non gioveranti questi strali; e invano

Nec teretes arcus, maculis nec discolor atris
Hic, cui fidis, equus: magnis conatibus instas,
Vix Dryadum thalamis, Erymanthiadumque furori
Nympharum mature puer. Sunt omina vera:
Mirabar cur templa mihi tremuisse Dianae
Nuper, et inferior vultu dea visa, sacrisque
Exuviae cecidere tholis: hinc segnior arcus,
Difficilesque manus, et nullo in vulnere certae.
Exspecta, dum major honos, dum firmius aevum,
Dum roseis venit umbra genis, vultusque recedunt
Ore mei: tunc bella tibi, ferrumque, quod ardes,
Ipsa dabo, et nullo matris revocabere fletu.
Nunc refer arma domum. Vos autem hunc ire sinetis,
Arcades? o saxis nimirum, et robore nati! »
Plura cupit: fusi circum natusque, ducesque
Solantur, minuuntque metus, et jam horrida clangunt
Signa tubae: nequit illa pio dimittere natum
Complexu, multumque duci commendat Adrasto.
At parte ex alia Cadmi Mavortia plebes,
Moesta ducis furiis, et belli territa fama
(Quando his vulgatum descendere viribus Argos),
Tardius illa quidem, regis, caussaeque pudore,
Verum bella movet: nulli distringere ferrum
Impetus, aut humeros clypeo clausisse paterno
Dulce, nec alipedum juga comere, qualia belli
Gaudia: dejecti trepidas sine mente, sine ira,
Promisere manus: hic aegra in sorte parentem
Unanimum, hic dulces primaevae conjugis annos
Ingemit, et gremio miseros accrescere natos.
Bellator nulli caluit deus: ipsa vetusto
Moenia lassa situ, magnaeque Amphionis arces,
Jam fessum senio nudant latus, et fide sacra
Aequatos coelo, surdum, atque ignobile, muros
Firmat opus: tamen et Boeotis urbibus ultrix
Aspirat ferri rabies, nec regis iniqui
Subsidio, quantum socia pro gente moventur.
Ille velut pecoris lupus expugnator opimi,
Pectora tabenti sanie gravis, hirtaque setis
Ora cruentata deformis hiantia lana,
Decedit stabulis, huc, illuc turbida versans
Lumina, si duri comperta clade sequantur

Ne' tuoi confidi, e in questo tuo di nere
Macchie segnato fervido destriero.
Tu tenti imprese oltre l'etade, e sei
Acerbo ancora a' talami e a gli amori
De le leggiadre Ninfe d'Erimanto.
Ahi fur veri i presagi! Io vidi il tempio
Tremar di Cintia, e mesta esser la Dea,
E le spoglie cader da' sacri altari;
Quindi più lento l'arco, e meno pronte
Mie mani al saettar, e incerti i colpi.
Aspetta almeno di acquistar maggiore
Forza con gli anni più maturi; aspetta
Che 'l vago viso il nuovo pel t'adombri,
E meno a me somigli; allora il brando,
E le bramate guerre a te fien date;
Nè riterratti de la madre il pianto.
E voi, Arcadi, dunque il signor vostro
Ir lascerete? O veramente dura
Gente nata da roveri e macigni! »
Volea più dir; ma sono a lei dintorno,
Confortandola tutti a non temere,
Il figlio e i duci; e già le trombe il segno
Dan di partir: ella non sa disciorsi
Dal figlio, e al buon Adrasto alfin l'affida.
Ma la plebe Cadmea da l'altra parte
Mesta, non già per lo vicin periglio,
Ma per le furie del crudel tiranno,
(Poi ch'ode esser già mosso il campo Argivo)
Vergognosa del rege e dell' ingiusta
Guerra, lenta e restía l'armi ripiglia;
Ma pur si muove mal suo grado alfine.
Non han piacer, qual de' guerrieri è stile,
In rapir aste e brandi: a nissun giova
Vestir l'armi paterne, o de' destrieri
Prendersi cura; ma senz' ira e pigri
Sol promettono al re le mani imbelli.
Chi si duol di lasciare il padre infermo;
Chi la consorte giovanetta e i figli,
Che lieti a lui scherzavano dintorno.
In ogni petto intiepidisce Marte.
Le mura istesse da l'età corrose,
E le Anfionie rocche il lato aperto
Mostrano rovinose, e un lavor muto
Quelle ripara, che già furo al cielo
Alzate al suon dell'armoniosa cetra.
Ma 'l guerriero furor, che in essi langue,
Le città di Beozia a l'armi accende,
Sol per soccorrer la cittade amica,
Non già per favorir l'empio tiranno.
Ei sembra un lupo distruttor del pingue
Vicino armento, allor che carco il ventre
Del crudo pasto, coll' irsute aperte
Fauci ancor lorde di sanguigna lana,
Da l'ovil si discosta, e i biechi sguardi
Memore di sua strage intorno gira,
Mirando se de' ruvidi pastori

Pastores, magnique fugit non inscius ausi.
Accumulat crebros turbatrix fama pavores.
Hic jam dispersos errare Asopide ripa
Lernaeos equites: hic te, bacchate Cithaeron,
Ille rapi Theumeson ait, noctisque per umbras
Nuntiat excubiis vigiles arsisse Plataeas.
Nam Tyrios sudasse lares, et sanguine Dircen
Irriguam, fetusque novos, iterumque locutam
Sphinga petris, cui non et scire licentia passim,
Et vidisse fuit? Novus his super anxia turbat
Corda metus: sparsis subito correpta capillis
Silvestris regina chori decurrit in aequum
Vertice ab Ogygio, trifidamque huc tristis, et illuc,
Lumine sanguineo pinum dejectat, et ardens
Erectam attonitis implet clamoribus urbem:
« Omnipotens Nysaee pater, cui gentis avitae
Pridem lapsus amor, tu nunc horrente sub arcto
Bellica ferrato rapidus quatis Ismara thyrso,
Pampineumque jubes nemus irreptare Lycurgo,
Aut tumidum Gangen, aut claustra novissima rubrae
Tethyos, Eoasque domos flagrante triumpho
Perfuris, aut Hermi de fontibus aureus exis.
At tua progenies, positis gentilibus armis
Quae tibi festa litat, bellum, lacrymasque, metumque,
Cognatumque nefas, injusti munera regni,
Pendimus: aeternis potius me, Bacche, pruinis
Trans et Amazoniis ululatum Caucason armis
Siste ferens, quam monstra ducum stirpemque profanam
Eloquar. En urges: alium tibi, Bacche, furorem
Juravi: similes video concurrere tauros;
Idem ambobus honos, unusque ab origine sanguis:
Ardua collatis obnixi cornua miscent
Frontibus, alternaque truces moriuntur in ira.
Tu pejor, tu cede nocens, qui solus avita
Gramina, communemque petis defendere montem.
Ah miseri morum! bellatis sanguine tanto,
Et saltus dux alter habet. » Sic fata gelatis
Vultibus, et Baccho jam demigrante quievit.
At trepidus monstro, et variis terroribus impar
Longaevi rex vatis opem, tenebrasque sagaces
Tiresiae (qui mos incerta paventibus) aeger
Consulit: ille deos non larga caede juvencûm,

Gli sovrasti lo sdegno; indi tra l'anche
La coda asconde, e timido s'inselva.
Crescè il terror la fama. Altri rapporta
Che già i Lernei corsier bevon l'Asopo;
Altri, che sono sul Citero; ed altri,
Che accampan sul Teumesso; ed altri infine
Vide gli ostili fuochi entro Platea.
Ognun portenti accresce; e i tirii Lari
Chi sudar giura, e correr sangue Dirce;
Ed esser nati mostruosi parti;
La Sfinge urlar di nuovo; e quel che appena
Saper certo si può, dice che il vide.
Ma novello timor turba la plebe.
La conduttrice de' Baccanti Cori,
Disciolti i crini, e dal suo Nume invasa,
Furiosa scende da l'Ogigio monte,
E la di pino tripartita face
Ruotando in giro, e rosseggianti i lumi,
L'attonita cittade empie di strida.
« Oh gran padre Niséo, che dell'avita
Gente il primiero amor doni all'obblío,
Tu sotto il pigro Arturo a guerra muovi
Con ferreo tirso l'Ismaro feroce,
E le tue viti di Licurgo in onta
Pianti, ov'ei proibille; o lungo il Gange
Tu scorri furibondo e trionfante
Per la purpurea Teti a' regni Eoi;
Od esci fuor per gli aurei fonti d'Ermo.
Ma la progenie tua, l'armi deposte
Sacre al tuo culto, or qual può farti onore,
Fuor che di guerra, di timor, di pianto,
Di domestiche risse empie e nefande,
Premii d'ingiusto re? Portami, o Bacco,
Portami sotto ad un perpetuo gelo,
E fin là, dove il Caúcaso risuona
Dell'armi femminili, anzi ch'io scopra
Gli error de' duci e della stirpe infame.
Ma tu mi sforzi: io cedo: altri furori
A te, Bacco, giurai. Io veggio, io veggio
Due fieri tori d'uno stesso sangue
E d'onor pari insieme urtarsi, e quindi
Unir le fronti, e le ritorte corna
Scambievolmente avviticchiar fra loro,
E feroci morire in mezzo all'ira.
Tu pria cedi, o peggior, tu che contendi
Il comun pasco al tuo compagno, e vuoi
Solo tiranneggiar la piaggia e il monte.
Oh infelici costumi! Ambi nel vostro
Sangue cadrete, e sarà d'altri il regno. »
Tacque, ciò detto; e abbandonolla il Nume,
E fredda cadde e tramortita al suolo.
Ma da cotanti mostri il re commosso
Si dà per vinto, e (come suol chi teme)
A Tiresia ricorre, e le sagaci
Tenebre ne consulta; e quegli afferma,
Che non si certo il gran voler de' Numi

Non alacri penna, aut verum spirantibus extis,
Nec tripode implicito, numerisque sequentibus astra,
Turea nec supra volitante altaria fumo,
Tam penitus, durae quam mortis limite manes
Elicitos patuisse, refert: Lethaeaque sacra,
Et mersum Ismeni subter confinia ponto
Miscentis, parat ante ducem, circumque bidentum
Visceribus laceris, et odori sulphuris aura,
Graminibusque novis, et longo murmure purgat.

Silva capax aevi, validaque incurva senecta,
Aeternum intonsae frondis, stat pervia nullis
Solibus: haud illam brumae minuere, Notusve
Jus habet, aut Getica Boreas impactus ab Ursa.
Subter opaca quies, vacuusque silentia servat
Horror, et exclusae pallet mala lucis imago.
Nec caret umbra deo: nemori Latonia cultrix
Additur; hanc piceae, cedrique, et robore in omni
Effictam, sanctis occultat silva tenebris.
Hujus inaspectae luco stridere sagittae,
Nocturnique canum gemitus, ubi limina patrui
Effugit, inque novae melior redit ora Dianae.
Ast ubi fessa jugis, dulcesque altissima somnos
Lux movet, hic late jaculis circum undique fixis,
Effusam pharetra cervicem excepta quiescit.

Extra immane patent, tellus Mavortia, campi,
Fetus ager Cadmo. Durus qui vomere primo
Post consanguineas acies, sulcosque nocentes,
Ausus humum versare, et putria sanguine prata
Eruit: ingentes infelix terra tumultus
Lucis adhuc medio, solaque in nocte per umbras
Exspirat, nigri quum vana in proelia surgunt
Terrigenae: fugit incepto tremebundus ab arvo
Agricola, insanique domum rediere juvenci.

Hic senior vates (Stygiis accommoda quippe
Terra sacris, multoque placent sola pinguia tabo)
Velleris obscuri pecudes armentaque sisti
Atra monet: quaecumque gregum pulcherrima cervix

Dall'ostie si ritragge, o dall'incise
Viscere, o dagli augelli, o dagli oscuri
Tripodi, o dal fumar de' sacri altari,
O da' moti numerici degli astri:
Come da' spirti del profondo Averno
Richiamati alla luce. E già i Letei
Sacrificii prepara innanzi al rege,
Colà, dove l'Ismeno entra nel mare.
Ma prima colle viscere lo purga
Di nere agnelle, e col sulfureo fumo
E con fresca verbena, e con un lungo
Magico mormorar d'ignoti carmi.

In questo luogo antica selva sorge
Di robusta vecchiezza, a cui mai ramo
Tronco non fu, nè vi penetra il sole:
Nulla in lei puote il vento, e di sue frondi
Noto non la privò, nè Borea spinto
Co' freddi fiati da la gelid' Orsa:
Un opaco riposo entro vi regna,
E il placido silenzio un ozioso
Orror vi serba, e dell'esclusa luce
Appena v'entra un tremulo barlume.
Nè senza Nume è il bosco: e di Latona
Sacro è alla figlia, e la celeste immago
In ogni pino, in ogni cedro è impressa,
E in ogni pianta; e la nasconde e cela
Tra le sant'ombre sue la selva annosa.
Spesso suonare non veduti strali
De la gran Dea s'udiro ed i notturni
Latrati de' molossi, allor che fugge
Le oscure case del gran zio: risplende
Tra noi serena e con più vago volto.
Ma quando stanca di cacciar le fiere,
Il più fitto meriggio a dolce sonno
L'invita, i dardi intorno appende,
E 'l capo appoggia a la faretra, e dorme.

S'apre fuori del bosco immenso campo
A Marte sacro, ove il cultor Fenice
Sparse guerriero seme. Oh troppo audace
Colui che dopo le fraterne schiere
Osò d'aprire nel terreno infame
Novelli solchi, e rivoltar le zolle
D'atro sangue cosperse! Il suolo infausto
Spira tumulto a mezzo giorno, e freme
Della notte fra l'ombre, allor che i figli
Della Terra risorgono, e fra loro
Rinnovar sembran le passate stragi.
Lascian gli agricoltori i campi inculti,
Ed a le stalle lor fuggon gli armenti
Spaventati e confusi. In questo luogo
Proprio a gl' inferni sacrificii, e grato
A li tartarei Numi, a cui più in grado
Son quei terren che pingui son di sangue,
Il vecchio sacerdote ordina e vuole
Che le pecore oscure e i neri armenti
Si radunino, e scelgansi fra loro

Ducitur: ingemuit Dirce, moestusque Cithaeron,
Et nova clamosae stupuere silentia valles.
Tum fera caeruleis intexit cornua sertis.
Ipse manu tractans, notaèque in limine silvae
Principio largos novies tellure cavata
Inclinat Bacchi latices, et munera verni
Lactis, et Actaeos imbres, suadumque cruorem
Manibus: aggeritur, quantum bibit arida tellus.
Trunca dehinc nemora advolvunt, moestusque sacerdos
Tres Hecatae, totidemque satis Acheronte nefasto
Virginibus jubet esse focos. Tibi, rector Averni,
Quamquam infossus humo, superat tamen agger in auras
Pineus: hunc juxta cumulo minor ara profundae
Erigitur Cereri: frondes, atque omne cupressus
Intexit plorata latus. Jamque ardua ferro
Signati capita, et frugum libamine puro
In vulnus cecidere greges: tunc innuba Manto
Exceptum pateris praelibat sanguinem, et omnes
Ter circum acta pyras, sancti de more parentis,
Semineces fibras et adhuc spirantia reddit
Viscera: nec rapidas cunctatur frondibus atris
Subjectare faces. Atque ipse sonantia flammis
Virgulta et tristes crepuisse ut sensit acervos
Tiresias (illi nam plurimus ardor anhelat
Ante genas, impletque cavos vapor igneus orbes)
Exclamat (tremuere rogi, et vox impulit ignem):
« Tartareae sedes, et formidabile regnum
Mortis inexpletae, tuque, o saevissime fratrum,
Cui servire dati Manes, aeternaque sontum
Supplicia, atque imi famulatur regia mundi,
Solvite pulsanti loca muta, et inane severae
Persephones, vulgusque cava sub nocte repostum
Elicite, et plena redeat Styga portitor alno.
Ferte simul gressus: nec simplex Manibus esto
In lucem remeare modus: tu separe coetu

Le cervici più elette e più superbe.
Mesta Dirce restò vuota d'armenti,
Ed il Citero; e si stupir le valli,
Che risuonavan pria d'alti muggiti,
Del silenzio improvviso. Ei pria le corna
Dell'ostie adorna di ceruleo serto,
E di sua manda le palpa; indi il terreno
Nove volte scavato, entro vi versa
Attico mele, e 'l buon liquor di Bacco,
E fresco latte, ed in gran copia il sangue
Delle vittime uccise, a cui più pronte
Sogliono correr l'ombre; e non rifina,
Per fin che il suol non è imbevuto appieno.
Poi fa troncar la selva, e tre gran pire
Erge ad Ecate inferna, ed altrettante
A l'orribili figlie d' Acheronte.
A te, gran re del tenebroso regno,
S'erge di pino un sotterraneo altare,
Che però colla cima all'aria sorge;
Ed un altro minore alla profonda
Proserpina; e li cinge intorno intorno
L'ombra funesta del feral cipresso.
E già segnate l'ardue fronti, e 'l farro
Sparsovi sopra, in su l'opposto ferro
Cadon tremanti le scannate greggi.
Allor la vergin Manto in tazze accoglie
Il fresco sangue; e, come il padre insegna,
Prima ne liba, indi circonda i roghi
Tre volte intorno con veloci passi;
E a lui descrive quali sien le fibre,
E gl' intestini palpitanti ancora:
Nè più ritarda il sottopor le faci
A l'alte pire, e in esse il foco accende.
Ma poi che il Cieco udì strider la fiamma
Nell'ardenti cataste, onde al suo volto
Giunse il calore, ed aggirossi il fumo
Per entro i vani della vuota fronte,
Alto esclamò: Della gran voce al suono
Tremaro i roghi, e preser forza e lena
Gli oscuri fuochi: « O voi, tartaree sedi,
O fiero regno d' insaziabil morte;
E tu dei tuoi fratelli il più crudele,
A cui fu dato di regnar su l'ombre,
E a' colpevoli imporre eterne pene,
E comandare al sotterraneo mondo;
Aprite al batter mio le porte inferne,
E i luoghi oscuri e muti, e 'l vano regno
Di Persefone, e 'l vulgo a me mandate
Laggiù sepolto in un profondo orrore;
E l' infernal nocchiero a me 'l riporti
Di qua da Stige in su la nera barca.
Ombre insieme venite al gridar nostro,
Ma del vostro venir sien varii i modi.
Ecate, quelle, tu, che negli Elisi
Godono eterne paci, alme innocenti
Da' re dividi; indi Mercurio ombroso

Elysios, Persea, pios, virgaque potenti
Nubilus Arcas agat: contra per crimina functis,
Qui plures Erebo, pluresque e sanguine Cadmi,
Angue ter excusso, et flagranti praevia taxo,
Tisiphone, dux pande diem, nec lucis egentes
Cerberus occursu capitum detorqueat umbras. »
Dixerat: et pariter senior Phoebeaque virgo
Erexere animos. Illi formidine nulla
(Quippe in corde deus), solum tremor obruit ingens
Oedipodioniden, vatisque horrenda canentis
Nunc humeros, nunc ille manus, et vellera pressat
Anxius, inceptisque velit desistere sacris.
Qualis Gaetulae stabulantem ad confraga silvae
Venator longo motum clamore leonem
Exspectat, firmans animum, et sudantia nisu
Tela premens: gelat ora pavor, gressusque tremiscunt
Quis veniat, quantusque: sed horrida signa frementis
Accipit, et caeca metitur murmura cora.
500 Atque hic Tiresias nondum adventantibus umbris:
« Testor, ait, divae, quibus hunc saturavimus ignem,
Laevaque convulsae dedimus carchesia terrae,
Jam nequeo tolerare moram: cassusne sacerdos
Audior? an rabido jubeat si Thessala cantu
Ibitis? et Scythicis quoties armata venenis
Colchis aget, trepido pallebunt Tartara motu?
Nostri cura minor, si non attollere bustis
Corpora, nec plenas antiquis ossibus urnas
Egerere, et mixtos coelique Erebique sub unum
Funestare deos libet, aut exsanguia ferro
Ora sequi, aut aegras functorum carpere fibras?
Ne tenues annos, nubemque hanc frontis opacae
Spernite ne, moneo, et nobis saevire facultas.
Scimus enim et quicquid dici, noscique timetis,
Et turbare Hecaten, ni te, Thymbraee, vererer:
Et triplicis mundi summum, quem scire nefastum est.
Illum sed taceo: prohibet tranquilla senectus.
Jamque ego vos .... » Avide subicit Phoebeia Manto:
« Audiris, genitor, vulgusque exsangue propinquat.
Panditur Elysium Chaos, et telluris opertae

Colla potente verga a noi le menì.
Quelle che stan fra le perdute genti
In numero maggior, e la più parte
Scese da Cadmo, pria tre volte scosso
Un angue. a noi Tesifone conduca,
E lor mostri il cammin col tasso ardente;
Nè Cerbero crudel le spinga indietro. »
Posto fine a' scongiuri, egli e la figlia
Attenti stanno, e pieni già del Nume,
Non conoscon timor; ma 'l re tremante,
E sbigottito al suon de' detti orrendi,
Gli si accosta alle spalle, e per la mano
Ora lo piglia, ora le sacre bende
Afferra, e 'l preme, e non vorría l' incanto
Tentato avere, o tralasciarlo a mezzo.
Qual ne' getuli boschi un fier leone
Attende al varco il cacciatòr dubbioso,
Che sè stesso conforta, e 'l grave dardo
Sostien con man sudante, e al suo periglio
In ripensar, e quale e quanto attenda
Nemico, impallidisce, e gli vacilla
Il passo, e lungi il gran ruggito udendo,
Ne misura le forze, e n' ha terrore.
Ma poi che tardi a lui vengono l'ombre,
Grida Tiresia con più fiera voce:
« Io vi protesto, orride Erinni, a cui
Arsi le pire, e con sinistra mano
Versai sanguigne tazze: io vi protesto,
Che del vostro indugiar ira mi prende.
Inutil dunque sacerdote e vano
A voi rassembro? Ma se infami carmi
Udrete susurrar tessalà maga,
Andrete pronta; o se possente Circe
Vi sforzerà con scitici veleni,
Vedrem tremante impallidir l' Inferno.
Forse a scherno io vi son, perchè dall'úrne
Non traggo a vita i corpi, e non rivolgo
L'ossa già stritolate, e riverente
Non turbo i Dei dell' Erebo e del Cielo?
O perchè non vogl' io con empio ferro
Tagliar gli esangui volti, e da gli estinti
Strappar le meste fibre? Ah non sprezzate
Questa cadente etade, e dall'opaca
Fronte le oscure tenebre: anche a noi
Lice l' incrudelir. Sappiam, sappiamo
Ciò ch' è orribile a dir, ciò che temete,
Ed Ecate turbar, se per te, o Apollo,
La gran germana tua prezzassi meno.
So del triplice mondo il maggior Nume
Anch' io invocar, cui proferir non lice:
Ma in questa mia cadente età lo taccio.
Ben vi farò » .... Ma l' interruppe allora
La fatidica Manto; e, « O padre, grida,
T'udir gli abissi, e s'avvicinan l'ombre:
S'apre l' infernal Caòs, e si dilegua
La caligin che copre il basso mondo.

Dissilit umbra capax, silvaeque, et nigra patescunt
Flumina, liventes Acheron ejectat arenas.
Fumidus atra vadis Phlegethon incendia volvit,
Et Styx discretis interflua Manibus obstat.
Ipsum pallentem solio, circumque ministras
Funestorum operum Eumenides, Stygiaeque severos
Junonis thalamos, et moesta cubilia cerno.
In speculis Mors atra sedet, dominisque silentes
Annumerat populos: major supereminet ordo.
Arbiter hos dura versat Gortynius urna,
Vera minis poscens, adigitque expromere vitas
Usque retro, et tandem poenarum lucra fateri.
Quid tibi monstra Erebi, Scyllas, et inane furentes
Centauros, solidoque intorta adamante gigantum
Vincula, et angustam centeni Aegaeonis umbram?»
« Imo, ait, o nostrae regimen viresque senectae,
Ne vulgato mihi: quis enim remeabile saxum,
Fallentesque lacus, Tityonque alimenta volucrum,
Et caligantem longis Ixiona gyris
Nesciat? Ipse etiam, melior quum sanguis, opertas
Inspexi sedes, Hecate ducente, priusquam
Obruit ora deus, totamque in pectora lucem
Detulit. Argolicas magis huc appelle precando,
Thebanasque animas: alias avertere gressus
Lacte quater sparsas, moestoque excedere luco,
Nata, jube: tunc quis vultus, habitusque, quis ardor
Sanguinis affusi, gens utra superbior adsit,
Dic agedum, nostramque move per singula noctem.»
Jussa facit, carmenque serit quo dissipet umbras,
Quo regat et sparsas: qualis, si crimina demas,
Colchis, et Acaeo simulatrix litore Circe.
Tunc his sacrificum dictis affata parentem:
« Primus sanguineo submittit inertia Cadmus
Ora lacu, juxtaque virum Cythereia proles.
Effluit amborum geminus de vertice serpens:
Terrigenae comites illos, gens Martia, cingunt.
His aevi mensura dies: manus omnis in armis,
Omnis et in capulo: prohibent, obstantque, ruuntque
Spirantum rabie: nec tristi incumbere sulco

Veggio l'orride selve e i neri fiumi,
E l'Acheronte vomitar le arene
Livide su le sponde; e Flegetonte
Versar onde di fiamme, e Stige oscuro
Che il popolo dell'ombre in due diparte.
Lo stesso re veggio sedere in trono
Squallido in volto, e a lui le Furie intorno
Stanno di scelleraggini ministre:
E le funeste stanze, e dell'inferna
Giunone io scorgo i talami severi.
Veggio a un verone pallida la Morte,
Che numera al tiranno il popol muto,
E la parte maggiore a contar resta.
Il cretense Minosse indi li pone
Nella terribil urna, e con minacce
N'esprime il vero, e li costringe e sforza
A palesar fin da' più teneri anni
L'opre buone o nefande, e qual si deggia
Ai lor merti o al fallir pena o mercede.
Dell'Erebo degg' io dir tutti i mostri?
E le Scille e i Centauri invan frementi?
E i ceppi adamantini de' Giganti?
O del gran Briareo la picciol'ombra?
« Vano è, dic'egli, o della mia vecchiezza
Solo sostegno, il perder tempo in questo.
E chi non sa l'irrevocabil sasso?
E l'ingannevol lago? e Tizio in cibo
Dato a' rapaci augelli? e d'Issione
La volubile ruota e i giri eterni?
Ecate a me la region profonda
Tutta mostrò ne gli anni miei più verdi,
Prima che il Nume a me il veder togliesse
Da gli occhi, e 'l respingesse entro la mente.
Piuttosto i greci spirti ed i tebani
Invita e chiama, e gli altri indietro spingi
Di bianco latte quattro volte aspersi,
E via li manda dal funesto bosco.
Poi di ciascuno e l'abito e l'aspetto,
Qual più beva del sangue, e qual più altero
De' due popoli venga a me fedele,
Descrivi, e le mie tenebre rischiara.»
Essa allor mormorò magico carme,
Con cui l'alme disperge a suo talento,
E a suo talento le disperse aduna.
Tali fur già, se l'empietà ne togli,
Medea crudele, e l'ingannevol Circe;
E al sacerdote genitor ragiona:
« Il primo a bere nel sanguigno lago
È Cadmo: e Armonia il suo marito siegue,
E l'uno e l'altro porta un serpe in fronte
Intorno a loro sta la fiera gente,
Popol di Marte della terra figlio,
A cui fu vita un giorno: ognun la mano
Tiene su l'elsa, ognuno l'armi impugna:
Si assalgon, si respingon, si feriscono,
Come se fosser vivi: a lor non cale

Cura, sed alternum cuperent haurire cruorem.
Proxima natarum manus est, fletique nepotes.
Hic orbam Autonoën, et anhelam cernimus Ino
Respectantem arcus, et ad ubera dulce prementem
Pignus, et oppositis Semelen a ventre lacertis.
Penthea jam fractis genitrix Cadmeia thyrsis,
Jam dimissa deo, pectusque adaperta cruentum,
Insequitur planctu: fugit ille per avia Lethes,
Et Stygios, superosque lacus, ubi mitior illum
Flet pater, et lacerum componit corpus Echion.
Tristem nosco Lycum, dextramque in terga reflexum
Aeoliden, humero jactantem funus onusto.
Nec dum ille aut habitus, aut versae crimina formae
Mutat Aristaeo genitus: frons aspera cornu,
Tela manu, rejicitque canes in vulnus hiantes.
Ecce autem magna subit invidiosa caterva
Tantalis, et tumido percenset funera luctu,
Nil dejecta malis: juvat effugisse deorum
Numina, et insanae plus jam permittere linguae.»
Talia dum patri canit intemerata sacerdos,
Illius elatis tremefacta assurgere vittis
Canities, tenuique impelli sanguine vultus.
Nec jam firmanti baculo, nec virgine fida
Nititur; erectusque solo: « Desiste canendo,
Nata, ait: externae satis est mihi lucis: inertes
Discedunt nebulae, et vultum niger exuit aër.
Umbrisne, an supero me missus Apolline complet
Spiritus? en video quaecumque audita. Sed ecce
Moerent Argolici dejecto lumine manes.
Torvus Abas, Proetusque nocens, mitisque Phoroneus,
Truncatusque Pelops, et saevo pulvere sordens
Oenomaus, largis humectant imbribus ora.
Auguror hinc Thebis belli meliora: quid autem
Hi grege condenso (quantum arma et vulnera monstrant
Pugnaces animae) nobis in sanguine multo
Oraque, pectoraque, et falso clamore levatas
Intendunt sine pace manus? Rex, fallor, an hi sunt
Quinquaginta illi? cernis Chromiumque Chromimque,
Phaegeaque, et nostra praesignem Maeona lauro.

Ber del sanguigno gorgo, ed a quel solo
Aspiran de' fratelli. Ecco appo loro
Le Cadmee figlie e l'infelice seme
De' compianti nipoti: Autonoe viene
Orba ed afflitta; ed Ino ansia, anelante,
Che gli archi mira, e si restringe al petto
Il caro pegno; e Semele, che copre
Dal fatal fuoco con le braccia il ventre;
E Agave ancor, che libera dal Nume,
Infranti i tirsi e lacerata il seno,
Sè stessa accusa, e Penteo siegue e plora:
Quei per l'inferne vie sdegnoso fugge,
E per gli Stigii e pe' superni laghi,
Ove Echion lo piange, e ne raccoglie
Le lacerate membra. Io ben conosco
Lico infelice, e d'Eolo la prole,
Che 'l figlio ucciso su le spalle porta.
Ecco Atteon, che va cangiando aspetto
Per lo suo fallo, e non però del tutto
Mutato è ancor: aspra ha la fronte e dura
Per l'ardue corna, e tuttavia la mano
Ritiene i dardi, e de' rabbiosi cani
Ripugna a' morsi, e li respinge indietro.
Da gl' invidiati figli accompagnata
Di Tantalo la prole ecco sen viene,
E con altero lutto i funerali
Va numerando, e nelle sue sciagure
Anche è superba; e poi ch' a lei non resta
Più che temer de' Dei, più audace parla. »
Mentre così la vergine favella,
Ecco arricciarsi le canute chiome
Al genitor, tremar le sacre bende,
E leggermente rosseggiare il volto.
Scaglia lungi il baston, nè più s' appoggia
Alla vergine, e s' alza: e, « Taci, o figlia,
Dice; assai da me veggio, e le mie pigre
Squamme cadder da gli occhi, e la mia lunga
Notte si dileguò. Ma donde viene
Lo spirto che di sè tutto m' ingombra?
Mi viene ei da l' Inferno, o pur da Apollo?
Ecco già scorgo il tutto; e l'ombre Argive
Meste abbassare i lumi; e il torvo Abante,
E 'l colpevole Preto, e Foroneo
Placido e mite, e Pelope squarciato,
E nella sozza polve Enomao intriso
Avidamente ber lo sparso sangue:
Quindi la miglior sorte auguro a Tebe.
Ma chi sono costoro insieme uniti?
A l'armi, a le ferite a me rassembra
Che sieno alme guerriere. E perchè mai
Ci minaccian col volto e con il sangue
E con le mani e con la vana voce?
M' inganno, o re? o quei cinquanta sono
Che tu mandasti? Vedi Cromio e Clomi,
E 'l gran Fegéa, e della nostra fronda
Il buon Meone ornato. Ah, duci invitti,

Ne saevite, duces: nihil hic mortalibus ausum,
Credite consiliis: hos ferrea neverat annos
Atropos: existis casus: bella horrida nobis,
Atque iterum Tydeus. » Dixit, vittaque ligatis
Frondibus instantes abigit, monstratque cruorem.
Stabat inops comitum Cocyti in litore moesto
Laius, immiti quem jam deus ales Averno
Reddiderat, dirumque tuens obliqua nepotem
(Noscit enim vultu), non ille aut sanguinis haustus,
Caetera ceu plebes, aliumve accedit ad imbrem,
Immortale odium spirans: sed prolicit ultro
Aonius vates: « Tyriae dux inclyte Thebes,
Cujus ab interitu non ulla Amphionis arces
Vidit amica dies: o jam satis ulte cruentum
Exitium, et multum placata minoribus umbra,
Quos, miserande, fugis? Jacet ille in funere longo
Quem premis, et junctae sentit confinia mortis,
Obsitus exhaustos pedore et sanguine vultus,
Ejectusque die: sors leto durior omni,
Crede mihi: quaenam immeritum vitare nepotem
Caussa tibi? confer vultum, et satiare litanti
Sanguine, venturasque vices, et funera belli
Pande vel infensus, vel res miserate tuorum.
Tunc ego te optata vetitam transmittere Lethen
Puppe dabo, placidumque pia tellure reponam,
Et Stygiis mandabo deis. » Mulcetur honoris
Muneribus, tingitque genas; dehinc talia reddit:
« Cur tibi versanti manes, aequaeve sacerdos,
Lectus ego augurio? tantisque potissimus umbris
Qui ventura loquar? Satis est meminisse priorum.
Nostrane praeclari (pudeat) consulta nepotes
Poscitis? illum illum sacris adhibete nefastis,
Qui laeto fodit ense patrem, qui semet in ortus
Vertit, et indignae regerit sua pignora matri.
Et nunc ille deos, Furiarumque atra fatigat
Concilia, et nostros rogat haec in proelia manes.
Quod si adeo placui deflenda in tempora vates,
Dicam equidem, quo me Lachesis, quo torva Megaera

Deponete lo sdegno: il morir vostro
Opra non fu d'uman consiglio: a voi
Questo fine la Parca avea prefisso:
Voi siete fuor d'ogni vicenda; a noi
Restano guerre orribili, e Tideo. »
Sì dice; e indietro colla sacra fronda
Di bende cinta le respinge, e addita
A loro il sangue, ove saziar la sete.
Sovra le sponde di Cocito solo
Stavasi Laio, e abbandonato. Il Nume
Già l'avea ricondotto al nero Averno.
Mirava torvo il reo nipote: e il volto
Ben ne conosce; egli non corre al sangue
Col vulgo in folla, e non apprezza il latte,
E sta ritroso, e immortal odio spira.
Ma l'Aonio indovin con dolci note
A sè l'invita: « O della tiria plebe
Inclito duce, al cui morir spariro
I giorni lieti dell'Ogigie mura;
È la tua morte vendicata assai;
E di pena minor, di minor scempio
La tua grand'ombra esser potea contenta.
Da chi, misero fuggi? In lungo duolo
Giace colui, che abborri, e già i confini
Tocca di morte squallido ed asciutto,
Pien di lordure il viso e senza lume.
Credilo a me: è della stessa morte
La sua vita peggior. Ma del nipote
Perchè schivi l'aspetto? a noi rivolgi
Placato il guardo, e ti disseta in questo
Sanguigno umor già consacrato a Dite;
Indi a noi scopri dell'orribil guerra
Le future vicende, o sia che infausto
A' tuoi ti mostri, o che pietà ten prenda:
Ti farò allor co' sacrificii miei
Passar l'onda vietata, e 'l tuo insepolto
Busto ricoprirò di sacra terra,
E ti farò propizii i Dei d'Inferno.
Placossi Laio alle promesse, e il labbro
Nel sangue immerse; indi così rispose:
« Deh perchè, mentre co' possenti carmi
Turbi l'Inferno, me fra cotant'alme,
Buon sacerdote, al vaticinio scegli?
Forse il migliore le future cose
A discoprir ti sembro? A me bastante
È il rimembrarmi le passate. E voi,
Degni nipoti, a che cercar da l'avo
Le risposte e gli oracoli? Colui,
Colui s'impieghi ne' misteri orrendi,
Che lieto uccise il padre, e l'innocente
Madre compresse, e fratei n'ebbe e figli.
Ed or costui fatiga i Numi, e invoca
De le Furie il concilio, e le nostr'ombre
Eccita a l'armi; ma se pur vi piace
Che in tempi sì funesti augure io parli,
Quello dirò che a me sarà permesso

Usque sinunt. Bellum innumero venit undique bellum
Agmine, Lernaeosque trahit fatalis alumnos
Gradivus stimulis: hos terrae monstra, deûmque
Tela manent, pulchrique obitus, et ab igne supremo
Sontes lege morae: certa est victoria Thebis,
Ne trepida, nec regna ferox germanus habebit.
Sed furiae, geminumque nefas, miserosque per enses
(Hei mihi) crudelis vincet pater.» Haec ubi fatus,
Labitur, et flexa dubios ambage reliquit.

Interea gelidam Nemeen, et conscia laudis
Herculeae dumeta, vaga legione tenebant
Inachidae: jam Sidonias avertere praedas,
Sternere, ferre domos ardent, instantque. Quis iras
Flexerit, unde morae, medius quis euntibus error,
Phoebe, doce: nos rara manent exordia famae.

Marcidus edomito bellum referebat ab Haemo
Liber: ibi armiferos geminae jam sidere brumae
Orgia ferre Getas, canumque virescere dorso
Othryn, et Icaria Rhodopen assueverat umbra,
Et jam pampineos materna ad moenia currus
Promovet: effrenae dextra laevaque sequuntur
Lynces, et uda mero lambunt retinacula tigres.
Post exsultantes spolia armentalia portant
Seminecesque lupos, scissasque Mimallones ursas.
Nec comitatus iners: sunt illic Ira, Furorque,
Et Metus, et Virtus, et nunquam sobrius Ardor,
Succiduique gradus, et castra simillima regi.
Isque ubi pulverea Nemeen effervere nube
Conspicit, et solem radiis ignescere ferri,
Necdum compositas belli in certamina Thebas;
Concussus visis, quamquam ore et pectore marcet,
Aeraque, tympanaque, et biforem reticere tumultum
Imperat, attonitas qui circum plurimus aures;
Atque ita: «Me manus ista, meamque exscindere gentem
Apparat, et longe recalet furor: hoc mihi saevum
Argos et indomitae bellum ciet ira novercae!
Usque adeone parum cineri data mater iniquo?
Natalesque rogi? quaeque ipse micantia sensi
Fulgura? relliquias etiam, fusaeque sepulcrum

Da Lachesi e da l'orrida Megera:
Guerra, gran guerra; innumerabil gente
Veggio venir da Lerna; e Marte a tergo
Con sanguigno flagel l'istiga e spinge.
Aspettano costoro oneste morti:
Il suol vacilla: fulmina il Tonante;
E a' cadaveri lor tardansi i roghi.
Vincerà Tebe, non temer; nè il regno
Per questo riterrà l'empio germano;
Ma regneran le Furie, e il doppio eccesso;
E per le vostre infami spade, ahi lasso!
Resterà vincitor l'iniquo padre.»
Ciò detto, sparve, e li lasciò confusi
Nel dubbio senso de le oscure ambagi.

Erano intanto le pelasghe schiere
Sparse e attendate nell'ombrosa valle
Di Neme, nota per l'erculee prove.
Tutti aspirano a Tebe, ed a far preda
De' Sidonii tesori, arder le case
E l'alte rocche, ed appianar le mura.
Ma chi frenógli a mezzo il corso, e l'ire
Ne fe' più miti, e in vani error gl'involse?
Tu che lo sai, Febo, ce 'l narra: a noi
Ne giunge incerta e non concorde fama.

Domato l'Emo e i bellicosi Geti
Avezzi al suon de gli orgii suoi festivi
Per ben due verni, e il Rodope nevoso,
E l'Otri fatto verdeggiar di viti,
Tornava Bacco, e 'l pampinoso carro
Indirizzava a le materne case.
Nel vino intinti van lambendo i freni
Le tigri, e molte maculate linci
Seguono il Nume: le Baccanti in schiera
Portan le spoglie de gli armenti uccisi,
Di lupi semivivi e d'orse lacere.
L'ira, il furore, la virtù, la tema
Gli fan corteggio, e 'l non mai sobrio ardore,
E capi vacillanti e incerti passi,
Di cotal duce esercito ben degno.
Ei poi che vede polverosa nube
Da Neme alzarsi, e Febo trar da l'armi
Lampi e fiammelle, e Tebe ancor non pronta
A le difese; attonito nel volto,
E nel cuor tristo fa cessar le tibie,
E i cembali ed i timpani, e lo strepito
Vario e discorde che rimbomba intorno;
E così parla: «Contro me si muove
Quest'oste immensa, e contro il popol mio.
Vien d'antica radice il furor nuovo:
Il crudel Argo è che mi muove guerra
E l'ira de l'indomita matrigna.
Forse non basta l'infelice madre
In cenere ridotta? e 'l nascer mio
Tratto da' roghi? e che lambir me ancora
Le folgori paterne? anche l'avello
De l'accesa rival l'empia persegue,

Pellicis, et residem ferro petit improba Theben.
Nectam fraude moras: illum, illum tendite campum,
Tendite, io, comites. » Hyrcanae ad signa jugales
Intumuere jubas: dicto prius adstitit arvis.

Tempus erat, medii quum solem in culmina mundi
Tollit anhela dies, ubi tardus hiantibus arvis
Stat vapor, atque omnes admittunt aethera luci.
Undarum vocat ille deas, mediusque silentum
Incipit: « Agrestes fluviorum numina Nymphae,
Et nostri pars magna gregis, perferte laborem,
Quem damus. Argolicos paulum mihi fontibus amnes,
Stagnaque, et errantes obducite pulvere rivos.
Praecipuus Nemees, qua nostra in moenia bellis
Nunc iter, ex alto fugiat liquor: adjuvat ipse
Phoebus ad hoc summo (cesset ni vestra voluntas)
Limite: vim coeptis indulgent astra, meaeque
Aestifer Erigones spumat canis. Ite volentes,
Ite in operta soli: post vos ego gurgite pleno
Eliciam, et quae dona meis amplissima sacris
Vester habebit honos; nocturnaque furta licentum
Cornipedum, et cupidas Faunorum arcebo rapinas. »

Dixerat: ast illis tenuior percurrere visus
Ora situs, viridisque comis exhorruit humor.
Protinus Inachios haurit sitis ignea campos.
Diffugere undae: squalent fontesque, lacusque,
Et cava ferventi durescunt flumina limo.
Aegra solo macies, tenerique in origine culmi
Inclinata seges: deceptum margine ripae
Stat pecus, atque amnes quaerunt armenta natatos.

Sic ubi se magnis refluus suppressit in antris
Nilus, et Eoae liquentia pabula brumae
Ore premit, fumant desertae gurgite valles,
Et patris undosi sonitus exspectat hiulca
Aegyptos, donec Phariis alimenta rogatus
Donet agris, magnumque inducat messibus annum.

Aret Lerna nocens, aret Lyrcius, et ingens
Inachus, advertensque natantia saxa Charadrus,
Et nunquam in ripis audax Erasinus, et aequus
Fluctibus Asterion: ille alta per avia notus
Audiri, et longe pastorum rumpere somnos.

Una tamen tacitas, sed jussu numinis, undas,

E stragi porta a la tranquilla Tebe?
Ma so ben io come fermarli: al campo,
Ite, a quel campo, o miei compagni: evoè. »
Al noto cenno le accoppiate tigri
Scuoton le giube, e in un balen vel portano.

Era ne l'ora che in meriggio il sole
Rende il dì più affannoso, e gli arsi campi
Bramano i nembi, ed i più folti boschi
Più non fan schermo a penetranti raggi.
Ei chiama allor le Dee de l'acque, e attente
Poi che le vede star, così favella:
« Agresti Ninfe de le limpid' onde,
Parte miglior del mio seguace stuolo,
Deh non v' incresca per me far quell' opra
Ch' io vi commetto: deh, cortesi Dee,
Per poco tempo ritraete a' fonti
L' acque vostre da' laghi, e i gonfi fiumi
Scoprano il fondo polveroso e asciutto.
Ma più d' ogni altro d' ogni umor sia privo
Neme, per cui l' ostile campo or passa.
Pur che 'l vogliate, a voi da mezzo il cielo
Il sole arride, e vi secondan gli astri,
E d' Erigone mia l' estivo cane.
Ite, Ninfe gentili, ite sotterra;
Io stesso poi vi chiamerò di sopra,
E ricche vi farò di maggior onda:
Voi de le offerte e de' miei doni a parte
Sarete sempre; ed i notturni furti
De' semicapri Numi, e le rapine
De' Fauni ognor da voi terrò lontane. »

Sì disse, e tosto impallidir le Dee,
E su l' umide frondi inaridiro
Le frondi e le ghirlande, e i campi d' Argo
Privi del natio umor arser di sete:
Fuggono l' acque, e più non stilla il fonte;
Nè ondeggia il lago, e vergognoso il fiume
Mostra del fondo l' indurato letto;
Arido è il suolo, e gli arbori e l' erbette
In pallido color mutano il verde;
Stassi il gregge deluso in su le sponde,
E cerca l' acque ove pria giva a nuoto.

Non altrimenti avvien, qualora il Nilo
Chiude ne gli antri l' acque sue feconde,
Che da l' umido verno ei già raccolse;
Fuman dintorno le seccate valli,
E del suo padre e Dio l' arida Egitto
Aspetta e brama il corso strepitoso;
Finch' egli a' voti arride, e i Farii campi
Rende ubertosi e carichi di messe.

Lirceo seccossi e la nocente Lerna,
E l' Inaco che dianzi era sì grande,
E 'l sassoso Caradro, ed il tranquillo
Asterione, e l' Erasino audace,
Che non soffre le sponde, e col fragore
Rompe da lunge a li pastori il sonno.

Sola fra tanti, per voler de' Numi,

Haec quoque secreta, nutrit Langia, sub umbra.
Nondum illi raptus dederat lacrymabile nomen
Archemorus, nec fama deae; tamen avia servat
Et nemus,et fluvium:manet ingens gloria nympham,
Quum tristem Hypsipylen ducibus sudatus Achaeis
Ludus, et atra sacrum recolit trieteris Ophelten.
Ergo, nec ardentes clypeos vectare, nec arctos
Thoracum nexus (tantum sitis horrida torquet)
Sufficiunt: non ora modo, angustisque perusti
Faucibus, interior sed vis quatit: aspera pulsu
Corda: gelant venae, et siccis cruor aeger adhaeret
Visceribus: tunc sole putris, tunc pulvere tellus
Exhalat calidam nubem. Non spumeus imber
Manat equum: siccis illidunt ora lupatis,
Ora catenatas procul exertantia linguas;
Nec legem dominosve pati, sed perfurit arvis
Flammatum pecus. Huc illuc impellit Adrastus
Exploratores, si stagna Lycimnia restent,
Si quis Amymones superet liquor: omnia caecis
Ignibus hausta sedent; nec spes humentis Olympi:
Ceu flavam Libyen desertaque pulveris Afri
Collustrent, nullaque umbratam nube Syenen.
Tandem inter silvas (sic Evius ipse parabat)
Errantes subitam pulchro in moerore tuentur
Hypsipylen: illi quamvis et ab ubere Opheltes
Non suus, Inachii proles infausta Lycurgi
Dependet, neglecta comam, nec dives amictu;
Regales tamen ore notae, nec mersus acerbis
Exstat honos. Tunc haec adeo stupefactus Adrastus:
«Diva potens nemorum (nam te vultusque pudorque
Mortali de stirpe negant), quae laeta sub isto
Igne poli non quaeris aquas, succurre propinquis
Gentibus: arcitenens seu te Latonia casto
De grege transmisit thalamis, seu lapsus ab astris
Non humilis fecundat amor (neque enim ipse deorum
Arbiter Argolidum thalamis novus), aspice moesta
Agmina. Nos ferro meritas exscindere Thebas
Mens tulit: imbelli sed nunc sitis anxia fato

Langia ritien tacide l'onde all'ombra
Di recondita selva. Ancor famosa
Langia non era per l'acerbo fato
D'Archemoro, nè fama avea di dea:
Ma pur, qual era, conservava intatte
E l'onde e 'l bosco; in guiderdon s'appresta
Grande alla Ninfa e memorando onore,
Quando li giuochi che li duci Achei
D'Isifile dolente in rimembranza
Celebrâr ivi, e de l'estinto Ofelte
Rinnoveransi poscia ogni terz'anno.
Da sì cocente ardor vinto ed oppresso
Non può il soldato sostener lo scudo,
E i lacci scioglie del lucente usbergo.
Nè sol l'aride fauci arde la sete,
Ma 'l sangue asciuga entro le vene, e 'l core
Con aspro palpitare anela e langue.
S'alza da terra un vapor tetro e denso
Di polve e di caligine. I destrieri
Non bagnano di spuma i freni aurati,
Ma portan le cervici a terra chine,
E mostran fuori l'assetata lingua:
Più non temon lo spron, nè de la mano
Senton la legge, ma furiosi e insani
Scorron pe' campi, e van cercando l'acque.
Adrasto manda ad ispiar dintorno,
Se qualche umore Amimone conservi,
O pur Licinnia, od altro fonte o fiume;
Ma fonti e fiumi altro non dan che arena,
Nè di pioggie o di nembi a gl'infelici
Riman speranza: quasi i campi adusti
Calchin di Libia, o l'Africa arenosa,
O la sempre serena aspra Siene.
Pur mentre vanno per le selve errando,
(Così Bacco volea) bella nel pianto
E nel suo duolo Isifile trovaro.
A lei pendea dal seno il non suo figlio
Ofelte, di Licurgo infausta prole:
Scompigliata le chiome, e in rozze spoglie
Ritiene ancor nel nobile sembiante
La maestà regale e 'l primo onore.
Adrasto allora attonito e conquiso
Supplichevole a lei così ragiona.
«O de' boschi possente o ninfa, o dea,
(Chè non somigli tu cosa terrena)
Che siedi lieta, e sotto il Sirio ardente
L'onde non cerchi: a queste genti amiche
Aita porgi; o te la faretrata
Diana scelta dal suo casto coro
Abbia ella stessa in imeneo congiunta;
O te feconda di sì vaga prole
Giove abbia resa, (e non è nuovo a lui
Scendere in Argo agli amorosi furti)
Pietà ti prenda dell'afflitte schiere.
A Tebe andiamo, a la colpevol Tebe;
Ma l'aspra sete ogni vigor ne frange,

Submittitque animos et inertia robora carpit.
Da fessis in rebus opem, seu turbidus amnis,
Seu tibi foeda palus: nihil hac in sorte pudendum,
Nil humile est. Tu nunc ventis, pluvioque rogaris
Pro Jove: tu refugas vires, et pectora bello
Exanimata reple: sic hoc tibi sidere dextro
Crescat onus: tantum reduces det flectere gressus
Juppiter. O quanta belli donabere praeda!
Dircaeos tibi, diva, greges, numerumque rependam
Plebis, et hic magna lucus signabitur ara. »
Dixit, et orantis media inter anhelitus ardens
Verba rapit, cursuque animae labat arida lingua.
Idem omnes pallorque viros, flatusque soluti
Oris habet: reddit demisso Lemnia vultu:
« Diva quidem vobis, etsi coelestis origo est,
Unde ego? Mortales utinam haud transgressa fuissem
Luctibus! Altricem mandati cernitis orbam
Pignoris: at nostris an quis sinus, uberaque ulla,
Scit deus: et nobis regnum tamen, et pater ingens.
Sed quid ego haec? fessosque optatis demororundis?
Mecum age nunc: si forte vado Langia perennes
Servat aquas: solet et rapidi sub limite cancri
Semper, et Icarii quamvis juba fulguret astri,
Ire tamen. » Simul haerentem, ne tarda Pelasgis
Dux foret, ah miserum vicino cespite alumnum
(Sic Parcae voluere) locat, ponitque negantem
Floribus aggestis, et amico murmure dulces
Solatur lacrymas: qualis Berecynthia mater,
Dum circa parvum jubet exsultare Tonantem
Curetas trepidos: illi certantia plaudunt
Orgia, sed magnis resonat vagitibus Ide.
At puer in gremio vernae telluris, et alto
Gramine, nunc faciles sternit procursibus herbas
In vultum nitens; caram modo lactis egeno
Nutricem clangore ciens, iterumque renidens,
Et teneris meditans verba illuctantia labris,
Miratur nemorum strepitus, aut obvia carpit,
Aut patulo trahit ore diem: nemorisque malorum
Inscius, et vitae multum securus inerrat.
Sic tener Odrysia Mavors nive, sic puer ales

Ritienci in ozio, e gli animi deprime.
Tu ci soccorri, e a noi addita o fiume,
O torbida palude: a' casi estremi
Ogni rimedio giova, e nulla a schivo
Aver si de': noi t' invochiamo invece
E de' nembi e di Giove, e tu rinfranca
In noi le forze, e gli arsi petti inonda:
Così questo gentil tuo caro pegno
Crescea felice. Ed oh, se a noi fia dato
Vincitori tornar, di quanti doni
Ti renderem mercede! A te svenati
Tanti capi cadran del vinto gregge,
Che di costoro il numero compensi
Che tu salvasti; ed ergerò un altare
In questo bosco in rimembranza eterna
Del tuo gran dono, o mia propizia dea. »
Così parlò; ma l' affannata lena
Più volte gl' interruppe i mesti accenti,
E senza spirto titubò sovente
Tra l' arse fauci l' assetata lingua.
Uno stesso pallor si scopre in tutti,
E uno stesso anelar. Ma gli occhi abbassa
La gran donna di Lenno, e sì risponde:
« Quale scorgete in me segno di dea?
Mortal son io, benchè da' Numi scenda
Il sangue mio: ed oh così non fossi
D' ogni mortal la più infelice ancora!
Io d' altri figli madre a l' altrui figlio
Il latte porgo; e sallo Dio, se i nostri
Altre poppe allattàr, od altro seno
Accolse. E pur regina io sono; un Nume
È l' avo mio; ma che ragiono invano,
E dal torvi la sete io vi trattengo?
Andiam; forse Langía daravvi l' acque.
Ella suol coservarle ognor perenni,
E sotto il Cancro e sotto il Sirio ardente. »
Disse; e per farsi più spedita e pronta
Guida de' Greci, il misero bambino
Adagiò sovra tenero cespuglio,
(Così volean le Parche,) e lui piangente
Rasserenò con dolce mormorío,
E gli fe' letto di fioretti ed erbe.
Così già intorno al pargoletto Giove
Cibele pose i Coribanti suoi:
Fan co' strumenti lor varii frastuoni,
Ma del Nume al vagire Ida rimbomba.
L' innocente bambin, che riman solo,
Or va carpone per la molle erbetta,
Or piange e chiama la nudrice e 'l latte.
Or s' allegra e sorride, e balbettante
Cerca voci formar cui nega il labbro;
Ora i rumori e 'l mormorar del bosco
Attento ascolta; or con l' aperta bocca
Le dolci aure respira, e de le selve
Non conosce i perigli, e di sua vita.
Marte così sovra le Odrisie nevi;

Vertice Maenalio, talis per litora reptans
Improbus Ortygiae latus inclinabat Apollo.
Illi per dumos et opaca virentibus umbris
Devia pars cingunt, pars arcta plebe sequuntur,
Praecelerantque ducem. Medium subit illa per agmen
Non humili festina modo: jamque amne propinquo
Rauca sonat vallis, saxosumque impulit aures
Murmur. Ibi exsultans conclamat ab agmine primo,
Sicut erat, levibus tollens vexilla maniplis
Argus, Aquae! longusque virûm super ora cucurrit
Clamor, Aquae! Sic Ambracii per litora ponti
Nauticus in remis juvenum monstrante magistro
Fit sonus, inque vicem contra percussa reclamat
Terra, salutatus quum Leucada pandit Apollo.
Incubuere vadis passim discrimine nullo
Turba simul, primique: nequit secernere mixtos
Aequa sitis: frenata suis in curribus intrant
Armenta, et pleni dominis, armisque feruntur
Quadrupedes: hos turbo rapax, hos lubrica fallunt
Saxa, nec implicitos fluvio reverentia reges
Proterere, aut mersisse vado clamantis amici
Ora. Fremunt undae, longusque a fontibus amnis
Diripitur; modo lene virens, et gurgite puro
Perspicuus, nunc sordet aquis egestus ab imo
Alveus: inde toros riparum, et proruta turbant
Gramina: jam crassus coenoque et pulvere torrens,
Quamquam expleta sitis, bibitur tamen. Agmina bello
Decertare putes, justumque in gurgite Martem
Perfurere, et captam tolli victoribus urbem.
Atque aliquis regum medio circumfluus amni:
« Silvarum, Nemee, longe regina virentum,
Lecta Jovi sedes, quam nunc, non Herculis actis
Dura magis, rabidi quum colla minantia monstri
Angeret, et tumidos animam angustaret in artus:
Hac saevisse tenus populorum incepta tuorum
Sufficiat: tuque o cunctis insuete domari
Solibus, aeternae largitor corniger undae,
Laetus eas, quacumque domo gelida ora resolvis
Immortale tumens. Neque enim tibi cana repostas
Bruma nives, raptasque alio de fonte refundit
Arcus aquas; gravidive indulgent nubila Cori:

Del Menalo così sovra la cima
Mercurio; e su gli Ortigii lidi Apollo,
Pargoleggiaro un tempo. I Greci intanto
Per selve ascose e per ignote vie
Colla fedele lor scorta sen vanno,
Ed altri la precede, altri la segue.
Ella per mezzo a l' assetato stuolo
Va nobilmente accelerando il passo:
E già si sente risuonar la valle
Per lo fiume vicino e di sue linfe
Rotto fra' picciol sassi un correr lento.
Primo l' alfier de' cavalieri argivi
L' acque scoperse, e da le prime file
Lieto gridò: « Compagni, eccovi l' acque: »
Ed acque ed acque replicar si sente
Da' primieri a' sezzai di voce in voce.
Alza così tutto ad un tempo il grido
La ciurma, allor che il capitan dà il segno,
E tempio eccelso su la spiaggia addita:
Salutan essi il Nume, e ne rimbomba
Il lido, e l' eco ne rimanda il suono.
Lanciansi a gara ne gli ondosi vadi
E duce e plebe: la rabbiosa sete
Nulla distingue: li cavalli e i carri
Co' lor signori, e di tutt' arme carchi
Saltan nell' onde; altri ne porta il fiume,
Altri inciampa ne' sassi, e vanne al fondo.
Non s' ha rispetto a' regi; e sovra loro
Passa la turba, ed il caduto amico
L' amico calca: ne gorgoglia il fiume,
E l' assetate squadre insino al fonte
L' han quasi asciutto; e n' è corrotta e lorda
L' acqua, che pria correa limpida e pura
Tra verdi sponde; e benchè fatta un lezzo,
E già spenta la sete, e ancor si bee.
Diresti quivi imperversar le schiere
In aspra guerra, o saccheggiar già vinta
Ed afflitta città per ogni parte.
Ma grato uno de' re di mezzo al fiume
Alzò le mani, e così orando disse:
« O Neme, o de le verdi ombrose selve
Regina, o grata sede al sommo Giove,
Non faticosa tanto al forte Alcide,
Quant' ora a noi, quand' egli al fiero mostro
Colle robuste braccia il collo strinse,
E lo spirto gli chiuse entro le fauci:
Bastiti aver fin qui de' Greci tuoi
Ritardate le imprese e i giusti sdegni.
E tu cortese avventuroso fiume,
Dator d' acque perenni, e non mai domo
Dal più cocente sol, corri felice.
Tu, per qualunque de' celesti segni
Febo s' aggiri, sempre hai colmo il seno.
A te non danno le brumali nevi
Soccorso d' acque, o l' Iride piovosa,
O i nembi pregni di tempeste e tuoni;

Sed tuus, et nulli ruis expugnabilis astro.
Te nec Apollineus Ladon, nec Xanthus uterque,
Sperchiusque minax, centaureusque Lycormas
Praestiterint: tu pace mihi, tu nube sub ipsa
Armorum, festasque super celebrabere mensas.
Ab Jove primus honos: bellis modo laetus ovantes
Accipias, fessisque libens iterum hospita pandas
Flumina, defensasque velis agnoscere turmas. »

Ma di te stesso ricco eterno corri.
L'apollineo Ladone a te d'onore
Non si pareggia, o l'uno o l'altro Xanto;
O Sperchio minaccevole, o Licormo
Guardato un tempo dal biforme Nesso.
Te dopo Giove, e in mezzo all'armi e in pace,
E a liete mense invocherò qual Nume;
Pur che fastosi e vincitor ne accolga
Anche al ritorno, e le ospitali linfe
Lieto ci porga, e riconosca e accetti
Queste da te salvate amiche schiere. »

PUBLII PAPINII STATII

THEBAIDOS

LIBER QUINTUS

Pulsa sitis fluvio, populataque gurgitis alveum
Agmina linquebant ripas, amnemque minorem:
Acrior et campum sonipes rapit, et pedes arva
Implet ovans: rediere viris animique, minaeque,
Votaque, sanguineis mixtum ceu fontibus ignem
Hausissent belli, magnasque in proelia mentes.
 Dispositi in turmas rursus, legemque severi
Ordinis,ut cuique ante locus ductorque,monentur
Instaurare vias. Tellus jam pulvere primo
Crescit, et armorum transmittunt fulgura silvae.
Qualia trans Pontum Phariis defensa serenis
Rauca Paraetonio decedunt agmina Nilo,
Quum fera ponit hiems: illae clangore fugaci,
Umbra fretis arvisque, volant: sonat avius aether.
Jam Borean imbresque pati, jam nare solutis
Amnibus, et nudo juvat aestivare sub Haemo.
 Hic rursus simili procerum vallante corona
Dux Talaionides, antiqua ut forte sub orno
Stabat, et admoti nixus Polynicis in hastam:
 « At tamen,o quaecumque es,ait,cui gloria tanta
Venimus innumerae fatum debere cohortes,
Quem non ipse deûm sator aspernetur honorem,
Dic age (quando tuis alacres assistimus undis)
Quae domus, aut tellus, animam quibus hauseris astris?
Dic quis et ille pater? neque enim tibi numina longe,
Transierit fortuna licet: majorque per ora

Spenta la sete, e saccheggiato e scemo
Il fiume d'onde, n'escon fuor le schiere:
Più vivace il destrier trita l'arena;
Più lieti van per la campagna i fanti;
Ogni guerrier l'usato ardir riprende,
E le prime minacce e i primi voti:
Sembra che nuovo fuoco abbian con l'onde
Bevuto, e accese a guerreggiar le menti.
 Torna ciascuno alle sue insegne, a' duci,
All'ordin primo; e già schierato il campo
Si muove e marcia: alzasi immensa polve,
E al balenar di cotant'armi o a'lampi
Par ne sfavilli la gran selva ed arda.
Sì dal tepido Egitto, ove le nevi
Fuggir nell'aspro verno, a noi sen viene
Stormo di gru dal Paretonio Nilo,
Allor che scioglie primavera il ghiaccio.
Esse volan gracchiando, ed al rumore
L'aria risuona, e tutte accolte insieme
Fann'ombra colle penne a' campi e a' mari:
Già piaccion loro i freddi venti e i nembi,
Ed han diletto di nuotar pe' fiumi
Sciolti dal gelo, e l'importuna estate
Passar su' monti scarichi di neve.
 Il figlio allor di Talaone Adrasto
D'un orno all'ombra, e d'ogn'intorno cinto
Da' maggior duci, ed appoggiato a l'asta
Di Polinice, a Isifile favella:
 « O tu, chiunque sei, c'hai gloria e vanto
D'aver data salute a tante schiere,
(Onor di cui si pregerebbe Giove)
Deh ci racconta, ora che stiam dintorno,
Tua gran mercede, a la benefic'onda,
Qual la tua patria sia, qual la tua stirpe,
Da qual astro discenda e da qual padre.
Certo sebben te la fortuna prema,

Sanguis, et afflicto spirat reverentia vultu. »

Ingemit, et paulum fletu cunctata modesto
Lemnias orsa refert: « Immania vulnera, rector,
Integrare jubes, furias, et Lemnon, et arctis
Arma inserta toris, debellatosque pudendo
Ense mares: redit ecce nefas, et frigida cordi
Eumenis. O miserae, quibus hic furor additus! o nox!
O pater! Illa ego sum (pudeat ne forte benignae
Hospitis), illa, duces, raptum quae sola parentem
Occului: quid longa malis exordia necto?
Et vos arma vocant, magnique in corde paratus.
Hoc memorasse sat est; claro generata Thoante,
Servitium Hypsipyle vestri fero capta Lycurgi. »

Advertere animos, majorque, et honora videri
Parque operi tanto: cunctis tunc noscere casus
Ortus amor: pater ante alios hortatur Adrastus.
« Imo age, dum primi longe damus agmina vulgi,
Nec facilis Nemee latas evolvere vires,
Quippe obtenta comis, et ineluctabilis umbra,
Pande nefas, laudesque tuas, gemitusque tuorum,
Unde hos advenias regno dejecta labores.
Dulce loqui miseris, veteresque reducere questus. »

Incipit: « Aegaeo premitur circumflua Nereo
Lemnos, ubi ignifera fessus respirat ab Aetna
Mulciber: ingenti tellurem proximus umbra
Vestit Athos, nemorumque obscurat imagine pontum.
Thraces arant contra: Thracum fatalia nobis
Litora, et inde nefas. Florebat dives alumnis
Terra, nec illa Samo fama, Delove sonanti
Pejor, et innumeris quas spumifer assilit Aegon.
Dis visum turbare domos: nec pectora culpa
Nostra vacant: nullos Veneri sacravimus ignes:
Nulla deae sedes: movet et coelestia quondam
Corda dolor, lentoque irrepunt agmine Poenae.

« Illa Paphon veterem centumque altaria linquens,
Nec vultu, nec crine prior, solvisse jugalem
Ceston, et Idalias procul ablegasse volucres
Fertur: erant certe, media quae noctis in umbra

Il tuo sangue è da' Numi e lo palesi
Al nobil volto, e da l' afflitto aspetto
Esce splendor che riverenza induce.

Sospira allor la donna, e il viso bagna
D' alquante lagrimucce; indi risponde:
« Tu mi comandi, o re, ch' io rinnovelli
L' acerbe piaghe ed il furor di Lenno,
L' orrido tradimento, e il viril sesso
Spento da infame ferro. Ah che di nuovo
Parmi veder l' abbominata impresa:
E sento al cor della gelosa Erinni
Il velen freddo. Oh sfortunate donne
Da furie invase! Oh scellerata notte!
Io quella, o duci (acciocchè a voi sì vile
Non sembri il mio soccorso), io quella sono
Che, il genitor celando, a morte tolsi.
A che tutti riandar sì lunghi affanni?
Voi chiaman l' armi e i bellici apparati:
Basti saper che Isifile son io
Figlia a Toante, e di Licurgo or serva. »

Stupiro; e parve lor più grande e degna
D' onore, e a cui debban salute e vita;
E di saper suoi casi in lor s' accese
Maggior la brama; onde di nuovo Adrasto:
« Anzi noi ti preghiam, mentre che 'l calle
Sgombran le prime schiere, e non sì tosto
Saran l' altre spedite in tanta selva
Intralciata di rami e d' ombre eterne;
Narra gli altrui misfatti e le tue lodi,
E di regina chi ti fece ancella.
Giova il dolore mitigar parlando
A' miseri, e trovar chi li compianga. »

Ed essa allor: « Lenno da l' onda è cinta
Del procelloso Egeo: sovente in essa
Vulcan riposa da gli Etnei sudori:
L' Ato sublime tutta intorno intorno
L' isola adombra, e di sue molte selve
Stende l' opaca immagine nel mare:
Stanno i Traci a rimpetto a noi fatali,
E d' ogni nostro mal prima cagione.
Di popoli fioriva e di ricchezze
L' isoletta felice; e a Samo e a Delo
Cotanto per gli oracoli famosa,
E a quant' altre ne abbraccia il vasto Egeo,
Non cedeva di fama e di valore.
Ma piacque a' Dei turbar le nostre case,
Nè senza nostra colpa. I templi e i fuochi
Non fur fra noi a Venere concessi.
Anche ne' Dei sdegno si desta, e a noi
Giungon con tardo piè le giuste pene.

« Fama è che accesa di furor la Dea
Lasciò l' antica Pafo e i cento altari,
E mutata d' aspetto e d' ornamenti,
Si sciolse il cinto coniugal da' fianchi
E degl' idalii augei più non le calse.
Molte vi fur che nella buia notte

Divam, alios ignes majoraque tela gerentem,
Tartareas inter thalamis volitasse sorores
Vulgarent: utque implicitis arcana domorum
Anguibus, et saeva formidine cuncta replevit
Limina, nec fidi populum miserata mariti;
Protinus a Lemno teneri fugistis Amores.
Motus Hymen, versaeque faces, et frigida justi
Cura tori: nullae redeunt in gaudia noctes,
Nullus in amplexu sopor est: odia aspera ubique,
Et Furor, et medio recubat Discordia lecto.
Cura viris tumidos adversa Thracas in ora
Eruere, et saevam bellando frangere gentem.

« Quumque domus contra, stantesque in litore nati,
Dulcius Edonas biemes, Arctonque frementem
Excipere, aut tandem tacita post proelia nocte
Fractorum subitas torrentum audire ruinas.

« Illae autem tristes (nam me tunc libera curis
Virginitas, annique tegunt) sub nocte dieque
Assiduis aegrae lacrymis, solantia miscent
Colloquia, aut saevam spectant trans aequora Thracen.

« Sol operum medius summo librabat Olympo
Lucentes, ceu staret, equos: quater axe sereno
Intonuit, quater antra dei fumantis anhelos
Exeruere apices: ventisque absentibus Aegon
Motus, et ingenti percussit litora ponto;
Quum subito horrendas aevi matura Polyxo
Tollitur in furias, thalamisque insueta relictis
Evolat. Insano veluti Theumesia Thyas
Rapta deo, quum sacra vocant, Idaeaque suadet
Buxus, et a summis auditus montibus Evan:
Sic erecta genas, aciemque effusa trementi
Sanguine, desertam rabidis clamoribus urbem
Exagitat, clausasque domos, et limina pulsans,
Concilium vocat. Infelix comitatus eunti
Haerebant nati: atque illae non segnius omnes
Erumpunt tectis, summasque ad Pallados arces
Impetus: huc propere stipamur, et ordine nullo
Congestae: stricto mox ense silentia jussit
Hortatrix scelerum, et medio sic ausa profari est:

« Rem summam instinctu Superûm, meritique doloris,
O viduae (firmate animos et pellite sexum)
Lemniades, sancire paro: si taedet inanes

La vider penetrar ne' chiusi alberghi
Di maggior face e maggior dardi armata,
In mezzo a le tre figlie d' Acheronte.
Ma non sì tosto le più interne stanze
Infestò colle serpi, e sparse intorno
Odii, timori, gelosie e sospetti;
Sparir da Lenno i lusinghieri amori.
Imeneo sen fuggì, le nuziali
Tede rimaser spente, e furo incolti
I legittimi letti: alcun piacere
Non ha seco la notte, e in dolci e casti
Amplessi più non dorme alcun marito.
Sorgon risse per tutto, ire e rancori,
E in ogni letto la discordia giace.
Era solo piacer del viril sesso
Pugnar co' Traci negli opposti lidi,
E col ferro domar la fiera gente;
E benchè in faccia abbian le case e i figli,
Aman piuttosto le Bistonie nevi
E gli Aquiloni; e di riposo invece,
Dopo il pugnar con subite ruine
Torrenti udir precipitar da' monti.
Io era allora in giovinetta etade
Vergine ancora, e d'ogni cura scarca.

« Ma le donne di Lenno afflitte e immerse
In un continuo lutto ora con gli occhi
Pendon da' Tracii lidi, ora il dolore
Cercano insieme mitigar parlando.

« Tenea sospeso in sul meriggio il carro
Febo, come se stesse, e i suoi destrieri
Riprendessero lena: e d'ogn' intorno
Era sereno e senza nubi il cielo:
Quando ben quattro volte orribil tuono
Udissi, e quattro volte il mar turbossi
Senza venti e procelle, ed altrettante
Gli antri del nostro Dio vomitàr fiamme.
Ed ecco uscir contro l'usato fuori
Del chiuso albergo da le Furie invasa
La canuta Polisso: appunto come
Suol Menade baccante, allor che il Nume
L'eccita, e chiama a le sue feste insane,
Al suon de' bossi, onde rimbomba il monte.
Costei torve le luci e sanguinose,
Orribile in sembianza e furibonda,
La deserta città confonde e turba:
Batte le porte, e un reo concilio aduna.
Dietro le vanno gl' infelici figli.
Ella insta e preme; e già lasciati i tetti,
Tutte corriamo a la Palladia rocca:
Senz'ordine, e confuse empiamo il tempio.
Ma la crudele impon silenzio, e 'l ferro
Nudo tenendo in man, feroce parla:

« Vedove donne, al memorabil fatto,
Che inspirata da' Numi io vi propongo,
Gli animi ergete, ed obbliate il sesso.
Se in odio è a voi nelle deserte case

Aeternum servare domos, turpemque juventae
Flore situm, et longis steriles in luctibus annos;
Inveni, promitto viam, nec numina desunt,
Qua renovanda Venus: modo par insumite robur
Luctibus; atque adeo primum hoc mihi noscere detur.

«Tertia canet hiems: cui connubialia vincla,
Aut thalami secretus honos? quod conjuge pectus
Intepuit? cujus vidit Lucina labores?
Dicite, vel justos cujus pulsantia menses
Vota tument? qua pace feras volucresque jugari
Mos datus. Heu segnes! potuitne ultricia Graiis
Virginibus dare tela pater, laetusque dolorum,
Sanguine securos juvenum perfundere somnos?
At nos vulgus iners: quod si propioribus actis
Est opus, ecce animos doceat Rhodopeia conjux,
Ulta manu thalamos, pariterque epulata marito.
Nec vos immunis scelerum, securave cogo.
Plena mihi domus, atque ingens, en cernite, sudor.
Quatuor hos una, decus et solatia patris,
In gremio (licet amplexu lacrymisque morentur)
Transadigam ferro, saniemque et viscera fratrum
Miscebo, patremque super spirantibus addam.
Ecqua tot in caedes animum promittit?» — Agebat
Pluribus: adverso nituerunt vela profundo.
Lemnia classis erat: rapuit gavisa Polyxo
Fortunam, atque iterat: — «Superisne vocantibus ultro
Desumus? ecce rates, deus hos, deus ultor in iras
Apportat, coeptisque favet: nec imago quietis
Vana meae: nudo stabat Venus ense, videri
Clara mihi, somnosque super. Quid perditis aevum?
Inquit: age aversis thalamos purgate maritis.
Ipsa faces alias, melioraque foedera jungam.
Dixit: et hoc ferrum stratis, hoc, credite, ferrum
Imposuit. Quin o miserae, dum tempus agit rem,
Consulite: en validis spumant eversa lacertis
Aequora: Bistonides veniant fortasse maritae.»

«Hinc stimuli ingentes, magnusque advolvitur astris
Clamor: Amazonio Scythiam fervere tumultu,

Viver solinghe; e dell'etade il fiore
Veder marcir negletto, e menar gli anni
Sempre infecondi in su le fredde piume:
Il modo io so (nè mancheranne il cielo)
Di trovar nuove nozze e nuovi amori,
Pur ch'eguale a l'affanno in voi si desti
Valor, ed or da l'opra io 'l riconosca.
E chi di voi (e già la terza neve
Veduta abbiam) ne' maritali letti
Gustò piaceri occulti? E chi nel seno
Si scaldò del marito in casti amplessi?
Chi Lucina invocò? chi portò il ventre
Gonfio, co' voti accelerando i mesi?
Giungonsi insieme pur e fere e augelli,
E noi sole staremo? O vili! o pigre!
Potè di ferro a le donzelle greche
Le mani armare il padre, e i dolci sonni
De' generi mirar sparsi di sangue,
E noi, imbelle vulgo, inulte stiamo?
Che s'uopo è ancor di più vicini esempi;
La gran donna di Tracia a far vendetta
V' insegni ultrice dell'offeso letto,
Che diè al marito i proprii figli in cibo.
Nè innocente tra voi sola e sicura
Essere io voglio: io mostrerò il cammino.
Molti scherzano a me nelle paterne
Case miei figli e miei sudori insieme:
Quattro n' ho meco, cura e amor del padre.
Vo' recarmeli in grembo, e questo ferro
(Nè riterranmi i loro amplessi e i pianti)
Loro immerger nel core, e de' fratelli
Mischiarvi insieme il sangue, e 'l genitore
Trucidar su' cadaveri spiranti.
Ma chi di voi s'offre compagna all'opra?»
Più volea dir, quando da l'alto mare
Lungi fur viste biancheggiar più vele:
L'armata era di Lenno; allor l'offerta
Occasion Polisso abbraccia e segue:
«Ecco Dio ce li manda: a tanto invito
Sarem noi sorde? Ei ce li pone in mano,
E a le nostr' ire gli abbandona e guida,
E l' impresa giustissima seconda.
Non fur vani i miei sogni: a me nel sonno
Venere armata apparve, e così disse:
A che perder l'etade? Ite e purgate
Da' perfidi mariti i vostri letti.
Io poi v'accenderò novelle faci,
E darò nuove nozze. E questo ferro,
Partendo, mi lasciò cader sul letto.
A che più consultar, se 'l tempo è questo
D'eseguire il gran fatto? Ecco già spuma
Percosso il mar da' remi, e in ogni nave
Forse vien qualche barbara consorte.

«Questa fu l'esca ch'ogni petto accese
Di rabbia e di furor; e orribil grido
Tutte ad un tempo alzâr fino a le stelle.

Lunatumque putes agmen descendere, ubi arma
Indulget pater, et saevi movet ostia belli.
« Nec varius fremor, aut studia in contraria rapti
Dissensus, ut plebe solet: furor omnibus idem,
Idem animus solare domos: juvenumque, senumque
Praecipitare colos, plenisque affrangere parvos
Uberibus, ferroque omnes exire per annos.
« Tunc viridis late lucus, juga celsa Minervae
Propter, opacat humum niger ipse, sed insuper ingens
Mons premit, et gemina pereunt caligine soles.
Hic sanxere fidem: tu Martia testis Enyo,
Atque inferna Ceres, Stygiaeque Acheronte recluso
Ante preces venere deae: sed fallit ubique
Mixta Venus: Venus arma tenet: Venus admovet iras.
Nec de more cruor: natum Caropeia conjux
Obtulit: accingunt sese, et mirantia ferro
Pectora, congestisque avidae simul undique dextris,
Perfringunt, ac dulce nefas in sanguine vivo
Conjurant, matremque recens circumvolat umbra.
« Talia cernenti mihi quantus in ossibus horror?
Quisve per ora color? qualis quum cerva cruentis
Circumventa lupis, nullum cui pectore molli
Robur, et in voluceri tenuis fiducia cursu,
Praecipitat suspensa fugam: jam jamque teneri
Credit, et elusos audit concurrere morsus.
« Illi aderant: primis jamque offendere carinae
Litoribus: certant saltu contingere terram
Praecipites: miseri, quos non aut horrida virtus
Marte sub Odrysio, aut medii inclementia ponti
Hauserit! Alta etiam Superûm delubra vaporant,
Promissasque trahunt pecudes: niger omnibus aris
Ignis, et in nullis spirat deus integer extis.
« Tardius humenti noctem dejecit Olympo
Juppiter, et versum miti, reor, aethera cura
Sustinuit, dum fata vetant: nec longius unquam
Cessavere novae perfecto sole tenebrae.
Sera tamen mundo venerunt astra, sed illis
Et Paros, et nemorosa Thasos, crebraeque relucent
Cyclades: una gravi penitus latet obruta coelo

Con eguale rumor scendon da' monti
Le Amazoni feroci in curva schiera,
Qualor il padre lor pon l'armi in mano,
Ed apre della guerra il chiuso tempio.
« Nè già fra lor, come del vulgo è stile,
Son diversi i pareri: un sol furore
In tutte è fermo: desolar le case;
E la canuta e l'ancor fresca etade
Mandar a morte; e i teneri bambini
Soffocar tra le tumide mammelle;
E col ferro passar per tutti gli anni.
« Vicino al tempio di Minerva siede
Un sempre verde bosco, e a tergo s'alza
Sublime un monte, e nella gemin' ombra
Rimane oscuro a quasi spento il sole.
Quivi si dier la fede, e fur presenti
Proserpina e Bellona; e non chiamate
Venner le Furie; e non veduta serpe
Venere in ogni petto; e 'l ferro in mano
Essa ci pone, essa ne istiga e accende.
Fu d'uman sangue il sacrificio, e l'empia
Di Caropo consorte il proprio figlio
Vittima offerse nel concilio orrendo.
S'accinsero a l'impresa, e 'l molle petto
Degno di maraviglia, anzi d'amore,
Squarciâr co' ferri; e colle destre unite,
E sul sangue fumante e vivo ancora,
Giurâr la scelleraggine gradita.
Volò intorno a la madre l'ombra esangue.
« Ahi qual mi feci allor! quale mi scorse
Orror per l'ossa! qual mi tinsi in viso!
Così cervetta intimorita e cinta
Da sanguinosi lupi, e che sol una
Speranza ha nella fuga, il corso affretta,
E la salute sua fidando al piede,
Teme ognor d'esser presa, e a tergo sente
Suonar a vuoto l'avide mascelle.
« Giunt'erano le navi, e ne le prime
Spiagge molte arenârsi; i padri e i sposi
Saltano da le poppe e da le sponde
Precipitosi e impazienti a terra.
Miseri, cui non spense il tracio ferro
In valorosa impresa, o il mar crudele
Non affondò ne' vortici spumosi!
Traggon l'ostie votive a' sacri templi:
Fuman gli altari, e nera fiamma sorge,
E in ogni fibra è difettoso il Nume.
Giove mosso o pietà, finchè 'l permise
L'immutabil destino, in ciel sospese
L'umida notte, e con paterna cura
Tardò il corso de gli astri, e sovra noi,
Già spento il sol venner più lente l'ombre.
Sorsero alfin le stelle; e Paro e Taso
Per molti boschi ombrosa, e le frequenti
Cicladi ne splendean di chiara luce.
Tra le tenebre sola ascosa giace

Lemnos, in hanc tristes nebulae, et plaga caeca superne
Texitur, una vagis Lemnos non agnita nautis.
« Jam domibus fusi et nemorum per opaca sacrorum
Ditibus indulgent epulis, vacuantque profundo
Aurum immane mero: dum quae per Strymona pugnae,
Quis Rhodope, gelidove labor sudatus in Haemo,
Enumerare vacat: nec non manus impia, nuptae
Serta inter, festasque dapes, quo maxima cultu
Quaeque jacent: dederat mites Cytherea suprema
Nocte viros, longoque brevem post tempore pacem
Nequicquam, et miseros perituro afflaverat igni.
« Conticuere chori: dapibus, ludoque licenti
Fit modus, et primae decrescunt murmura noctis,
Quum consanguinei mixtus caligine leti,
Rore madens Stygio, morituram amplectitur urbem
Somnus, et implacido fundit gravia otia cornu:
Secernitque viros. Vigilant nuptaeque, nurusque
In scelus, atque hilares acuunt fera tela sorores.
Invasere nefas, cuncto sua regnat Erinnys
Pectore: non aliter Scythicos armenta per agros
Hyrcanae clausere leae, quas exigit ortu
Prima fames, avidique implorant ubera nati.
« Quos tibi (nam dubito) scelerum de mille figuris
Expediam casus? Helimum temeraria Gorge
Evinctum ramis, altaque in mole tapetum
Efflantem somno crescentia vina, superstans
Vulnera disjecta rimatur veste, sed illum
Infelix sopor admota sub morte refugit.
Turbidus, incertumque oculis vigilantibus hostem
Occupat amplexu, nec segnius illa tenentis
Pone adigit costas, donec sua pectora ferro
Tangeret: is demum sceleri modus: ora supinat
Blandus adhuc, oculisque tremens et murmure Gorgen
Quaerit, et indigno non solvit brachia collo.
« Non ego nunc vulgi, quamquam crudelia, pandam
Funera, sed propria luctus de stirpe recordor.
Quod te, flave Cydon, quod te per colla refusis
Intactum, Cremace, comis (quibus ubera mecum
Obliquumque a patre genus), fortemque, timebam
Quem desponsa, Gyan, vidi lapsare cruentae

Lenno, e da nebbia involta, e sopra lei
Per non mirar, s'ammantò 'l ciel di nubi;
Nè la vider da l'alto i naviganti.
« Già gli uomini infelici, e per le case
Sparsi e pe' sacri boschi, a laute mense
Siedon festosi, e tracannando il vino
Vuotano gli aurei nappi insino al fondo;
E raccontando van l'aspre battaglie
Del Rodope, di Strimone e de l'Emo.
Stanno fra lor cinte di serti il crine,
E de' più vaghi fregi adorne e belle
Le crudeli consorti. In quell'estreme
Ore Venere avea de gl' infelici
Sposi placati i cuori, e breve fiamma
In loro accesa, e momentanea pace.
Posto fine a' conviti, a poco a poco
« Cessano i salti e i giuochi, e de la prima
Notte il tumulto. E di già il Sonno asperso
D'infernal vapor, e de la Morte
Fratello, versa sopra il viril sesso
Grave e mortal sopor da tutto il corno.
Ma le spose e le vergini al delitto
Vegliano attente; ognuna il ferro arruota,
Ognuna ha in petto la sua propria Erinne.
Non altrimenti le leonze ircane
Da fame spinte, a lo spuntar del giorno
Per gli scitici campi i vili armenti
Cingon dintorno, e gli avidi lor parti
Aspettan desiosi il nuovo latte.
« In dubbio sto, buon re, qual pria, qual poi.
Di tanti casi, a te parlando, esponga.
Alto dormía sopra tappeti assiri
Edimo il crin cinto di frondi, e 'l vino
Iva esalando: allor l'iniqua Gorge
Il sen gli scopre, e cerca ove più certa
Faccia la piaga; e 'l sen gli fere. Ei muore,
E nel morir si sveglia e gli occhi gira,
E l'inimica sua d'amplessi cinge:
Ella senza pietade il crudo ferro
Nuovamente gl' immerge infra le coste
A dentro sì, che fuor del petto uscendo
A piagar giunge di sè stessa il seno.
Ei langue e manca, e con tremante sguardo
In lei rimira, e singhiozzando dice:
Gorge, o mia Gorge, e da l'indegno collo
Non sa staccar l'innamorate braccia.
« Taccio le stragi de l'ignobil vulgo,
Benchè crudeli; e sol del regio sangue
Scegliendo narro, e di mia stirpe i lutti.
Dirò di voi, che meco aveste il latte,
Figli del padre mio, ma d'altra donna;
Di te, biondo Cidon, di te, Cremea,
Cui le non tronche chiome in su le spalle
Ondeggiavan lascive; e del feroce
Già mio vicino sposo, e da me al pari
E temuto e bramato; che per mano

Vulnere Mirmydonis: quodque inter serta chorosque
Barbara ludentem fodiebat Opopea mater.
« Flet super aequaevum soror exarmata Lycaste
Cydimon: heu similes perituro in corpore vultus
Aspiciens, floremque genae, et quas finxerat auro
Ipsa comas: tum saeva parens jam conjuge fuso
Adstitit, impellitque minis, atque inserit ensem.
Ut fera, quae placido rabiem desueta magistro
Tardius arma movet, stimulisque, et verbere crebro
In mores negat ire suos: sic illa jacenti
Incidit, undantemque sinu collapsa cruorem
Excipit, et laceros premit in nova vulnera crines.
« Ut vero Alcimeden etiamnum in murmure truncos
Ferre patris vultus, et egentem sanguinis ensem
Conspexi, riguere comae, atque in viscera saevus
Horror iit: meus ille Thoas, mea dira videri
Dextra mihi: extemplo thalamis turbata paternis
Inferor: ille quidem dudum (quis magna tuenti
Somnus?) agit versans secum, etsi lata recessit
Urbe domus, quinam strepitus? quae murmura noctis,
Cur fremebunda quies? Trepido scelus ordine pando,
Quis dolor, unde animi: vis nulla arcere furentes:
Hac sequere, o miserande: premunt, aderuntque moranti,
Et mecum fortasse cades. His motus, et artus
Erexit stratis: ferimur per devia vastae
Urbis, ubi ingentem nocturnae caedis acervum
Passim, ut quosque sacris crudelis vespera lucis
Straverat, occulta speculamur nube latentes.
Hic impressa toris ora, exstantesque reclusis
Pectoribus capulos, magnarum et fragmina trunca
Hastarum, et ferro laceras per corpora vestes,
Crateras pronos, epulasque in caede natantes

De la fiera Mirmidona caděro.
Stava Opopeo cinto di serto il crine
Tra le mense scherzando e i lieti cori;
E la madre crudel da tergo il passa.
« Geme su Cidimóne a lei fratello,
Ed eguale d'età, fatta pietosa
Licasta disarmata: il volto mira
Già vicino al morir, che a lei somiglia,
E le fiorite guance e i biondi crini,
Ch'essa ornò di sua mano; e geme e plora.
Giunge la fiera madre che 'l consorte
Svenato aveva, e la minaccia e spinge
Al fratricidio, e in man le pone il ferro.
Come fiera, cui placido custode,
Tolto abbia l'uso del natío furore,
Lenta si mostra a' l'ira, e ancor che punta
Sia da' colpi talor di sferza cruda,
Non però torna a la fierezza antica:
Così Licaste s'abbandona e cade
Sovra 'l fratello, e nel cader lo fere,
E in sen ne accoglie lo stillante sangue,
E col lacero crin la piaga preme.
« Ma quando vidi Alcídame spietata
Portar in man del venerabil padre
Il capo tronco e mormorante ancora,
Mi s'arricciàr le chiome, e per le vene
Mi scorse un freddo orror: il mio Toante
Allor mi venne in mente; e la mia destra
Del ferro armata abbandonando, io corsi
Turbata e mesta a le paterne case.
Desto ei giaceva: e chi può gli occhi al sonno
Chiuder tra mille cure? Ancor che lungi
Da la città l'albergo avesse, a lui
Era giunto il susurro: E donde mai
(Tra sè diceva) il gran tumulto nasce?
Qual rumor ne la notte? e perchè i sonni
Turbati son da' fremiti e lamenti?
Tutto per ordin narro: qual dolore
Le donne istighi: quel c' han fisso in mente:
Chè nulla puote a la lor rabbia opporsi.
Vieni meco, infelice: in su le porte
Già ci son quelle furie: e se più tardi,
Forse insieme cadremo. Egli commosso
Balza dal letto. Per rimote vie
La deserta città passiam scorgendo
(Cinti dintorno di mirabil nube)
Accatastati in ogni parte i morti,
Ne gli atti stessi e in quella stessa guisa
Che la notte crudel pe' sacri boschi
Gli avea sparsi e distesi: altri del letto
Alle morbide piume affissa tiene
La morta faccia, altri supino in seno
Immerso ha il brando insino all'elsa; i tronchi
Miransi qui de l'aste infrante, ed ivi
Su' freddi corpi le squarciate vesti;
Qua rovesciati i vasi, e là disperse

Cernere erat, jugulisque modo torrentis apertis
Sanguine commixto redeuntem in pocula Bacchum.
Hic juvenum manus, et nullis violabilis armis
Turba, senes: positique patrum super ora gementum
Semineces pueri trepidas in limine vitae
Singultant animas: gelida non saevius Ossa
Luxuriant Lapitharum epulae, si quando profundo
Nubigenae caluere mero: vix primus ab ira
Pallor, et impulsis surgunt ad proelia mensis.

« Tunc primum sese trepidis sub nocte Thyoneus
Detexit, nato portans extrema Thoanti
Subsidia, et multa subitus cum luce refulsit.
Agnovi: non ille quidem turgentia sertis
Tempora, nec flava crinem distinxerat uva,
Nubilus, indignumque oculis liquentibus imbrem
Alloquitur: « Dum fata dabant tibi, nate, potentem
Lemnon, et externis etiam servare timendam
Gentibus, haud unquam justo mea cura labori
Destitit: absciderunt tristes crudelia Parcae
Stamina, nec dictis, supplex quae plurima fudi
Ante Jovem frustra, lacrymisque avertere luctus
Contigit: infandum natae concessit honorem.
Accelerate fugam: tuque o mea digna propago,
Hac rege, virgo, patrem, gemini qua brachia muri
Litus eunt: illa, qua rara silentia, porta
Stat funesta Venus, ferroque accincta furentes
Adjuvat (unde manus? unde haec Mavortia divae
Pectora?): tu lato patrem committe profundo.
Succedam curis. » — Ita fatus in aëra rursus
Solvitur, et nostrum, visus arcentibus umbris,
Mitis iter longae claravit limite flammae.

« Qua data signa sequor: dein curvo robore clausum
Dis pelagi, ventisque, et Cycladas Aegaeoni
Amplexo, commendo patrem: nec fletibus unquam
Sit modus alternis, ni jam dimittat Eoo

Le vivande nuotar ne l'empia strage,
E a le tazze tornar quasi torrente
Da le fauci trafitte il vin col sangue.
Giaccion confusi i giovani feroci
E i venerandi vecchi, che da l'armi
Esser dovean sicuri; e sovra i padri,
Languidi e moribondi, i semivivi
Figli, che a lo spuntar de la prim'alba
Trovâr del viver lor l'ultima sera.
Non con tanto furor sul gelid' Ossa
Turban le mense i Lápiti feroci,
Se i Centauri biformi e della nube
Figli muovongli a sdegno: appena i volti
Veggonsi impallidir, dar segno d'ira,
Che sossopra le tavole volgendo,
Corrono a l'armi minacciosi e insani.

« Trepidi fuggivam, quando fra l'ombre
Bacco ne apparve, e d'improvvisa luce
Ne rischiarò il cammin, gli estremi aiuti
Mesto portando al figlio suo Toante.
Il riconobbi: ei non avea le tempie
Cinte di frondi, e non il crine adorno
Di pampinosi fregi: il volto a terra
Mesto teneva; e benchè Nume, in pianto
Gli occhi stillando, a lui pietoso parla:
Fin tanto, o figlio, che a te diede il Fato
Di Lenno possedere il nobil regno,
E farlo formidabile e temuto
A le straniere genti, ogni paterna
E giusta cura in tuo favore oprai.
Ma le crudeli Parche il primo stame
Han già troncato; nè le preci e i pianti,
Che vanamente io sparsi, hanno potuto
Giove mutar, ne disturbar la strage.
Egli quest'empio onor diede a la figlia.
Affrettate la fuga. E tu ben degna
D'uscir del sangue mio, vergine illustre,
Colà conduci il padre, ove in due braccia
Diviso il muro si distende al lido:
Là da quell'altra porta, ov'è maggiore
Lo strepito e 'l tumulto, armata stassi
Venere infesta, e le furiose donne
Instiga e accende. E donde mai cotanto
Sdegno e furor ne l'amorosa Dea?
Chi guerra le ispirò nel molle petto?
Tu vanne, e 'l padre affida al mar profondo.
Così parlando, in aria si disciolse,
E 'l calle tenebroso a noi segnato
Lasciò con striscia di mirabil luce.
Seguo il celeste segno; e 'l genitore
A cavo legno affido, e a quanti Numi
Regnano in mare, il raccomando, e a' venti,
E a l'Egeo che le Cicladi circonda.
Mai non avremo posto fine a' pianti,
Nè a gli amplessi reciprochi, se in cielo
Non vedevam Lucifero cacciarsi

Lucifer astra polo. Tum demum litore rauco
Multa metu reputans, et vix confisa Lyaeo
Dividor, ipsa gradu nitens, sed et anxia retro
Pectora, nec requies, quin et surgentia coelo
Flamina, et e cunctis prospectem collibus undas.
« Exoritur pudibunda dies, coelumque retexens
Aversum Lemno jubar, et declinia Titan
Opposita juga nube refert: patuere furores
Nocturni, lucisque novae formidine cunctis
(Quamquam inter similes) habitus rubor: impia terrae
Infodiunt scelera, aut festinis ignibus urunt.
Jam manus Eumenidum, captasque refugerat arces
Exsaturata Venus: licuit sentire, quid ausae,
Et turbare comas, et lumina tingere fletu.
« Insula dives agris, opibusque, armisque, virisque,
Nota situ, et Getico nuper ditata triumpho,
Non maris incursu, non hoste, nec aethere laevo,
Perdidit una omnes orbata, excisaque mundo,
Indigenas: non arva viri, non aequora vertunt:
Conticuere domus: cruor altus, et oblita crasso
Cuncta rubent tabo: magnaeque in moenibus urbis
Nos tantum: et saevi spirant per culmina Manes.
« Ipsa quoque arcanis tecti in penetralibus alto
Molior igne pyram: sceptrum super armaque patris
Injicio, et notas regum gestamina vestes,
Ac prope moesta rogum confusis ignibus adsto
Ense cruentato, fraudemque et inania busta
Plango metu, si forte premant, cassumque parenti
Omen et hac dubios leti precor ire timores.
« His mihi pro meritis (ut falsi criminis astu
Parta fides) regno et solio considere patris
Supplicium datur: anne illis obsessa negarem?
Accessi, saepe ante deos testata, fidemque,
Immeritasque manus: subeo (pro dira potestas!)
Exsangue imperium, et moestam sine culmine Lemnon.

Le stelle innanzi, e già spuntar l'aurorà.
Ci dividiamo alfine: io mi divello
Da lui, dal lido, rivolgendo in mente
Molti funesti e timidi pensieri;
E de lo stesso Dio mi fido appena.
Io vado, e col pensiero indietro io torno,
E non ho pace. Febo sorge intanto;
E da ogni colle io vo guardando il mare.
« Ma già risplende il vergognoso giorno,
E Febo nel varcar gli usati segni
Torce il lume da Lenno, e tra il suo carro,
E i nostri monti una dens'ombra stende.
Scopriro allor gli empii furor notturni
Le insane donne, e benchè ree del pari,
Guardàrsi in viso, e n'ebber onta e scorno.
Altre celan sotterra il reo misfatto
E l'empia strage; altre con presti fuochi
I cadaveri tronchi ardono in fretta.
Da l'afflita città partono intanto
L'Eumenidi spietate, e di vendetta
Venere già satolla. Allor potero
Riconoscer le misere il lor fallo
E strapparsene i crini e pianger tardi.
« Un'isola di campi e di molt'oro
Ricca e famosa per mirabil sito,
D'armi e d'eroi possente, e via più chiara
Fatta pur or dal Getico trionfo;
Non da l'aria nociva, non dal mare,
Non da' nemici vinta, orba rimase
Del viril sesso, e svelta fu dal mondo.
Non resta alcun che con gli aratri solchi
I campi, e colle navi il mar sonante:
Tutte le case alto silenzio ingombra;
Scorre a torrenti per la strada il sangue,
Tutto è lordo di strage; e in così vasta
Città sole noi siamo, e sole intorno
Gemon l'ombre sdegnose a' nostri tetti.
« Anch'io frattanto del mio regio albergo
Nè più segreti chiostri alzo una pira
Di vasta fiamma, e l'armi e l'aureo scettro
Del padre, e 'l manto e le reali insegne
Sopra vi gitto, indi col ferro in pugno
Tinto di sangue assisto al rogo e a' fuochi,
E pianger fingo sopra il corpo vano
Per timor de le femmine omicide;
Ma prego i Dei che sia l'augurio vano,
E cessi ogni timor de la sua morte.
« Tal merto s'acquistò l'ordito inganno,
Che lo scettro paterno a me le donne
Ne diero in premio, e fu supplicio e pena.
Come negar da le lor forze cinta?
Al lor voler m'arresi; ma co' Numi
Protestai la mia fede, e le mie mani
De lo scettro del padre essere indegne.
Prendo l'imbelle impero, e senza forze
Lenno deserta. O infame gloria! o regno!

« Jam magis atque magis vigiles dolor angere sensus;
Et gemitus clari, et paulatim invisa Polyxo,
Jam meminisse nefas: jam ponere Manibus aras
Concessum, et multum cineres jurare sepultos.
Sic ubi ductorem trepidae stabulique maritum,
Quem penes et saltus et adultae gloria gentis,
Massylo frangi stupuere sub hoste juvencae,
It truncum sine honore pecus, regemque peremptum
Ipse ager, ipsi amnes, et muta armenta queruntur.

« Ecce autem aerata dispellens aequora prora
Pelias intacti late subit hospita ponti
Pinus: agunt Minyae: geminus fragor ardua canet
Per latera: abruptam credas radicibus ire
Ortygiam, aut fractum pelago decurrere montem.
Ast ubi suspensis siluerunt aequora tonsis,
Mitior et senibus cycnis et pectine Phoebi
Vox media de puppe venit: maria ipsa carinae
Accedunt. Post nosse datum est: Oeagrius illic
Acclinis malo, mediis intersonat Orpheus
Remigiis, tantosque jubet nescire labores.
Illis in Scythicum Borean iter, oraque primum
Cyaneis arctata vadis: nos Thracia visu
Bella ratae, vario tecta incursare tumultu,
Densarum pecudum, aut fugientum more volucrum.
Heu ubi nunc furiae? portus, amplexaque litus
Moenia, qua longe pelago despectus aperto,
Scandimus, et celsas turres: huc saxa, sudesque,
Armaque moesta virûm, atque infectos caedibus enses
Subvectant trepidae: quin et squalentia texta
Thoracum, et vultu galeas intrare soluto
Non pudet. Audaces rubuit mirata catervas
Pallas, et adverso risit Gradivus in Haemo.
Tunc primum ex animis praeceps amentia cessit:
Nec ratis illa salo, sed divûm sera per aequor
Justitia, et poenae scelerum adventare videntur.

« Jamque aderant terrae, quantum Gortynia currunt
Spicula, caeruleo gravidam quum Juppiter imbri
Ipsa super nubem ratis armamenta Pelasgae
Sistit agens: inde horror aquis, et raptus ab omni
Sole dies, miscet tenebras, quis protinùs unda

Già fra noi cresce il pentimento, e deste
Ci tien le menti, e le flagella ed auge.
Non son più occulti i pianti: e 'l lor delitto
Detestan tutte, ed han Polisso in ira.
Già si permette alzar altari a l' Ombre,
E chieder pace al cenere sepolto.
Così qualor le attonite giovenche
Vider squarciate da leon Massile
Il lor duce e marito, e delle selve
Gloria, e decoro dell' adulto gregge,
Meste van senza guida; e 'l rege estinto
Piangono i campi e i fiumi e i muti armenti.

« Ed ecco intanto con ferrata prora
Fender l' intatto mar tessala nave,
Ver noi prendendo il rombo. I Minii audaci
Ne son duci e nocchieri; e d' ambo i lati
L' Egeo diviso ne biancheggia e freme.
Diresti qui dalle radici svelta
Nuotar Ortigia, e sovra l' acque un monte.
Ma poi ch' in alto fur sospesi i remi,
E tacque il mare, da l' eccelsa poppa
Voce n' uscì più dolce e più soave
De' moribondi cigni, e della cetra
Dal gran Nume di Delo; ed al concento
Corse Nettuno, e avvicinossi al legno.
Era il cantor (come fu poscia noto)
D' Eagro il figlio, l' immortale Orfeo,
Che in mezzo a tanti eroi sedendo in alto,
Coll' aureo plettro a lor rendea soavi
Le magnanime imprese e le fatiche.
Essi il lor corso verso il freddo Scita
Avean drizzato, e a' perigliosi vadi
Delle Ciani sassose: e noi credemmo
Che fosse un legno trace a noi nemico.
Corriamo per le strade e per le case
Timide a guisa di smarrite agnelle,
O di fugaci augelli. Ahi dove allora
Eran le furie? Indi ascendiamo al porto,
E sovra il muro che circonda i lidi,
E su l' eccelse torri; e sassi e travi
Quivi portiamo, e de' consorti estinti
Trepide prendiam l' armi, e i lordi ferri
Dell' ancor fresca strage; i petti imbelli
Copriam d' usberghi, e i delicati visi
Chiudiam negli elmi; e non n' abbiam vergogna.
Mirocci Palla, ed arrossissi in volto;
E il Dio guerriero rimirocci e rise.
Da le attonite menti allor si scosse
Il passato furor; e quella nave
Più che nave ci parve, e che de' Numi
La vendetta portasse a noi su l' onde.
Già fatta era vicina un tirar d' arco:
Quando sovra di lei ceruleo nembo
Di pioggia colmo condensò il Tonante;
Più non riluce il Sole, e un denso velo
Il Cielo ammanta, e se n' oscuran l' acque;

Concolor: obnixi lacerant cava nubila venti,
Diripiuntque fretum: nigris redit humida tellus
Vorticibus, totumque Notis portantibus aequor
Pendet, et aequato jam jam prope sidera dorso
Frangitur: incertae jam nec prior impetus alno,
Sed labat, exstantem rostris modo gurgite in imo,
Nunc coelo Tritona ferens: nec robora prosunt
Semideûm heroum, puppemque insana flagellat
Arbor: et instabili procumbens pondere curvas
Raptat aquas, remique cadunt in pectus inanes.

« Nos quoque per rupes, murorumque aggere ab omni,
Dum labor ille viris, fretaque indignantur, et Austri,
Desuper invalidis fluitantia tela lacertis
(Quid non ausa manus?) Telamona et Pelea contra
Spargimus, et nostro petitur Tirynthius arcu.
Illi quippe simul bello, pelagoque laborant:
Pars clypeis munire ratem, pars aequora fundo
Egerere: ast alii pugnant, sed inertia motu
Corpora, suspensaeque carent conamine vires.
Instamus jactu telorum, et ferrea nimbis
Certat hiems: vastaeque sudes, fractique molares,
Spiculaque, et multa crinitum missile flamma,
Nunc pelago, nunc puppe cadunt: dat operta fragorem
Pinus, et abjunctis regemunt tabulata cavernis.

« Talis Hyperborea virides nive verberat agros
Juppiter: obruitur campis genus omne ferarum,
Deprensaeque cadunt volucres, et messis amaro
Strata gelu: fragor inde jugis, inde amnibus irae.

« Ut vero elisit nubes Jove tortus ab alto
Ignis, et ingentes patuere in lumine nautae,
Diriguere animi, manibusque horrore remissis
Arma aliena cadunt: redeunt in pectora sexus.
Cernimus Aeacidas, murisque immane minantem
Ancaeum, et longa pellentem cuspide rupes
Iphiton: attonito manifestus in agmine supra est
Amphitryoniades, puppemque alternus utrimque
Ingravat, et medias ardet descendere in undas.
At levis, et miserae nondum mihi notus Iason
Transtra per et remos, impressaque terga virorum,
Nunc magnum Oeniden, nunc ille hortatibus Idam,
Et Talaum, et cana rorantem aspergine ponti

Spezzan le cave nubi i venti in guerra,
E sconvolgono il mare, e gli spumosi
Vortici turban l'arenoso lido;
Su le penne de' venti insino al cielo
Il mar s'inalza, indi ricade al centro.
Non ha più certo corso il legno afflitto,
Ma gemendo si scote, ed ora in alto
Lo solleva Tritone, ora il deprime.
De' Semidei guerrieri è vana ogni opra.
L'albero ondeggia, e pria l'eccelsa poppa
Flagella, indi si spezza e in giù ruina,
E piombando nel mare il fende e solca.
Cade su' banchi resupina, e suda
La ciurma, e i remi tornan vuoti al petto.

« Mentr'essi in pugna stan col mar, co' venti,
Noi pure da gli scogli e da le torri
Lanciamo (o folle ardire!) imbelli dardi
Contro il gran Talamon, contro Peléo,
E gli archi nostri osan sfidare Alcide.
Al novello periglio i generosi
Raddoppiano i ripari, e con gli scudi
Altri copron la nave, ed altri al mare
Rendono il mare; altri al pugnar s'accingono,
Ma non stan fermi, e vanno i colpi a vuoto.
Noi lanciam aste e dardi, e 'l ferreo nembo
Col turbine gareggia e colle nubi:
Volano e sassi e travi, e faci ardenti
Cadon or su la nave, or dentro l'onde.
Scrosciano i tavolati; ed apre i fianchi
Il tormentato pino. In cotal guisa
Di grandine Iperborea i verdi campi
Giove copre talor: armenti e fere
Cadono oppressi, e non v'ha augel che scampi:
S'atterrano le spiche: i fiumi inondano;
E d'orribil fragor suonano i monti.

« Ma poi che Giove fulminò da l'alto
E squarciò il nembo, e rischiaronne il cielo,
E chiaro ci mostrò de' grandi eroi
La terribil sembianza, a noi di mano
Cadder l'armi non nostre e 'l folle ardire.
E ripigliammo la viltà del sesso.
V'erano i figli d'Eäco e d'Ancéo,
Che minacciavan crudelmente i muri;
Ed Ifitóne che spezzava i scogli
Con asta noderosa; e sbigottite
Fra lor vedemmo torreggiare il grande
Figlio d'Anfitrione, e col suo peso
Far inclinar or l'una or l'altra sponda,
E ad or ad or star per lanciarsi in mare.
Ma veloce Giason (Giasone, ahi lassa!
Non a me noto ancor) sen va scorrendo
Per li banchi e pe' remi, e sovra 'l dorso
De' naviganti afflitti, e chiama e spinge
Or Talaone, or Ida, ora d'Eneo
Il magnanimo figlio, ed ora i figli
Di Tindaro, e di spuma aspersi e molli,

Tyndariden iterans, gelidique in nube parentis
Vela laborantem Calain subnectere malo,
Voce manuque rogat: quatiunt impulsibus illi
Nunc freta, nunc muros: sed nec spumantia cedunt
Aequora, et incussae redeunt a turribus hastae.
Ipse graves fluctus, clavumque audire negantem
Lassat agens Tiphys, palletque, et plurima mutat
Imperia, ac laevas dextrasque obtorquet in undas
Proram, navifragis avidam concurrere saxis:
Donec ab extremae cuneo ratis Aesone natus
Palladios oleae, Mopsi gestamina, ramos
Extulit, et socium turba prohibente poposcit
Foedera: praecipites vocem involvere procellae.

«Tunc modus armorum, pariterque exhausta quierant
Flamina, confusoque dies respexit Olympo.
Quinquaginta illi trabibus de more revinctis
Eminus abrupto quatiunt nova litora saltu:
Magnorum decora alta patrum, jam fronte sereni,
Noscendique habitu, postquam timor, iraque cessit
Vultibus: arcana sic fama erumpere porta
Coelicolas, si quando domus, litusque rubentum
Aethiopum, et mensas amor est intrare minores.
Dant fluvii montesque locum: tum terra superbit
Gressibus, et paulum respirat coelifer Atlas.

« Hic et ab asserto nuper Marathone superbum
Thesea, et Ismarios Aquilonia pignora fratres,
Utraque quis rutila stridebant tempora penna,
Cernimus; hic Phoebo non indignante priorem
Admetum, et durae similem nihil Orphea Thracae;
Tunc prolem Calydone satam, generumque profundi
Nereos: ambiguo visus errore lacessunt
Oebalidae gemini: chlamys huic, chlamys ardet et illi;
Ambo hastile gerunt; humeros exertus uterque,
Nudus uterque genas; simili coma fulgurat astro.
Audet iter, magnique sequens vestigia mutat
Herculis, et tarda quamvis se mole ferentem,
Vix cursu tener aequat Hylas; Lernaeaque tollens
Arma sub ingenti gaudet sudare pharetra.

E con la voce e con i cenni esorta
I figli d' Aquilon, ch' erano accesi
Nelle paterne nubi, e che all' antenna
Gian raccogliendo le squarciate vele.
Sferzan costoro or con i remi il mare,
Ora coll' aste fanno a' muri offesa;
Ma il mar non cede, e l' aste e l' armi indietro
Ricadono nell' onde, o sopra il legno.
Lo stesso Tifi impallidito e lasso
Siede al timone, e lo governa appena.
Muta spesso i comandi, ed or rivolge
La prora a destra, or a sinistra, e i flutti
Seconda e schiva i perigliosi scogli.
Quando dal bordo dell' estrema nave
Il figliuolo d' Eson sospese in alto,
A Mopso tolto, un ramuscel d' oliva,
E, fremendone gli altri, a noi richiede
Accordo e pace. Le procelle e i venti
Cen portaron la voce. Allor cessaro
Le nostre offese, e quasi a un tempo stesso
Si calmò la tempesta, e 'l sole apparve
Pallido ancora e con incerta luce.
Gittano il ponte, e baldanzosi a terra,
Deposte l' ire, e placidi in sembiante
Que' cinquanta guerrier scendono insieme,
Gloria e splendor de' padri; e ci fur noti
A le divise lor famose e conte.
In cotal guisa scendon giù dall' etra
(Se il ver narra la fama) i Numi eterni,
Qualor piacer li prende a parche mense
Dentro i tugurii de gli Etiopi adusti,
Abitatori del purpureo mare,
Seder gustando il villereccio pasto:
Dan luogo i monti e i fiumi e sotto l' orme
Del divin piede si rallegra il suolo,
E si riposa dal suo peso Atlante.

« Era fra questi il gran Teséo superbo
Del maratonio onore; e li due figli
De l' Ismaro Aquilon, ch' ambe le tempie
Aveano armate di purpuree penne;
E Admeto, a cui degnò servire Apollo;
E Orféo, che nulla in sè ritien di trace;
E 'l Calidonio Meleagro; e 'l prode
Genero di Neréo; li due simili
Di Tindaro gemelli ivan del pari,
De gli occhi inganno: ambi uno stesso manto
Adorna e copre; ambi hanno un' asta in pugno;
Ambi nude le spalle, e liscio il volto;
E portan' ambi un' egual stella in fronte.
Colle tenere piante Ila fanciullo
Osa l' orme seguir del grande Alcide;
E benchè tardo il generoso muova
I lenti passi, egli correndo appena
È che l' aggiunga, e di scudiero invece
Dietro l' armi gli porta, e sudar gode
De la faretra sotto il grave peso.

« Ergo iterum Venus, et tacitis corda aspera flammis
Lemniadum pertentat amor: tunc regia Juno
Arma, habitusque virûm, pulchraeque insignia gentis
Mentibus insinuat, certatimque ordine cunctae
Hospitibus patuere fores. Tunc primus in aris
Ignis, et infandis venere oblivia curis:
Tunc epulae, felixque sopor, noctesque quietae:
Nec Superûm sine mente, reor, placuere fatentes.

« Forsitan et nostrae fatum excusabile culpae
Noscere cura, duces: cinerem, furiasque meorum
Testor, ut externas non sponte aut crimine taedas
Attigerim (scit cura deûm), etsi blandus Iason
Virginibus dare vincla novis: sua jura cruentum
Phasin habent: alios, Colchi, generatis amores.

« Jamque exuta gelu tepuerunt sidera longis
Solibus, et velox in terga revolvitur annus.
Jam nova progenies, partusque in vota soluti,
Et non speratis Lemnos clamatur alumnis.
Nec non ipsa tamen, thalami monumenta coacti,
Enitor geminos, duroque sub hospite mater
Nomen avi renovo: nec quae fortuna relictis
Nosse datum: jam plena quater quinquennia pergunt,
Si modo fata sinunt, aluitque rogata Lycaste.

« Detumuere animi maris, et clementior Auster
Vela vocat: ratis ipsa moram portusque quietos
Odit, et assueti tendit retinacula saxi.
Inde fugam Minyae, sociosque appellat Iason
Efferus, o utinam jam tum mea litora rectis
Praetervectus aquis, cui non sua pignora cordi,
Non promissa fides: certe stat fama remotis
Gentibus, aequorei redierunt vellera Phrixi.

« Ut stata lux pelago, venturumque aethera sensit
Tiphys, et occidui rubuere cubilia Phoebi;

« Ecco di nuovo ne' feroci petti
De le donne di Lenno occulta serpe
Venere e seco il lusinghiero amore:
E le tenta e le infiamma, e Giuno stessa
Più vaghi a noi dimostra i nuovi visi,
Gli abiti nuovi e le famose imprese
Da gli estrani guerrieri. Apriamo a gara
I chiusi alberghi, e gli ospiti novelli
Allegre riceviamo, ardon le fiamme
Di nuovo in su gli altari, ed i nefandi
Passati errori ricopriam d' obblio:
Allor lieti conviti, allor felici
Sonni godiamo, allor tranquille notti.
Nè certo fu senza voler de' Numi,
Che confessando noi le colpe nostre
Piacemmo a' Semidei: ma forse, o duci,
Qual trovi scusa al fallo mio amoroso
Saper vi giova. In testimonio io chiamo
De gli antenati miei le furie e l' ombre:
Non da lascivo amor, non di mio grado
Corsi a straniere nozze: (è ben lo sanno
L' eterne Menti) il lusinghier Giasone,
Pur troppo avvezzo ad ingannar donzelle,
Me pur deluse: de' suoi finti amori
Fede può farne il crudel Fasi e Colco.
« Ma già in sè stesso rientrando l' anno,
Sciolte le nevi con più lunghi soli,
Rendea tepidi il cielo, e gli astri e 'l mondo;
E Lenno già di non sperata prole
Era ripiena, e già s' udían per tutto
Il gemito e 'l vagir de' nuovi alunni.
Io pur dal nostro non spontaneo letto
Ebbi due figli ad un medesmo parto;
E benchè sposa a barbaro marito,
A l' un del mio Toante il nome imposi.
Dal dì che li lasciai, qual sia lor sorte
Dir non saprei; ma se Licaste mia
(Qual mi promise) ha di lor cura preso
Il quarto lustro avran compiuto appena.
« Ma già calmati i burrascosi venti,
Invita l' Austro i naviganti al mare:
La stessa nave par che abborra il porto,
E spezzar brami il canape dal lido.
Dispongono la fuga i Minii ingrati,
E Giasone i compagni affretta e guida.
Deh così 'l vento in più remote spiagge
Sospinto avesse il traditor, cui nulla
De' figli calse e de la data fede!
Dicesi ch' egli del monton di Frisso
In Grecia abbia portato il vello d' oro.
Ma poi che Tifi da le note stelle
Conobbe, e dal rossor de l'occidente
Sereno il nuovo giorno, e la stagione
Di già fatta sicura; al nuovo albore
Intimò la partita. Allor fra noi
Si rinnovaro i pianti, e l' aspra notte

Heu iterum gemitus, iterumque novissima nox est.
Vix reserata dies, et jam rate celsus Iason
Ire jubet, primoque ferit dux verbere pontum.
Illos e scopulis, et summo vertice montis,
Spumea porrecti dirimentes terga profundi
Prosequimur visu, donec lassavit euntes
Lux oculos; longumque polo contexere visa est
Aequor, et extremi pressit freta margine coeli.

« Fama subit portus, vectum trans alta Thoanta
Fraterna regnare Chio: mihi crimina nulla,
Et vacuos arsisse rogos: fremit impia plebes
Sontibus accensae stimulis, facinusque reposcunt.
Quin etiam occultae vulgo increbrescere voces:
Solane fida suis? nos autem in funera laetae?
Non deus haec, fatumque, quod imperat urbe nefanda.

« Talibus exanimis dictis (et triste propinquat
Supplicium, nec regna juvant), vaga litora furto
Incomitata sequor, funestaque moenia linquo,
Qua fuga nota patris; sed non iterum obvius Evan:
Nam me praedonum manus huc appulsa tacentem
Arripit, et vestras famulam transmittit in oras. »

Talia Lernaeis iterat dum regibus exsul
Lemnias, et longa solatur damna querela,
Immemor absentis (sic di suasistis) alumni;
Ille graves oculos, languentiaque ora comanti
Mergit humo, fessusque diu puerilibus actis
Labitur in somnos: prensa manus haeret in herba.

Interea campis, nemoris sacer horror Achaei,
Terrigena erigitur serpens, tractuque soluto
Immanem sese vehit, ac post terga relinquit.
Livida fax oculis: tumidi stat in ore veneni
Spuma virens, ter lingua vibrat, terna agmina adunci
Dentis, et auratae crudelis gloria frontis
Prominet. Inachio sanctum dixere Tonanti
Agricolae, cui cura loci, et silvestribus aris
Pauper honos: nunc ille dei circumdare templa
Orbe vago labens, miserae nunc robora silvae
Atterit, et vastas tenuat complexibus ornos.
Saepe super fluvios geminae jacet aggere ripae

Fu di nuovo per noi la notte estrema.
Appena spuntò il dì, che da la poppa
Diede Giasone il segno, e fe' dal lido
Sciogliere la nave, ed ei primier la fune
Tagliò d'un colpo. Noi da gli alti scogli
E dal monte miriam veloce il pino
Fender con lungo solco il mar spumante,
Fin che fur stanchi gli occhi, e la distanza
Ci fe' parer che 'l mar s' unisse al cielo.

« Giunge intanto novella che Toante
De la fraterna Chio regna sul trono,
Che fur vani i miei roghi, e che innocente
Sola fra tante fui. Freme l'iniqua
Turba; e 'l rimorso suo vie più l'inaspra,
E del mio non peccar ragion mi chiede,
E già fra 'l volgo il mormorar ne cresce.
Costei sola pietosa, e noi crudeli
De la strage godemmo? Ah non lo soffra
Il nume e 'l fato che su noi presiede!

« Da cotai voci spaventata io veggio
Già certa la mia morte, e che non giova
A mia salute il regno. Occulta e sola
M' involo e scendo al lido, ove già 'l padre
Fuggì poc' anzi, e in abbandono io lascio
La funesta città; ma non già allora
Bacco a me venne: una crudel masnada
Di corsari rapimmi, e in questi regni
Al re Licurgo mi vendè per serva. »

Mentre in tal guisa con gli Argivi duci
Isifile rinnova i proprii affanni,
Ed inganna il dolor con lungo pianto,
Posto in oblio (così volendo i fati)
L' alunno, che lasciò tra' fiori e l' erba:
Ei dopo aver pargoleggiato assai,
Sul fiorito terren posa le membra,
E gli occhi gravi in dolce sonno chiude:
Ha una man sotto 'l capo, e l' altra stesa
Sul prato carpe leggiermente l' erba.

Quand' ecco che sen viene orribil angue,
Nato dal suolo, sacro orror del bosco,
Che dispiegando le ritorte squamme,
Del corpo enorme parte innanzi spinge,
Parte addietro ne lascia, ed in sè stesso
Ora rientra e si raccoglie, or n' esce:
Ha di livida fiamma i lumi accesi,
E di verde velen spuman le fauci:
Ha tre schiere di denti e vibrar sembra
Tre lingue: e di aurea cresta ha 'l capo adorno.

Disser gli agricoltor che al loro Giove
Sacro era il drago, e ne guardava il luogo
E i boschereccì altari e 'l parco culto.
Ei con lubrici giri or ne circonda
Il tempio, or nel passar la selva scote,
Or co' suoi nodi i pini atterra e gli olmi.
Sovente avvien che nel varcare i fiumi
Posa col capo su una sponda, e l' altra

Continuus, squamisque incisus adaestuat amnis.
Sed nunc Ogygii jussis quando omnis anhelat
Terra dei, trepidaeque latent in pulvere Nymphae,
Saevior anfractu laterum sinuosa retorquens
Terga solo, siccique nocens furit igne veneni.
Stagna per arentesque lacus fontesque repressos
Volvitur, et vacuis fluviorum in vallibus errat:
Incertusque sui liquidum nunc aëra lambit
Ore supinato, nunc arva gementia radens
Pronus adhaeret humo, si quid viridantia sudent
Gramina: percussae calidis afflatibus herbae,
Qua tulit ora, cadunt, moriturque ad sibila campus.
Quantus ab Arctois discriminat aethera plaustris
Anguis ad usque Notos, alienumque exit in orbem:
Quantus et ille sacri spiris intorta movebat
Cornua Parnassi, donec tibi, Delie, fixus
Vexit arundineam centeno vulnere silvam.
Quis tibi, parve, deus tam magni pondera fati
Sorte dedit? tune hoc vix prima ad limina vitae
Hoste jaces? an ut inde sacer per saecula Graiis
Gentibus, et tanto dignus morerere sepulcro?
Occidis extremae destrictus verbere caudae
Ignaro serpente puer: fugit ilicet artus
Somnus, et in solam patuerunt lumina mortem.
Quum tamen attonito moriens vagitus in auras
Excidit, et ruptis immutuit ore querelis,
Qualia non totas peragunt insomnia voces,
Audiit Hypsipyle, facilemque negantia cursum
Exanimis genua aegra rapit; jam certa malorum
Mentis ab augurio, sparsoque per omnia visu
Lustrat humum quaerens, et nota vocabula parvo
Nequicquam ingeminans: nusquam ille, et prata recentes
Amisere notas: viridi piger accubat hostis
Collectus gyro, spatiosaque jugera complet,
Sic etiam obliqua cervicem expostus in alvo.
Horruit infelix visu, longoque profundum
Incendit clamore nemus: nec territus ille,
Sed jacet. Argolicas ululatus flebilis aures
Impulit: extemplo monitu ducis advolat ardens
Arcas eques, caussamque refert. Tum squamea demum
Torvus ad armorum radios fremitumque virorum
Colla movet: rapit ingenti conamine saxum,
Quo discretus ager, vacuasque impellit in auras
Arduus Hippomedon, quo turbine bellica quondam
Librati saliunt portarum in claustra molares.
Cassa duci virtus: nam mollia colla refusus

Colla coda ancor preme, e da le squamme
L'onda divisa ne gorgoglia e bolle.
Ma poi che per voler del Dio tebano
Seccarsi l'acque, e l'assetate Ninfe
Si nascoser ne gli antri, ei più feroce
Di qua, di là con tortuosi giri
Si tragge e volge, e si dibatte e smania
Per lo calor de l'arido suo tosco:
Serpe per stagni e laghi, e cerca i fonti,
E gli arsi letti de gli asciutti fiumi;
E di sè incerto colle fauci aperte
Or l'umid'aria attragge, ora solcando
Lo squallido terren, cerca fra l'erbe,
Se di segreto umor fossero pregne:
Ma da qualunque parte il capo ei volga,
Il pestifero fiato ogni erba strugge,
E al sibilar muoion dintorno i campi.
Tale divide il ciel con dritta riga
Da l'Artico gelato al mezzogiorno
Il celeste dragon da polo a polo:
Tale, o Febo, fu quel, che 'l tuo Parnaso
Attorcigliando, fe' crollar più volte,
Finchè da cento e più piaghe trafitto
Portò una selva de' tuoi strali addosso.
Qual dio, picciol fanciul, ti diede in sorte
Morir oppresso da sì grave fato?
E perchè mai ne gli anni tuoi primieri
Da sì grande avversario estinto giaci?
Forse per far a le Pelasghe genti
Sacro il tuo nome? E la tua picciol'ombra
Render più degna di sì illustre avello?
Passa il serpente: e coll'estrema coda,
Senza mirare, il tocca, e sì l'uccide.
Si risente il meschino, e gli occhi aprendo
L'ultima volta, li riserra in morte.
Qual uom che sogna e parla in tronchi accenti,
Ma non può intera proferir parola,
Mise un vagito, ed in eterno tacque.
Isifile sentillo, e semiviva
E tremante sè stessa al corso affretta.
Già del suo mal presaga il guardo gira
Per tutto, e 'l cerca, e coll'usate voci
In van lo chiama. Il reo velen consunto
L'avea così, che non ne appar vestigio.
Vede il serpente che gran tratto ingombra
Il prato intorno, ancor che in sè ristretto,
E in mille giri avvolto, e sotto il ventre
Tenga celato il capo: inorridisce
La misera, e d'un lungo acuto strido
Tutta fa risuonar l'ampia foresta.
Ei, come nulla fosse, immoto giace.
L'udiro i Greci, e l'Arcade garzone
Al comandar del re vola e ritorna,
E 'l caso espone; e muovon tutti insieme.
Al balenar de l'armi, e de' guerrieri
Al fremito e al rumor la sozza belva

In tergum serpens venientem exhauserat ictum.
Dat sonitum tellus, nemorumque per aëra densi
Dissultant nexus: « At non mea vulnera, clamat
(Et trabe fraxinea Capaneus subit obvius), unquam
Effugies, seu tu pavidi ferus incola luci,
Sive deis, utinamque deis concessa voluptas:
Non si consertum super haec mihi membra Giganta
Subveheres.» Volat hasta tremens, et hiantia monstri
Ora subit, linguaeque secat fera vincla trisulcae:
Perque jubas stantes, capitisque insigne corusci
Emicat, et nigri sanie perfusa cerebri
Figitur alta solo: longus vix tota peregit
Membra dolor, rapido celer ille volumine telum
Circuit, avulsumque ferens in opaca refugit
Templa dei: hic magno tellurem pondere mensus
Implorantem animam dominis assibilat aris.

Illum et cognatae stagna indignantia Lernae,
Floribus et vernis assuetae spargere Nymphae,
Et Nemees reptatus ager, lucosque per omnes
Silvicolae, fracta gemuistis arundine, Fauni.

Ipse etiam summa jam tela poposcerat aethra
Juppiter, et dudum nimbique hiemesque coibant,
Ni minor ira deo, gravioraque tela mereri
Servatus Capaneus: moti tamen aura cucurrit
Fulminis, et summas libavit vertice cristas.

Jamque pererratis infelix Lemnia campis,
Liber ut angue locus, modico super aggere longe
Pallida sanguineis infectas roribus herbas
Prospicit: huc magno cursum rapit effera luctu,
Agnoscitque nefas: terraeque illisa nocenti
Fulminis in morem, non verba in funere primo,
Non lacrymas habet: ingeminat misera oscula tantum
Incumbens, animaeque fugam per membra tepentem
Quaerit hians: non ora loco, non pectora restant.
Rapta cutis, tenuia ossa patent, nexusque madentes
Sanguinis imbre novi, totumque in vulnere corpus.

Ac velut aligerae sedem, fetusque parentis

Si scote, spiega il dorso e gonfia il collo.
Corre il feroce Ippomedonte, e un sasso
Svelle, (meta de' campi) e l'alza e 'l vibra
Contro il dragon crudel con quella forza
Che macchina mural l'avría sospinto;
Ma torce il collo la volubil fera,
E cade il colpo a vuoto: il suol ne trema,
E vanno in schegge della selva i rami.
Ma Capaneo colla ferrata trave
Innanzi passa, e se gli ferma a fronte:
E, « tu non fuggirai, grida, i miei colpi,
Immane belva, o che del sacro bosco
Tu sia custode, o che agli Dei sii caro.
Ed oh fossi tu pur diletto a' Numi!
Non se sul dorso tuo stesse un gigante
A tua difesa. » Vola l'asta ed entra
Per l'anelante bocca, e la trisulca
Lingua recide, e l'arruffate squamme
Penetra sì, che tra l'altera cresta
Del rilucente capo il ferro uscendo,
S'immerge entro il terreno infra le immonde
Cervella e l'atro sangue; in sì gran mole
Tardi si sparse della piaga il duolo.
Ei l'asta annoda co' suoi giri e svelle;
E corre al tempio, e a piè de' sacri altari
Vendetta chiede, e spira l'alma e 'l tosco.

Voi lo piangeste, perchè forse trasse,
Laghi Lernei, della vostr' Idra il sangue;
Voi che di fior l'incoronaste, o Ninfe;
E tu, campo Nemeo, per cui strisciando
Sen giva; e infrante le sonore canne
Lo pianser vosco i Fauni e i Dei Silvani.

E Giove stesso il fulmine avea chiesto;
E già correano e turbini e procelle;
Pur per allor frenò lo sdegno, e l'ira
Ritenne, e riserbollo a maggior dardo.
Ma dal fulmine scosso un lampo scese,
Che le creste lambigli in su l'elmetto.

Poichè il mostro fuggissi, allor di Lenno
Fatta sicura l'infelice donna,
Pallida cerca il caro pegno, e giunta
A quel cespuglio ove lasciollo, il vede
Porporeggiar di sanguinose stille:
Corre trafitta dal dolore, e certa
Scopre la sua sciagura. Ella sen cade
Qual da fulmin percossa in su l'infame
Terreno, e della strage al primo aspetto
Resta senza aver voce e senza pianto:
Sol bacia i mesti avanzi, e par che voglia
L'anima intorno errante in sè raccorre:
Più non si scorge in lui d'uomo sembianza;
Il viso e 'l petto deformati, l'ossa
Di carni ignude, le compagi e i nervi
Sudan di nuovo inusitato sangue,
E fatto è il corpo suo tutta una piaga.

Così, poichè sovra d'un elce ombrosa

Quum piger umbrosa populatus in ilice serpens,
Illa redit, querulaeque domus mirata quietem
Stat super impendens, advectosque horrida moesto
Excutit ore cibos; quum solus in arbore cara
Sanguis, et errantes per capta cubilia plumae.
Ut laceros artus gremio miseranda recepit,
Infexitque comis, tandem laxata dolore
Vox invenit iter, gemitusque in verba soluti:
« O mihi desertae natorum dulcis imago,
Archemore: o rerum et patriae solamen ademptae,
Servitiique decus, qui te, mea gaudia, sontes
Exstinxere dei? modo quem digressa reliqui
Lascivum et prono vexantem gramina cursu?
Heu ubi siderei vultus? ubi verba ligatis
Imperfecta sonis? risusque et murmura soli
Intellecta mihi? quoties tibi Lemnon, et Argo
Sueta loqui, et longa somnum suadere querela?
Sic equidem luctus solabar, et ubera parvo
Jam materna dabam, cui nunc venit irritus ori
Lactis, et infelix in vulnera liquitur imber.
Nosco deos: o dura mei praesagia somni,
Nocturnique metus, et nunquam impune per umbras
Attonitae mihi visa Venus! Quos arguo divos?
Ipse ego te (quid enim timeam moritura fateri?)
Exposui fatis: quae mentem insania traxit?
Tantane me tantae tenuere oblivia curae?
Dum patrios casus, famaeque exorsa retracto
Ambitiosa meae, pietas haec magna, fidesque!
Exsolvi tibi, Lemne, nefas: ubi letifer anguis,
Ferte, duces; meriti si qua est mihi gratia duri,
Si quis honos dictis: aut vos exstinguite ferro,
Ne tristes dominos, orbamque inimica revisam
Eurydicen: quamquam haud illi mea cura dolendo
Cesserit. Hocne ferens onus illaetabile matris
Transfundam gremio? quae me prius ima sub umbras
Mergat humus? » Simul haec terraque et sanguine vultum
Sordida magnorum circa vestigia regum
Vertitur, et tacite moerentibus imputat undas.
Et jam sacrifici subitus per tecta Lycurgi

Salì un serpente, e gli augelletti e 'l nido
Desertò, divorò; torna la madre,
E in non sentir del suo loquace albergo
Il solito garrir, sospesa resta,
E si libra su l' ali, e il cibo lascia
Cader di bocca; e fuor che sangue e piume
Da che null' altro scorge, e geme e plora.
Ma quando l' infelice in grembo accolse
Le misere reliquie, e le coperse
Col biondo crin disciolto, alfin concesse
Libero il varco a' gemiti e a' lamenti:
« O dolce immago de' lasciati figli,
Archemoro, o del mio perduto regno
E di mia povertà solo conforto,
Gioia ed onor del mio servile stato,
Unica mia delizia e mio contento;
Qual crudel Nume mi ti ha tolto? ahi lassa!
Io pur qui ti lasciai ridente e lieto
Brancolante su l' erba: or qual ti trovo?
Ove il bel volto? ove la dolce voce
E i tronchi accenti? ov' è il vezzoso riso,
E 'l balbettare da me sola inteso?
O quante volte a te di Lenno e d' Argo
Cantando i casi in placido riposo
Ti chiusi gli occhi! In guisa tal sovente
Consolava i miei danni; e già qual madre
Ti porgeva le poppe. Or a chi serbo
Questo mio latte, che ridonda e stilla
Su le ferite tue misto al mio pianto?
Conosco i Numi infesti, e i duri sogni
Del ver presaghi: non apparve indarno
A l' attonita mente in mezzo all' ombre
Venere minaccevole e sdegnosa.
Ma perchè i Numi incolpo? e già sicura
Della vicina morte il vero adombro?
Qual follia mi sedusse? e qual mi prese
Obblio di tanto prezioso pegno?
Io mentre troppo ambiziosa narro
L' origin nostra e i femminil furori,
Io quella fui che allor t' esposi a morte.
Quest' è la mia pietà? quest' è l' amore?
Or sei pur paga, o Lenno: o duci, o regi,
Se a voi fu caro il beneficio mio
Ch' or sovra me ricade; e s' ai miei detti
Fede prestaste e onore: ah mi guidate
Al crudel drago, o colle vostre spade
Qui m' uccidete, anzi che 'l mesto aspetto
De' miei signori io veggia, e la dolente
Per mia sola cagion orba Euridice,
Quantunque il suo dolor sia pari al mio.
Quest' empio dono io recherò alla madre?
Ah pria s' apra la terra, e nel suo centro
Viva m' ingoi. Così dicendo, il volto
Lorda d' arena e sangue, e a mesti duci
Co' suoi sospir par che rinfacci l' onde.
Ma già più nunzii col funesto avviso

Nuntius implerat lacrymis ipsumque domumque,
Ipsum adventantem Persei vertice sancto
Montis, ubi adverso dederat prosecta Tonanti,
Et caput iratis rediens quassabat ab extis.
Hic sese Argolicis immunem servat ab armis
Haud animi vacuus, sed templa araeque tenebant.
Nec dum etiam responsa deûm, monitusque vetusti
Exciderant, voxque ex adytis accepta profundis,
« Prima, Lycurge, dabis Dircaeo funera bello. »
Id cavet, et moestus vicini pulvere Martis
Angitur ad lituos, periturisque invidet armis.
Ecce fides Superûm! Laceras comitata Thoantis
Advenit exsequias: contra subit obvia mater,
Foemineos coetus plangentiaque agmina ducens.
At non magnanimo pietas ignava Lycurgo:
Fortior ille malis, lacrymasque insana resorbet
Ira patris: longo rapit arva morantia passu
Vociferans: « Illa autem ubinam, cui parva cruoris
Laetave damna mei? vivitne? impellite raptam,
Ferte citi comites: faxo omnis fabula Lemni,
Et pater, et tumidae generis mendacia sacri
Exciderint. » Ibat, letumque inferre parabat
Ense furens rapto: venienti Oeneius heros
Impiger objecta proturbat pectora parma.
Ac simul infrendens: «Siste hunc, vesane, furorem,
Quisquis es. » Et pariter Capaneus, acerque reducto
Adfuit Hippomedon, rectoque Erymanthius ense,
Ac juvenem multo perstringunt lumine. At inde
Agrestum pro rege manus: quos inter Adrastus
Mitior, et sociae veritus commercia vittae
Amphiaraus ait: « Ne quaeso: absistite ferro,
Unus avûm sanguis; neve indulgete furori:
Tuque prior. » Sed non sedato pectore Tydeus
Subjicit: « Anne ducem servatricemque cohortis
Inachiae ingratis coram tot millibus audes
Mactare in tumulos? (quanti pro funeris ultor!)

Erano giunti in corte, e in grave lutto
L'aveano immersa, e 'l buon Licurgo in pianto:
Ei pure allor scendea dal sacro giogo
D'Afassanto sublime: ivi su l'are
Aveva offerti sacrificii a Giove,
Mal graditi dal Nume; in sè volgendo
Le minacciose viscere, tornava
Turbato e mesto, e dimenando il capo,
Ei sol fra cotant'armi inerme e queto
Stava, non già perchè gli manchi ardire,
Ma 'l ritengon gli oracoli e gli altari:
Le risposte de' Numi, e le minacce
De le profonde grotte ha fisse in mente:
« Farà Licurgo alla tebana guerra
Le prime esequie. » Ei per fuggire il fato
Sen' sta guardingo, ma 'l vicino Marte
E de le trombe il suono il turba e l'ange,
E songl' in odio le infelici schiere.
Ma chi fugge 'l destino? Ecco sen viene
La figlia di Toante in mezzo a' Greci,
Mesta portando del bambino estinto
I lacerati avanzi; e furibonda
Le va incontro la madre, e accompagnata
Da la femminea schiera, ed urla e geme.
Ma la pietà non è oziosa e vile
Nel generoso padre, anzi più forte
Vien ne' disastri, e in lui lo sdegno ardente
Ristagna il pianto. Egli 'l cammin divora
A lunghi passi alto gridando: « E dove,
Dov' è la scellerata, a cui non cale
Del nostro sangue, e del mio mal s'allegra?
Viv' ella ancora? Ite veloci e pronti,
O miei seguaci, e la guidate presa.
Io farò sì che le usciran di mente
Le favole di Lenno, e di sua stirpe
L'origin menzognera e i finti Numi. »
Dice; e già tratto il ferro, irato corre
Per darle morte; ma Tidéo feroce
Col grave scudo lo respinge, e grida:
« O tu, chiunque sei, ferma, o t'uccido. »
E Capaneo v'accorre, e Ippomedonte
Non resta addietro, e l'Arcade garzone
Tien alto il brando; onde riman conquiso
Quel re infelice di tant'armi al lampo.
Ma d'altre parti in sua difesa viene
Stuol di villani: il buon Adrasto allora
E Anfiarao, che le sacrate bende
Del re rispetta, e di sua vita teme,
Vengon gridando: « Ah non si faccia: il ferro
Riponete, o guerrieri: un sangue siamo,
Siamo tutti una gente; ah cessin l'ire;
E tu cedi primiero. » Allor Tidéo,
Sdegnoso ancor, così a Licurgo parla:
« E pensi tu che soffrirem che cada,
Per vendicare d'un fanciul la morte
Sugli occhi nostri e di cotante schiere,

Cui regnum, genitorque Thoas, et lucidus Evan
Stirpis avus: tumidone parum, quod, gentibus actis
Undique in arma tuis, inter rapida agmina pacem
Solus habes? habeasque, et te victoria Graiûm
Inveniat tumulis etiamnum haec fata gementem. »
Dixerat: et tandem cunctante modestior ira
Ille refert: « Equidem non vos ad moenia Thebes
Rebar, et hostiles huc advenisse catervas.
Pergite in excidium socii, si tanta voluptas,
Sanguinis, imbuite arma domi, atque haec irrita dudum
Templa Jovis (quid enim haud licitum?) ferat impius ignis,
Si vilem, tanti premerent quum pectora luctus,
In famulam jus esse ratus, dominoque, ducique.
Sed videt hoc, videt ille deûm regnator, et ausis
Sera quidem, manet ira tamen. » Sic fatus, et arces
Respicit, atque illic alio certamine belli
Tecta fremunt: volucres equitum praeverterat alas
Fama recens, geminos alis amplexa tumultus.
Illi ad fata rapi, atque illi jam occumbere leto,
Sic meritam Hypsipylen iterant: creduntque, nec irae
Fit mora; jamque faces, et tela penatibus instant.
Vertere regna fremunt, raptumque auferre Lycurgum,
Cum Jove, cumque aris: resonant ululatibus aedes
Foemineis, versusque dolor dat terga timori.
Alipedum curru sed enim sublimis Adrastus
Secum ante ora virûm fremebunda Thoantida portans
It medius turmis, et, «Parcite, parcite, clamat.
Nil actum saeve: meritus nec tale Lycurgus
Excidium, gratique inventrix fluminis ecce. »
Sic ubi diversis maria evertere procellis
Hinc Boreas, Eurusque, illinc niger imbribus Auster,
Pulsa dies, regnantque hiemes, venit aequoris alti
Rex sublimis equis, geminusque ad spumea Triton

La nostra duce e redentrice nostra
Vittima indegna su l'altrui sepolcro?
La figlia di Toante, e di Niseo
La gran nipote? Anima vile, forse
Poco ti par che mentre corre all'armi
La Grecia tutta, fra cotante trombe,
Stai neghittoso in ozio infame e lento?
Goditi pur la pace, e le vittrici
Squadre trovinti ancora al lor ritorno
Piangente stare a le tue esequie accanto. »
Disse, e quel re fatto più mite, e l'ira
Pur raffrenando, a lui così rispose:
« Io già non mi credea che mentre a Tebe
Ven gite a vendicar le giuste offese,
Veniste a me nemici. Orsù finite
La vostra impresa, e me compagno vostro,
Me qui svenate; e se cotanta sete
È in voi di sangue, su versate il nostro,
E de la nostra gente; e questi tempii
Di Giove a me nemico abbian le fiamme.
Tutto lice al furor: io mi pensai
Come rege e signor nella mia serva
Per sì giusta ragion avere impero;
Ma Dio sel vede; e benchè tardi giunga,
Pur vien la pena a' gran misfatti eguale. »
Così dicendo, ode rumor, e 'l guardo
Alla sua reggia volge, e nuovo scopre
Tumulto d'armi. La veloce Fama
Era arrivata a' cavalieri Argivi
Col periglio d'Isifile: altri narra
Che la menano a morte: altri, ch'è morta
Colei che a loro fu cagion di vita.
Tosto si crede, e 'l fren si lascia a l'ira.
Corron con faci e dardi, e la cittade
Sveller dal fondo, incatenar Licurgo,
E trasportare altrove il Nume e 'l culto
Minacciano in vendetta; i regii tetti
Di femminili gemiti rimbombano,
E 'l primiero dolor fatto è spavento.
Ma il buon Adrasto i suoi destrieri al corso
In giro affretta; ed ei sul carro in alto
Tien Isifile in braccio, e dove bolle
Più la tenzon, la mostra a' cor feroci.
Ed, oh cessate, grida, ecco colei
Che v'additò le salutifere onde;
Nulla di male è occorso; e 'l buon Licurgo
Non merita da voi cotanto scempio.
Così qualora in varie parti è tratto
Fra contrarie procelle il mar commosso
Quinci da l'Euro e da Aquilon, e quindi
Dal torbid' Austro, il chiaro dì s'imbruna,
E 'l fiero verno in grandine si scioglie:
Se sublime sen vien su regia conca
Co' squammosi destrieri il gran Nettuno,
E 'l gemino Triton precede il carro,
E pace intima d'ogn' intorno a l'onde;

Frena natans, late pelago dat signa cadenti :
Et jam plana Thetis, montesque, et litora crescunt.
Quis Superûm tanto solatus funera voto
Pensavit lacrymas ? inopinaque gaudia moestae
Rettulit Hypsipylae ? Tu gentis conditor, Evan,
Qui geminos juvenes Lemni de litore vectos
Intuleras Nemeae, mirandaque fata parabas.
Caussa viae genitrix, nec inhospita tecta Lycurgi
Praebuerant aditus, et protinus ille tyranno
Nuntius exstinctae miserando vulnere prolis.
Ergo adsunt comites (pro fors, et caeca futuri
Mens hominum!),regique favent: sed Lemnos ad aures
Ut primum, dictusque Thoas, per tela, manusque
Irruerunt, matremque avidis complexibus ambo
Diripiunt flentes, alternaque pectora mutant.
Illa velut rupes immoto saxea visu
Haeret, et expertis non audet credere divis.
Ut vero et vultus, et signa Argoa relictis
Ensibus, atque humeris amborum intextus Iason,
Cesserunt luctus, turbataque munere tanto
Corruit, atque alio maduerunt lumina fletu.
Addita signa polo, laetoque ululante tumultu
Tergaque, et aera dei motas crepuere per auras.
Tunc pius Oeclides, ut prima silentia vulgi
Mollior ira dedit, placidasque accessit ad aures :
« Audite, o ductor Nemeae, lectique potentes
Inachidae, quae certus agi manifestat Apollo.
Iste quidem Argolicis haud olim indebitus armis
Luctus adest : recto descendunt limite Parcae.
Et sitis interitu fluviorum, et letifer anguis,
Et puer, heu nostri signatus nomine fati,
Archemorus: cuncta haec Superûm demissa suprema
Mente fluunt : differte animos, festinaque tela
Ponite : mansuris donandus honoribus infans :
Et meruit : det pulchra suis libamina virtus
Manibus, atque utinam plures innectere pergas,
Phoebe, moras, semperque novis bellare vetemur
Casibus, et semper Thebe funesta recedat.
At vos magnorum transgressi fata parentum

Tosto spianansi i flutti, e di già i scogli
Scopron la cima, e già veggonsi i lidi.
Ma qual propizio Nume i lunghi pianti
D'Isifile pagò d'immenso bene,
E la colmò di non sperata gioja ?
Tu de la stirpe sua principio e fonte,
Tu fosti, o Bacco, che da Lenno a Neme
Guidasti i due gemelli, e di tua mano
Disponesti il mirabile destino.
Givano in traccia de la madre, e giunti
Eran pur or negli ospitali tetti
Del buon Licurgo, quando a lui pervenne
De l'estinta sua prole il duro avviso;
E lo seguíano a la vendetta : (o sorte !
O de' mortali mal presaghe menti !)
Favorivano il re : ma quando intorno
Sentiron risuonar Lenno e Toante,
Tra l'inimiche e tra l'amiche schiere,
E tra le faci e i dardi apronsi il varco ;
E giunti ov' è la madre, a lei d'amplessi
Cingono il collo e i fianchi, ed a vicenda
Piangendo di piacer, le porgon baci.
Essa di sasso in guisa immobil resta,
Nè sa fidarsi de gli avversi Numi.
Ma poi che riconobbe entro i lor volti
L'immagine del padre, e ne' lor brandi
L'impresa d'Argo incisa, e su' lor manti
Le cifre di Giason da lei conteste;
Cessaro i lutti, e 'l subito contento
L'oppresse sì, che semiviva cadde
E di pianto miglior rigò le gote.
Applaudì 'l cielo ; e fra le nubi udirsi
I timpani del Nume, i bossi, i cimbali
Percossi risuonar di lieto strepito.
Allor d'Ocléo il venerabil figlio,
Poichè d'intorno a sè tacite e attente
Vide le schiere, e già placati i sdegni :
« Udite, dice, o re di Némea, e voi
Gran duci Argivi, ciò che Apollo impone,
E a me rivela. Questo a l'armi nostre
Dolor già da gran tempo era dovuto,
E cel guidàr per ordine le Parche :
I fiumi asciutti, l'aspra sete e 'l fiero
Serpente, ed il fanciul poc' anzi ucciso
Detto Archemoro (ohimè !) da' nostri fati,
Tutto su noi da le superne menti
De' Numi scese. Deponete l'ire,
E l'aste e i dardi : e di perpetui onori
Coroniamo il fanciul, che n' è ben degno ;
E la nostra virtude a la sant'ombra
Porga doni leggiadri ed immortali.
Ed oh così Febo sovente intessa
Nuove tardanze ; e nuovi casi ogni ora
Differiscan le pugne ; e da noi sempre
Più s' allontani la funesta Tebe.
E voi felici genitori, a cui

Felices, longum quibus hinc per saecula nomen,
Dum Lernaea palus, et dum pater Inachus ibit,
Dum Nemee tremulas campis jaculabitur umbras;
Ne fletu violate sacrum, ne plangite divos:
Nam deus iste, deus; Pyliae nec fata senectae
Maluerit, Phrygiis aut degere longius annis. »
Finierat, coeloque cavam nox induit umbram.

Fu dato superar d'ogni altro padre
La gloria e 'l fato; e 'l di cui nome eterno
Fia sin che duri la Lernea palude,
E che l'Inaco corra, e la Nemea
Selva con tremol' ombra i campi fera;
Non turbate co' lutti i sacrificii;
Nè piangete gli Dei, chè questi è un dio,
Nè cambiería con la Nestorea etade,
O di Titon con gli anni il suo destino. »
Disse, e stese la notte il fosco velo.

PUBLII PAPINII STATII

THEBAIDOS

LIBER SEXTUS

Nuntia multivago Danaas perlabitur urbes
Fama gradu, sancire novo solemnia busto
Inachidas, ludumque super, quo Martia bellis
Praesudare paret, seseque accendere virtus,
Graium ex more decus. Primus Pisaea per arva
Hunc pius Alcides Pelopi certavit honorem,
Pulvereumque fera crinem detersit oliva.
Proxima vipereo celebravit libera nexu
Phocis Apollineae bellum puerile pharetrae.
Mox circum tristes servata Palaemonis aras
Nigra superstitio, quoties animosa resumit
Leucothoë gemitus, et amica ad litora festa
Tempestate venit: planctu conclamat uterque
Isthmos; Echioniae responsant flebile Thebae.

Et nunc eximii regum, quibus Argos alumnis
Connexum coelo, quorumque ingentia tellus
Aonis et Tyriae suspirant nomina matres,
Concurrunt, nudasque movent in proelia vires.

Ceu primum ausurae trans alta ignota biremes,
Seu Tyrrhenam hiemem, seu stagna Aegaea lacessunt,
Tranquillo prius arma lacu, clavumque, levesque
Explorant remos, atque ipsa pericula discunt:
At quum experta cohors, tum pontum irrumpere fretae

De le greche cittadi era trascorsa
Per le parti vicine e per l'estreme
La Fama intanto, divulgando il grido
De' sacri onori che al novello rogo
Si preparavan del fanciullo estinto,
E de' bellici giuochi, ove virtude
Di sè potea far prova, e i cuori eccelsi
Tutti infiammare a generose imprese.
Tale de' Greci era il costume: Alcide
Pugnò primiero ne' pisani campi
Di Pelope in onore in finto agone,
E 'l polveroso crin cinse d'oliva.
Focide poi del giovanetto Apollo
Il valor celebrò co' Pizii giuochi
In rimembranza del serpente ucciso.
Questa superstizione atra e funesta
Serbasi ancor de la Sidonia gente
Di Palemone intorno a' sacri altari,
Quando nel giorno a lei solenne i pianti
Rinnovella Leucotoe, sulle amiche
Spiagge ritorna; d'urli e d'altre strida
Da ambedue i corni ne rimbomba l'Istmo,
Ed urli e strida a lui rimanda Tebe.

Ed ora i regi ed i signori argivi,
Che discendon da' Numi, ed al cui nome
Trema d'Aonia il regno, e dal profondo
Petto sospiran le Sidonie madri,
Corrono alla palestra, e in finte pugne
Voglion provar le disarmate forze.

Così qualor s'affida al procelloso
Tirreno, o al vasto Egeo novella nave
Destinata a solcare il mar profondo;
Pria lungo il lido, ov'è tranquilla l'onda,
A volgere il timon la ciurma impara,
E a maneggiare i remi, ed a raccorre
Le sparse vele; indi poi fatta esperta,

Longius, ereptasque oculis non quaerere terras.

Clara laboriferos coelo Tithonia currus
Extulerat, vigilesque deae pallentis habenas
Et nox, et cornu fugiebat Somnus inani.
Jam plangore viae, gemitu jam regia mugit
Flebilis: acceptos longe nemora avia frangunt,
Multiplicantque sonos: sedet ipse exutus honoro
Vittarum nexu genitor, squalentiaque ora
Sparsus, et incultam ferali pulvere barbam.
Asperior contra, planctusque egressa viriles
Exemplo famulas premit, hortaturque volentes
Orba parens, lacerasque super procumbere nati
Relliquias ardet, totiesque avulsa refertur.
Arcet et ipse pater. Mox ut moerentia dignis
Vultibus Inachii penetrarunt limina reges,
Ceu nova tunc clades, et primo saucius infans
Vulnere, letalisve irrumperet atria serpens;
Sic alium ex alio, quamquam lassata, fragorem
Pectora congeminant, integratoque resultant
Accensae clamore fores: sensere Pelasgi
Invidiam, et lacrymis excusant crimen obortis.

Ipse, datum quoties, intercisoque tumultu
Conticuit stupefacta domus, solatur Adrastus
Alloquiis genitorem ultro; nunc fata recensens
Resque hominum duras, et inexorabile pensum,
Nunc aliam prolem, mansuraque numine dextro
Pignora: nondum orsis modus, et lamenta redibant.
Ille quoque affatus non mollius audit amicos,
Quam trucis Ionii rabies clamantia ponto
Vota virûm, aut tenues curant vaga fulmina nimbos.

Tristibus interea ramis, teneraque cupresso
Damnatus flammae torus, et puerile feretrum
Texitur. Ima virent agresti stramina cultu.
Proxima gramineis operosior area sertis,
Et picturatus morituris floribus agger.
Tertius assurgens Arabum strue tollitur ordo
Eoas complexus opes, incanaque glebis
Tura, et ab antiquo durantia cinnama Belo.
Summa crepant auro, Tyrioque attollitur ostro
Molle supercilium: teretes hoc undique gemmae

Scioglie dal lido, e tanto in alto vola,
Ch' altro non scorge più che cielo e mare.

Ma già l' Aurora a' miseri mortali
Riconduceva sul dorato carro
Le spente cure; e timida la Notte,
E 'l pigro Sonno con l'esausto corno
Fuggian dinanzi a' lucidi destrieri:
Quando per tutto incominciaro i pianti.
D'aspri lamenti l' infelice reggia
Mugge e rimbomba: la vicina selva
Riceve il suono, e 'l frange, ed in più suoni
Moltiplicato lo rimanda indietro.
Senza l'onor de le sacrate bende
Siede l'afflitto genitor, di polve
Tutto cosperso il crin, la barba e 'l volto.
Ma un più fiero dolor la madre inaspra:
Stassi all' incontro e piange, e a pianger seco
Invita e spinge le seguaci donne.
Si lancia sopra i lacerati avanzi
Del morto figlio, e quindi svelta torna,
Ed arder brama su lo stesso rogo.
Licurgo stesso la ritien; ma quando
Entraro i re de le pelasghe genti
Mesti nel viso, e al gran dolor conformi,
Come se nuova strage e nuova morte
Con essi entrasse, ed un novello serpe,
Con maggior forza da' già stanchi petti
Usciron gli urli, e 'l batter palma a palma,
Ed al nuovo fragor suona la reggia.
Sentiro i Greci, che de' nuovi gridi
Eran cagione, e si scusâr co' pianti.
Ma se talor la stupefatta gente
Cessava gli urli, allora il saggio Adrasto
Gia consolando il genitor dolente
Con saggi detti, e gli mettea davanti
L'aspre vicende de la vita umana,
L' inevitabil fato e l'empia Parca.
Poi di novella e più felice prole
Dava speranza; ma finir nol lascia
La turba, e ricomincia il gran lamento.
Lo stesso re così l'ascolta o cura,
Com'ode il mar de' naviganti i voti,
O la folgore ardente il picciol nembo.

Intanto il letto e 'l pueril ferétro
Destinato a le fiamme è intorno cinto
Di meste frondi e di feral cipresso.
Con umil culto la primiera base
Fondan su agresti strami; indi s' innalza
L'ordin secondo di gramigna intesto,
E di bei serti di dipinti fiori.
Stan sopra il terzo gli odorati incensi,
I cinnamomi e gli arabi profumi,
E i tesor d'oriente. Adorna splende
D'oro l'eccelsa cima, ed è coperta
Di porpora finissima di Tiro,
Fregiata intorno di topazi e perle.

Irradiant: medio Linus intertextus acantho,
Letiferique canes: opus admirabile semper
Oderat, atque oculos flectebat ab omine mater.
Arma etiam, et veterum exuvias circumdat avorum
Gloria mixta malis, afflictaeque ambitus aulae,
Ceu grande exsequiis onus, atque immensa ferantur
Membra toro: sed cassa tamen sterilisque dolentes
Fama juvat, parvique augescunt munere manes.
Inde ingens lacrymis honor, et miseranda voluptas,
Muneraque in cineres annis graviora feruntur.
Namque illi et pharetras, brevioraque tela dicarat
Festinus voti pater, insontesque sagittas.
Jam tunc et nota stabulis de gente probatos
In nomen pascebat equos, cinctusque sonantes,
Armaque majores exspectatura lacertos.
Spes avidae! quas non in nomen credula vestes
Urgebat studio? cultusque insignia regni
Purpureos, sceptrumque minus? cuncta ignibus atris
Damnat atrox, suaque ipse parens gestamina ferri,
Si damnium queat rabids exsaturare dolorem.
Parte alia gnari monitis exercitus instat
Auguris, aëriam truncis nemorumque ruina
Montis onus cumulare pyram; quae crimina caesi
Anguis, et infausti cremet atra piacula belli.
His labor accisam Nemeen, umbrosaque Tempe
Praecipitare solo, lucosque ostendere Phoebo.
Sternitur extemplo veteres incidua ferro
Silva comas, largae qua non opulentior umbrae
Argolicos inter saltusque educta Lycaeos
Extulerat super astra caput: stat sacra senectae
Numine, nec solos hominum transgressa veterno
Fertur avos, Nymphas etiam mutasse superstes,
Faunorumque greges. Aderat miserabile luco
Excidium: fugere ferae, nidosque tepentes
Absiliunt (metus urget) aves: cadit ardua fagus;
Chaoniumque nemus, brumaeque illaesa cupressus.
Procumbunt piceae, flammis alimenta supremis,
Ornique, iliceaeque trabes, metuendaque succo
Taxus, et infandos belli potura cruores

Tessuto è in mezzo tra li fiori e l'erbe
Lino, o i suoi cani e la sua acerba morte,
Mirabil opra, e di gentil lavoro.
Ma come fosse del suo mal presaga,
Sempre in orror l'ebbe la madre, e volse
Dal tristo augurio in altra parte il guardo.
V'aggiunse poscia de' passati regi
L'armi e le spoglie, quasi grave peso
Al picciolo sepolcro, e che sul rogo
Si ponesse un gran corpo, e in mezzo al lutto
Gir trionfante l'ambizione e 'l fasto.
Ma un vano grido e un'infeconda fama
Giova a gli afflitti; e si consola il padre,
Che accresca il funeral la picciol'ombra;
E per dar maggior lustro al suo gran pianto,
E un misero conforto al suo dolore,
Vuol che quei doni gettinsi a le fiamme,
Che per l'età maggior gli eran serbati:
Perocchè 'l padre, prevenendo gli anni,
Già gli avea preparati e dardi ed archi,
E innocenti saette; ed in suo nome
Nudría i destrier del maggior gregge scelti;
E 'l cinto militar era già pronto,
E l'armi che attendean membra maggiori,
La madre ancor con immatura speme
Avea affrettato all'innocente figlio
Le regie insegne ed il purpureo manto,
E 'l picciol scettro. Tutto dassi al fuoco;
E 'l genitor v'aggiunge i preziosi
Suoi proprii arredi, e in cotal guisa rende
Minor il duol, quant'è più grave il danno.
Da un'altra parte, rimembrando i detti
Del saggio Anfiarao, sudan le schiere
Ad atterrare il vicin bosco, e quindi
Ergon qual monte co' recisi tronchi
Un'alta pira, che de l'angue ucciso
Purghi 'l delitto, e de l'infausta guerra
Dilegui la paura e i tristi auspicii.
Pongon ogni opra in far cadere al piano
E Neme e Tempe ombrosa, e nel più chiuso
De' boschi al sol van disserrando il varco.
Cade la selva, a cui mai foglia o ramo
Non fu reciso di larghissim'ombra,
Che fra' boschi Lircei, fra' boschi d'Argo
Alzò 'l capo superbo oltre le stelle:
Sacra per anni immensi era già fatta,
E d'uomini non sol diverse etadi
Avea vedute, ma più volte ancora
Mutate avea le Ninfe e i Dei silvani.
Ma il giorno irreparabile è omai giunto:
Fuggon le fiere, e per timor dal nidó
Volan gli augelli: cade il faggio eccelso,
E la Caonia quercia, ed il ferale
Contro il verno sicuro alto cipresso,
E l'orno e l'elce e 'l velenoso tasso,
E 'l frassino che in guerra il sangue beve,

Fraxinus, atque situ non expugnabile robur.
Hinc audax abies, et odoro vulnere pinus
Scinditur, acclinant intonsa cacumina terrae
Alnus amica fretis, nec inhospita vitibus ulmus.
Dat gemitum tellus: non sic eversa feruntur
Ismara, quum fracto Boreas caput extulit antro.
Non grassante Noto citius nocturna peregit
Flamma nemus: linquunt flentes dilecta locorum
Otia cana Pales, Silvanusque arbiter umbrae,
Semideûmque pecus: migrantibus adgemit illis
Silva, nec amplexae dimittunt robora Nymphae.
Ut quum possessas avidis victoribus arces
Dux raptare dedit, vix signa audita, nec urbem
Invenias: ducunt, sternuntque, abiguntque, feruntque
Immodici: minor ille fragor, quo bella geruntur
Jamque pari cumulo geminas, hanc tristibus Umbris,
Ast illam Superis, aequus labor auxerat aras,
Quum signum luctus cornu grave mugit adunco
Tibia, cui teneros suetum producere Manes
Lege Phrygum moesta. Pelopem monstrasse ferebant
Exsequiale sacrum, carmenque minoribus umbris
Utile, quo geminis Niobe consumpta pharetris
Squalida bissenas Sipylon deduxerat urnas.
Portant inferias, arsuraque fercula primi
Graiorum, titulisque pios testantur honores
Gentis quisque suae: longo post tempore surgit
Colla super juvenum (numero dux legerat omni)
Ipse fero clamore torus: cinxere Lycurgum
Lernaei proceres; genitricem mollior ambit
Turba, nec Hypsipyle raro subit agmine: vallant
Inachidae memores, sustentant livida nati
Brachia, et inventae concedunt plangere matri.
Illic infaustos ut primum egressa penates
Eurydice, nudo vocem de pectore rumpit,
Planctuque et longis praefata ululatibus infit:
« Non hoc Argolidum coetu circumdata matrum
Speravi te, nate, sequi, nec talia demens
Fingebam votis annorum elementa tuorum,

Ed il rovere annoso, e quel che sprezza
Il mar sonante temerario abete,
E l'odoroso pino, e l'alno amico
De l'onde, e l'olmo de le sacre viti.
Non con tanto fragor le Ismarie selve
Cadono a terra, s'Àquilon le abbatte,
Rotti i ritegni de l'Eolio claustro;
Nè sì veloce la notturna fiamma
Arde l'aride stoppie, allor che Noto
La spande intorno, ed il vigor le accresce.
Lasciano mesti gli ozii a lor sì cari
L'antica Pale, e de le selve amico
Il dio Silvano, e i Semidei minori:
Ne piange il bosco, e le dolenti Ninfe
Svellere non si san da le lor piante.
Così qualor il capitano in preda
Lascia vinta cittade a le sue schiere;
Appena è dato il segno, in lei non resta
Orma più di città: Baccanti scorrono,
Uccidono, respingono, rapiscono,
Ardon le case, e i sacri tempii abbattono:
Non con tanto rumor pugnano in campo.
Già due pire e due altari eran costrutti
Del pari a' Numi ed al fanciullo estinto;
Quando con grave suon ritorto corno,
Qual è de' Frigii lagrimevol uso
Nell'esequie de' teneri bambini,
Diè segno al pianto. Pelope primiero
Insegnò 'l sacro rito e 'l mesto carme
Che giova e piace a le più picciol'ombre,
Quando mirò da gemina saetta
Niobe distrutti i figli, e sette e sette
In Sifilo condusse urne lugubri.
Portano i doni preziosi e rari
Destinati a l'esequie e al pio Vulcano
I duci Argivi, e sotto i lor stendardi
Gareggian tutti ne' pietosi uffizii:
Viene alfin il ferètro in su le spalle
Di quattro scelti giovani robusti,
Con gran rumor di gemiti e di strida.
Stanno dintorno i proceri Lernei
Al buon Licurgo; e dal più molle sesso
È la misera madre accompagnata.
Nè già vien sola Isifile dolente:
Fanno le grate schiere a lei corona;
La sostengono i figli, ed han piacere
Ch'essa piangendo il suo dolor consoli.
Ma poi che uscì da l'infelice tetto
L'orba Euridice, il bianco sen discinto,
Pria di gemiti e d'urli il cielo assorda.
E infin prorompe in cotai note amare:
« Io già non mi credea seguirti, o figlio.
Con sì lugubre e sì funesta pompa
Fra' mesti cori de le greche madri;
Nè un tal destino a la tua nuova etade
Presagivan miei voti. E chi poteva

Nil saevum reputans: etenim his in finibus aevi
Unde ego bella tibi Thebasque ignara timerem?
Cui Superûm nostro committere sanguine pugnas
Dulce? quis hoc armis vovit scelus? At tua nondum,
Cadme, domus; nullus Tyrio grege plangitur infans.
Primitias egomet lacrymarum, et caedis acerbae
Ante tubas ferrumque tuli, dum deside cura
Credo sinus fidos altricis, et ubera mando.
Quidni ego? narrabat servatum fraude parentem,
Insontesque manus: en! quam ferale putemus
Abjurasse sacrum, et Lemni gentibus unam
Immunem furiis: haec illa, et creditis ausae?
Haec pietate potens? solis abjecit in arvis
Non regem, dominumve; alienos impia partus,
Hoc tantum, silvaeque infamis tramite liquit,
Quem non anguis atrox (quid enim hac opus, hei mihi, leti
Mole fuit?), tantum coeli violentior aura,
Impulsaeque Noto frondes, cassusque valeret
Exanimare timor. Nec vos incessere luctu
Orba habeo: fixum matri immotumque manebat
Hac altrice nefas: at quin et blandus ad illam,
Nate, magis, solam nosse, atque audire vocantem,
Ignarusque mei: nulla ex te gaudia matri.
Illa tuos questus, lacrymososque impia risus
Audiit, et vocis decerpsit murmura primae:
Illa tibi genitrix semper, dum vita manebat;
Nunc ego. Sed miserae mihi nec punire potestas
Sic meritam: quid dona, duces, quid inania fertis
Justa rogis? illam (nil poscunt amplius umbrae),
Illam, oro, cineri simul, excisaeque parenti
Reddite, quaeso, duces: per ego haec primordia belli,
Cui peperi: sic aequa gemant mihi funera matres
Ogygiae. » Sternit crines, iteratque precando,
« Reddite: nec vero crudelem, avidamque vocate

Per te giammai temer che sul primiero
Confin del viver tuo la guerra e Tebe
Fossero a te fatali? Ahi qual crudele
Nume, qual fato con il sangue nostro
Ebbe il piacer di cominciar le pugne?
E chi fu mai che diè funesti auspicii
Con sì atroce delitto a le nostr'armi?
Son pur fin ora di mestizia privi
Di Cadmo i tetti, e la tebana plebe
Non piange ancora alcun fanciullo estinto.
Io sola, ahi lassa! le primizie pago
Di lagrime e di stragi a l'altrui risse,
Pria de le trombe e del rumor de l'armi;
Mentre, credula troppo, a l'altrui fede
E a l'altrui seno il dolce pegno affido.
Ma chi creduto non le avría? Da morte
Liberò il padre con pietoso inganno,
E dal sangue serbò monde le mani.
Ecco colei che 'l sacrificio infame
Ebbe sola in orror; colei che sola
Non fu fra l'altre da le furie invasa.
Dopo un tanto delitto ancor si crede
Insigne per pietade? In abbandono
Lasciò non il suo re, nè 'l suo signore,
Chè pur sarebbe inescusabil colpa,
Ma l'altrui figlio a la sua fè commesso:
Basti sol tanto: de l'infame selva
Ella gittò nel periglioso varco
Un tenero fanciul, cui l'aura sola,
E le commosse frondi e un van timore,
Non che 'l crudel serpente, eran bastanti
A recar morte. Ah che cotanta mole
Di fato uopo non era al picciol corpo!
Nè già di voi mi dolgo, o duci Achei.
Già da gran tempo con sì rea nutrice
Questo acerbo destin m'era prefisso.
E forse che non facea vezzi a lei
Più che a me stessa, e conoscea lei sola,
Me non curando? Ah che nessun piacere
Ebbe di te la madre! Essa raccolse
Le tue querele, e misti al pianto i risi
Vide, e ascoltò le tue primiere voci.
Essa, fin che vivesti, a te fu madre;
Or la madre son io; nè m'è concesso
Misera! di punir sì gran delitto?
A che gittar sul rogo, o duci Achei,
Cotanti doni e sacrificii in vano?
Lei lei l'ombra vi chiede ed è contenta.
Deh la rendete, o duci, a l'orba madre,
E al cenere innocente; io ve ne prego
Per questo auspicio de la vostra guerra,
Ch'io stessa partorii: così felici
Sian vostre spade, e a'lor ferétri intorno
Gemano al par di me le tirie donne. »
Qui straccia i crini, e pur di nuovo grida:
« Deh la rendete; nè di sangue ingorda,

Sanguinis: occumbam pariter, dum vulnere justo
Exsaturata oculos, unum impellamur in ignem. »
Talia vociferans alia de parte gementem
Hypsipylen (neque enim illa comas nec pectora servat)
Agnovit longe, et socium indignata dolorem,
« Hoc saltem, o proceres, tuque o cui pignore nostro
Partus honos, prohibete nefas: auferte supremis
Invisam exsequiis: quid se funesta parenti
Miscet? et in nostris spectatur et ipsa ruinis?
Cui luget complexa suos? » Sic fata repente
Concidit, abruptisque obmutuit ore querelis.
Non secus ac primo fraudatum lacte juvencum,
Cui trepidae vires, et solus ab ubere sanguis,
Seu fera, seu duras avexit pastor ad aras;
Nunc vallem spoliata parens, nunc flumina questu,
Nunc armenta movet, vacuosque interrogat agros:
Tunc piget ire domum, moestoque novissima campo
Exit, et oppositas impasta avertitur herbas.
At genitor sceptrique decus cultusque Tonantis
Injicit ipse rogis, tergoque et pectore fusam
Caesariem ferro minuit, sectisque jacentis
Obnubit tenuia ora comis, ac talia fletu
Verba pio miscens: « Alio tibi, perfide, pacto,
Juppiter, hunc crinem voti reus ante dicaram,
Si pariter virides nati libare dedisses
Ad tua templa genas; sed non ratus ore sacerdos,
Damnataeque preces: ferat haec, quae dignior umbra est. »
Jam face subjecta primis in frondibus ignis
Exclamat: labor insanos arcere parentes.
Stant jussi Danai, atque obtentis eminus armis
Prospectu visus interclusere nefasto.
Ditantur flammae: non unquam opulentior illic
Ante cinis: crepitant gemmae, atque immane liquescit
Argentum, et pictis exsudat vestibus aurum:
Nec non Assyriis pinguescunt robora succis,
Pallentique croco strident ardentia mella,
Spumantesque mero paterae verguntur, et atri
Sanguinis et rapti gratissima cymbia lactis.
Tunc septem numero turmas (centenus ubique
Urget eques) versis ducunt insignibus ipsi

O crudel mi chiamate. Io, pur che appaghi
Gli occhi col di lei scempio, io non ricuso
Di morir seco, e ch'una stessa fiamma
Arda la madre e l'infedel nutrice. »
Mentre così la misera si duole,
Rivolge gli occhi, e Isifile rimira,
Che al par di lei si straccia i crini e 'l petto,
E sdegna averla nel dolor compagna.
E, questo, grida, questo almeno, o duci,
E tu, buon rege, a cui dal sangue nostro
Vien tanto onor, si tolga empio delitto:
Tolgasi l'odiosa a' mesti roghi.
E che ha che far il suo col mio dolore?
Perchè sta meco nelle mie sciagure?
Ed a che piange, se i suoi figli abbraccia? »
Sì disse, e cadde; e su l'esangue labbro
Tronche a mezzo restàr l'aspre querele.
Qual vacca, cui sia da le poppe tolto
Il tenero vitel, che sol dal latte
Traeva il sangue e si reggeva appena,
Lacerato dal lupo, o dal pastore
Svenato in su gli altari; essa commove
Or le valli, ora i fiumi, ora gli armenti
Co'suoi muggiti, e del suo figlio chiede
A' muti campi: ultima al prato viene,
Ultima torna a l'odiate stalle;
Bassa la fronte, a passo tardo e lento,
E 'l puro fonte le dispiace e l'erba.
Ma 'l genitore l'onorato scettro,
E l'infula e le bende al rogo dona;
E parte taglia del suo lungo crine,
E sul fanciul lo sparge, e piange e dice:
« Io con patto miglior, perfido Giove,
T'avea votato il crin, se a' tempii tuoi
La lanugin libar m'era concesso
De l'infelice figlio; ma non furo
Le preci intese, e 'l sacerdote accetto:
Abbiasel or l'ombra che n'è più degna. »
Già stride il fuoco nelle prime frondi
De l'alte pire acceso. Alzasi un grido;
Ma 'l ritenere i genitor furenti
Questa è l'opra maggior: stendonsi i Greci
Tra essi e 'l rogo, qual pria furo istrutti,
Alto tenendo i scudi, e a la lor vista
Van celando in tal guisa il mesto oggetto.
Cresce la fiamma, e in alcun tempo mai
Non fu più ricco e prezioso fuoco.
Stilla l'argento, stridono le gemme,
E l'oro piove da' ricami ardenti:
Fuman le travi d'odorato cedro
Umide e asperse de gli assiri succhi,
Ed ardon seco il dolce mele e 'l croco,
E 'l vino e l'atro sangue e 'l puro latte.
Poi sette squadre di guerrieri eletti
Cento per squadra i sette regi in giro
Da la sinistra man guidan del rogo

Grajugenae reges, lustrantque, ex more, sinistro
Orbe rogum, et stantes inclinant pulvere flammas.
Ter curvos egere sinus, illisaque telis
Tela sonant: quater horrendum pepulere fragorem
Arma, quater mollem famularum brachia planctum.
Semianimes alter pecudes spirantiaque ignis
Accipit armenta: hic luctus abolere, novique
Funeris auspicium, vates (quamquam omina sentit
Vera) jubet: dextri gyro, et vibrantibus hastis
Hac redeunt, raptumque suis libamen ab armis
Quisque jacit, seu frena libet, seu cingula flammis
Mergere, seu jaculum, summae seu cassidis umbram.
Multa gemunt contra raucis concentibus agri,
Et lituis aures circum pulsantur acutis.
Terretur clamore nemus: sic Martia vellunt
Signa tubae, nondum ira calet, nec sanguine ferrum
Irrubuit, primo bellorum comitur illo
Vultus, honoris opus: stat adhuc incertus in alta
Nube, quibus sese Mavors indulgeat armis.
Finis erat, lapsusque putres jam Mulciber ibat
In cineres: instant flammis, multoque soporant
Imbre rogum, posito donec cum sole labores
Exhausti: seris vix cessit cura tenebris.
Roscida jam novies coelo dimiserat astra
Lucifer, et totidem Lunae praevenerat ignes
Mutato nocturnus equo: nec conscia fallit
Sidera, et alterno deprenditur unus in ortu:
(Mirum opus accelerasse manus) stat saxea moles,
Templum ingens, cineri, rerumque effectus in illo
Ordo docet casus. Fessis hic flumina monstrat
Hypsipyle Danais, hic reptat flebilis infans,
Hic jacet, extremum tumuli circum asperat orbem
Squameus: exspectes morientis ab ore cruenta
Sibila, marmorea sic volvitur anguis in hasta.
Jamque avidum pugnas visendi vulgus inermes
Fama vocat: cunctis arvis ac moenibus adsunt
Exciti: illi etiam, quis belli incognitus horror,

Coll'alte insegne rovesciate al piano;
E 'l calpestío de' fervidi destrieri
Fa colla polve declinar la fiamma.
Tre volte il circondaro, e i dardi e l'aste
Suonâr tre volte ripercossi insieme;
E quattro volte uscì da l'armi un suono
Orrendo, e quattro volte i molli petti
Si percosser con man le meste ancelle.
Ma l'altra pira ha le svenate agnelle,
E i semivivi armenti. Il vate allora
(Benchè sia certo del destin nemico)
Vuole che il lutto si cancelli, e torni
Il tristo augurio in lieto, e fa le schiere
Volger in giro a destra, alte vibrando
L'aste, e gittando nell'ardenti fiamme
Tolti da l'armi próprie i varii doni:
Chi gitta al fuoco li dorati freni,
Chi 'l cinto militar, chi gitta il dardo,
Chi del cimier le tremolanti penne;
E in tanto un rauco suono i campi assorda
Di mesti canti e strepitose trombe.
Con eguale rumor svelgon le insegne
Al noto suon de' bellici oricalchi
Le schiere accinte a la campal tenzone:
Non ancor ardon l' ire, ancor le spade
Non son tinte nel sangue, e de la guerra
Bello in sì bella vista anco è l'orrore;
E Marte da le nubi in giù mirando,
In dubbio tiene il suo favor sospeso.
Ma va mancando il rogo, e già la fiamma
In cenere si scioglie, e con molt'onda
Spengon del busto l'ultime faville;
Nè da l'opra cessâr che il dì fu spento,
Ed appena coll'ombre ebber riposo.
Già nove volte avea dal ciel fugate
Lucifero le stelle, ed altrettante
Lo splendore di Cintia aveà precorso,
Destrier mutando; e non inganna gli astri,
Che lo mirano alterno in su le porte
De la chiar'alba e de l'oscura sera;
Quando si vide alto sublime tempio,
Mirabil opra e non credibil quasi,
Eretto a l'ombra, e v'era sculto in marmo
L'acerbo caso, e del fanciul la morte.
Qui mostra il fiume a gli assetati Argivi
Isifile; e colà il fanciul per l'erba
Sen va carpone, e qui s'adagia e dorme.
Circonda l'orlo de l'eccelsa tomba
Lo squamoso serpente, e l'asta annoda
Co' suoi lubrici giri, e par sì vero,
Che tu n'aspetti i velenosi fischi.
Concorsa intanto era infinita gente
Da le greche cittadi e da le ville
A mirar gli spettacoli novelli:
Vengono i vecchi infermi ed i fanciulli,
Cui suol tener dentro i paterni lari

Quos effeta domi, quos prima reliquerat aetas,
Conveniunt: non aut Ephyraeo in litore tanta
Unquam, aut Oenomai fremuerunt agmina circo.
Collibus incurvis, viridique obsessa corona
Vallis in amplexu nemorum sedet: hispida circum
Stant juga, et objectus geminis umbonibus agger
Campum exire vetat, longo quem tramite planum
Gramineae frondes, sinuataque cespite vivo
Mollia non subitis augent fastigia clivis.
Illic conferti, jam sole rubentibus arvis,
Bellatrix sedere cohors: ibi corpore mixto
Metiri numerum, vultusque, habitusque suorum,
Dulce viris, tantique juvat fiducia belli.
Centum ibi nigrantes, armenti robora, tauros
Lenta mole trahunt, idem numerusque colorque
Matribus, et nondum lunatis fronte juvencis.
Exin magnanimûm series antiqua parentum
Invehitur, miris in vultum animata figuris.
Primus anhelantem duro Tirynthius angens
Pectoris attritu sua frangit in ossa leonem.
Haud illum impavidi, quamvis et in aere, suumque
Inachidae videre decus: pater ordine juncto
Laevus, arundineae recubansque sub aggere ripae,
Cernitur, emissaeque indulgens Inachus urnae.
Io post tergum, jam prona, dolorque parentis
Spectat inoccidnis stellatum visibus Argum.
Ast illam melior Phariis erexerat arvis
Juppiter, atque hospes jam tunc Aurora colebat.
Tantalus inde parens, non qui fallentibus undis
Imminet, aut refugae sterilem rapit aëra silvae,
Sed pius, et magni vehitur conviva Tonantis.
Parte alia victor curru Neptunia tendit
Lora Pelops, pressatque rotas auriga natantes
Myrtilus, et voluceri jam jamque relinquitur axe.
Et gravis Acrisius, speciesque horrenda Coroebi,
Et Danaë culpata sinus, et in amne reperto
Tristis Amymone, parvoque Alcmena superbit
Hercule, tergemina crinem circumdata luna.
Jungunt discordes inimica in foedera dextras
Belidae fratres; sed vultu mitior adstat
Aegyptus, Danai manifestum agnoscere ficto

La troppo antica e troppo fresca etade;
E quelli ancor a cui non giunse unquanco
Lo strepito e l'orror del fiero Marte:
Non tante turbe mai de l'Istmo i giuochi
Furo a mirar, o pur d'Enomao il corso.
Siede nel mezzo d'un'antica selva
Cinta di colli di boschetti adorni,
Quasi teatro, deliziosa valle:
S'alzan più addietro alti scoscesi monti,
E 'l doppio varco de l'uscita è chiuso
Da rilevati tumuli d'arena:
Piana è nel mezzo per gran tratto, adorna
Di bei cespugli e di ridenti erbette,
E dolcemente nell'estremo giro
Sen va salendo, e si congiunge a'colli.
Qui, poi che il sol ebbe indorati i campi,
Si radunâr gli alti guerrieri eletti
A l'amichevol pugna e al finto agone.
Siedon le turbe in un confuse e miste
Di varie genti, ed han piacer mirando
Il numero, gli aspetti e le divise
De' combattenti, e le innocenti pugne,
Lieto presagio a la vicina impresa.
Fur pria condotti del più forte armento
Cento gran tori più che pece neri,
E cento nere madri e cento figli.
Seguivan poi le immagini de gli avi,
Che parevan spirar ne' sculti bronzi.
Ercole il primo, che al suo petto stringe
Il fier leone, e lo soffoca e ancide.
Lo miran con timor le greche squadre,
Benchè sia loro onor, benchè sia finto.
Inaco segue: ei sul sinistro lato
Stassi appoggiato a la palustre sponda,
E versa l'urna, e ne diffonde un fiume.
E guarda mesto l'infelice figlia
Mutata in vacca, e 'l vigile custode
Che dorme e veglia con cent'occhi in fronte;
Ma Giove alfin mosso a pietà le rende
Il primo aspetto, e di già fatta è dea,
E l'adorano i regni de l'Aurora.
Tantalo segue poi, non già quell'empio
Da cui fuggon del pari i pomi e l'acque,
Ma 'l pio che siede col Tonante a mensa.
Da l'altra parte Pelope si vede
Co' destrier di Nettun vincer nel corso
Le false ruote e l'infedel Mirtillo.
Indi Acrisio severo e 'l gran Corebo,
E Danae che nel sen l'oro riceve,
E la mesta Amimone intorno al fonte,
E Alcmena del suo Ercole superba,
Che di triplice luna il crin circonda.
Dansi le destre d'amistade in segno
Di Belo i figli; Egisto mostra il volto
Sereno e lieto, ma nel torvo aspetto
Di Danao vedi la mentita pace.

Ore nefas, pacisque malae, noctisque futurae.
Mille dehinc species: tandem satiata voluptas,
Praestantesque viros vocat ad sua praemia virtus.
Primus sudor equis. Dic, inclyte Phoebe, regentum
Nomina, dic ipsos (neque enim generosior unquam
Alipedum collata acies) ceu praepete cursu
Confligant densae volucres, aut litore in uno
Aeolus insanis statuat certamina ventis.
Ducitur ante omnes rutilae manifestus Arion
Igne jubae: Neptunus equo, si certa priorum
Fama, pater: primus teneris laesisse lupatis
Ora, et litoreo domitasse in pulvere fertur,
Verberibus parcens: etenim insatiatus eundi
Ardor, et hiberno par inconstantia ponto.
Saepe per Ionium Libycumque natantibus ire
Interjunctus equis, omnesque assuetus in oras
Caeruleum deferre patrem: stupuere relicta
Nubila, certantes Eurique Notique sequuntur.
Nec minor in terris bella Eurysthea gerentem
Amphitryoniadem alto per gramina sulco
Duxerat: ille etiam ferus, indocilisque teneri.
Mox divûm dono regis dignatus Adrasti
Imperia, et multum mediis mansueverat annis.
Tunc rector genero Polynici indulget agendum
Multa monens, ubi fervor equo, qua suetus ab arte
Mulceri, ne saeva manus, ne liber habenis
Impetus. « Urge alios, inquit, stimulisque, minisque;
Ille ibit, minus ipse voles: » sic ignea lora
Quum daret, et rapido Sol natum imponeret axi,
Gaudentem lacrymans astra insidiosa docebat,
Nolentesque teri zonas, mediamque polorum
Temperiem: pius ille quidem, et formidine cauta;
Sed juvenem durae prohibebant discere Parcae.
Oebalios sublimis agit spes proxima palmae
Amphiaraus equos: tua furto lapsa propago,
Cyllare, dum Scythici diversus ad ostia ponti
Castor Amyclaeas remo permutat habenas.
Ipse habitu niveus: nivei dant colla jugales:

E l'empietà de la vicina notte:
Poscia mill'altri simulacri eccelsi.
Saziati alfin di sì leggiadra vista,
A li premii d'onor chiama virtude
I greci eroi. Primi a sudar nel campo
Furo i destrieri fervidi e spumanti.
Or tu de' duci e de' cavalli i nomi
Mi narra, o Febo; in nissun tempo mai
Più pronti corridor mossero al corso.
Men veloci gli augei batton le penne,
Se contendon nel volo, e andrian più tardi
I venti, se il lor re tutti da un lido
Gli sciogliesse ad un tempo. Ecco primiero
Viene Arion, noto al purpureo pelo.
Ei nacque di Nettun (se il ver ci narra
L'antica fama) e fu Nettun che al freno
Prima avvezzollo, e lo sospinse al corso
Per l'arenoso lido, e tenne ascosa
La sferza; chè il destriero avea tal lena,
Che gareggiar potea col mar fremente.
Dicesi che fra quei che in mar son nati
Guidasse il carro del ceruleo padre
Per l'immenso Oceáno in varie spiagge:
Stupìr le nubi, i nembi e le procelle,
Ed Euro e Noto che restaro indietro:
Poscia imprimendo co' gran piè l'arena,
Portò sul dorso il valoroso Alcide,
Che già spegnendo de la terra i mostri
Per comando del rigido Euristeo,
Mal ubbidiente ancor a sì gran mano.
Ma poi che domo fu l'ardor de gli anni,
Ebbelo Adrasto in dono, e lo reggea
Con dolce freno, con destrezza ed arte,
Ed or lo presta al genero Tebano.
Gli addita i modi onde il destrier s'inaspra
E quelli ancora onde si molce e placa:
« Nol batter, dice, e sii del freno avaro;
Pungi pur gli altri e sferza: egli è nel corso
Veloce sì, che tu 'l vorresti meno. »
In cotal guisa lagrimando Apollo,
Prima che desse al troppo audace figlio
La sferza e i freni e 'l risplendente carro,
Gl' insegnò quali stelle egli dovea
Schivar, e quali zone, e 'l luminoso
Sentiero gli additò che fende il cielo
Con spazio egual fra l'uno e l'altro polo:
Ma 'l fato già maturo e l'empie Parche
Quel superbo garzon fatto avean sordo.
Appo Arione Anfiarao conduce
I Laconi destrier, prossima speme
Di vincere nel corso; e son tuoi figli,
Cillaro, nati di furtivo amore,
Mentre Castor solcando il Tracio mare,
Cambiò i freni Amiclei co' remi d'Argo.
Bianchi erano i destrier, bianch'era il manto
Del sommo vate, e bianche eran le penne

Concolor est albis et cassis et infula cristis.

Quin et Thessalicis felix Admetus ab oris
Vix steriles compescit equas; Centaurica dicunt
Semina: credo, adeo sexum indignantur, et omnis
In vires adducta Venus: noctemque diemque
Assimulant, maculis internigrantibus albae.
Tantus uterque color, credi nec degener illo
De grege Castaliae, stupuit qui sibila cannae
Laetus, et audito contempsit Apolline pasci.

Ecce et Iasonidae juvenes, nova gloria matris
Hypsipyles, subiere jugo, quo vectus uterque.
Nomen avo gentile Thoas, atque omine dictus
Euneos Argoo: geminis eadem omnia, vultus,
Currus, equi, vestes, par et concordia voti;
Vincere, vel solo cupiunt a fratre relinqui.

It Chromis, Hippodamusque, alter satus Hercule magno,
Alter ab Oenomao: dubites, uter effera presset
Frena magis. Getici pecus hic Diomedis; at ille
Pisaei juga patris habet: crudelibus ambo
Exuviis, diroque imbuti sanguine currus.

Metarum instar erat hinc nudo robore quercus,
Olim omnes exuta comas, hinc saxeus umbo
Arbiter agricolis: finem jacet inter utrumque,
Quale quater jaculo spatium, ter arundine vincas.

Interea cantu Musarum nobile mulcens
Concilium, citharaeque manus insertus Apollo
Parnassi summo spectabat ab aethere terras,
Orsa deum (nam saepe Jovem, Phlegramque, suique
Anguis opus, fratrumque pius cantarat honores)
Tunc aperit, quis fulmen agat, quis sidera ducat
Spiritus, unde animi fluviis, quae pabula ventis,
Quo fonte immensum vivat mare, quae via soles
Praecipitet, noctem quae porrigat, imane tellus,
An media, et rursus mundo succincta latenti.

Finis erat; differt avidas audire sorores:
Dumque chelyn lauro, textumque illustre coronae

Del gran cimiero, e l'infula e le bende.

Poi da' Tessali campi il buon Admeto
Sue sterili giumente al corso mena,
Seme de' fier Centauri, e son rubelle
Al sesso, e in loro l'amoroso caldo
Vinto e represso si converte in forza:
Son d'un color simile al dì e a la notte,
Di macchie tinte biancheggianti e nere.
Tal era forse il Pegaseo cavallo,
Che d'Apollo in sentire il dolce suono
Tutto allegrossi, e sprezzò il fieno e l'erba.

Ed ecco i figli di Giason, novella
Gioia e onor de la madre, entro l'arringo
Su' lor carri mostrarsi. Il primo avea
De l'avo il nome, e detto era Toante,
E l'altro Euneo con più felice auspicio.
Simili in tutto son, simili i volti,
I carri, li cavalli e gli ornamenti:
Ognun di vincer brama, e se pur vinto
Ha da restar, che 'l suo fratel lo vinca.

Viene Ippodamo poi d'Enomao figlio,
E Cromi nato del famoso Alcide;
Nè sai ben dir qual con più destra mano
I freni regga de' destrier feroci.
Guida il secondo quei che 'l padre tolse
A Diomede, ed il primiero affrena
Quelli che fur del genitor crudele:
Ed hanno ancora l'uno e l'altro i carri
Di putrefatto sangue aspersi e tinti.

Stava di meta in guisa a l'un de' lati
D'annosa arida quercia un nudo tronco:
Da l'altra un sasso, termine de' campi;
Ed eran fra di lor tanto distanti,
Quanto tre volte può tirar un arco,
O quattro volte da robusta mano
Lanciarsi un dardo: or questo spazio assegna
Adrasto al corso de' destrier veloci.

Ma Febo intanto su l'eccelsa cima
Del suo Parnaso fra le caste Muse
Dolce cantava al suon de l'aureo plettro
L'opre de' Numi, e risguardava il mondo.
Già Flegra e Giove e 'l fier Pitone ucciso,
E de' fratelli suoi le glorie e i vanti
Narrato avea, e allor seguía spiegando
Come il fulmin si formi, e quale avvivi
Spirito gli astri, e li conduca in giro;
Ond'abbian vita i fiumi, e d'onde i venti
Ricevan moto, e come il mar profondo
Immenso si mantenga e mai non scemi:
Qual sia il cammin del sol, qual de la notte:
Se stia la terra nel suo proprio centro
Librata in mezzo, o pur nell' ima parte:
Se diansi ignoti monti e terre ignote.
Finito aveva, e de le Muse pronte
E desiose di cantare a prova
Per allor differendo i bei concenti.

Subligat, et picto discingit pectora limbo,
Haud procul Herculeam Nemeen clamore reductu
Aspicit; atque illic ingens certaminis instar
Quadrijugi: noscit cunctos, et forte propinquo
Constiterant Admetus et Amphiaraus in arvo.
Tunc secum, « Quisnam iste duos, fidissima Phoebo
Nomina, commisit deus in discrimina reges?
Ambo pii, carique ambo: nequeam ipse priorem
Dicere. Peliacis hic quum famularer in arvis
(Sic Jovis imperia, et nigrae voluere sorores),
Tura dabat famulo, nec me sentire minorem
Ausus; at hic tripodum comes, et pius artis alumnus
Aethereae: potior meritis tamen ille, sed hujus
Extrema jam fila colo: datur ordo senectae
Admeto, serumque mori: tibi nulla supersunt
Gaudia; jam Thebae juxta, et tenebrosa vorago.
Scis miser, et nostrae pridem cecinere volucres. »
Dixit, et os fletu paene inviolabile tinctus
Extemplo Nemeen radiante per aethera saltu
Ocior et patrio venit igne suisque sagittis.
Ipse olim in terris, coelo vestigia durant,
Claraque per Zephyros etiamnum semita lucet.
Et jam sortitus Prothous versarat ahena
Casside; jamque locus cuique est, et liminis ordo.
Terrarum decora ampla viri, decora ampla jugales,
Divûm utrumque genus, stant uno margine clausi;
Spesque, audaxque una metus, et fiducia pallens.
Nil fixum cordi: pugnant exire, paventque:
Concurrit summos animosum frigus in artus.
Qui dominis, idem ardor equis; face lumina surgunt,
Ora sonant morsu, spumisque, et sanguine ferrum
Uritur, impulsi nequeunt obsistere postes,
Claustraque, compressae transfumat anhelitus irae.
Stare adeo miserum est! Pereunt vestigia mille
Ante fugam, absentemque ferit gravis ungula campum.
Circumstant fidi, nexusque, et torta jubarum
Expediunt, firmantque animos, et plurima monstrant.
Insonuit contra Tyrrhenum murmur, et omnes
Exsiluere loco. Quae tantum carbasa ponto?
Quae bello sic tela volant? quae nubila coelo?
Amnibus hibernis minor est, minor impetus igni:

Appesi aveva ad un vicino alloro
La cetra, il serto e 'l ricamato cinto;
Quando al rumor che del famoso Alcide
Nella valle sentì, gli occhi rivolse,
E vide i corridor starsi a le mosse:
Li riconosce, e vede a caso giunti
Admeto e Anfiarao starsi del pari,
E così seco stesso egli ragiona:
Qual Nume avverso alla tenzone adduce
Due regi, a me sì cari ambi e sì pii?
Nè so ben dir cui del mio amor più onori.
Il primo, allor che per voler di Giove
E de le Parche ne' Pelliaci campi
A lui fui servo, m'onorò qual nume,
Nè mai soffrì ch'io fossi a lui minore:
È de' tripodi miei l'altro compagno,
Ed ha di mia virtù ricolmo il petto.
Ha maggior merto il primo, ma 'l secondo
Tende al suo fine, ed ha ripieno il fuso.
Giungerà quegli a la canuta etade;
Ma per te nulla gioia, e ben lo sai,
Misero, e tel mostraro i nostri augelli:
Tebe è vicina, e la fatal vorago. »
Sì disse; e 'l volto ognor sereno e lieto
Quasi rigò di pianto, e in un baleno
In Neme scese più veloce e presto
Del fulmine di Giove e de' suoi dardi,
Lasciando l'aria e 'l ciel col lungo solco,
Dove passò, di suo splendore impressi.
E di già Proto tratte avea da un elmo
Le sorti de' guerrieri, e già ciascuno
Stava al suo luogo per diritta riga.
Bello il veder gli eroi, bello i destrieri,
Tutti scesi da' Numi, onor del mondo,
Impazienti ad aspettar le mosse.
Speme, audacia, timor ne' forti petti
Fanno battaglia, e pallida fidanza:
Incerte hanno le menti, e 'l segno or bramano
De la partenza, or di partir paventano,
E scorre loro un freddo ardir per l'ossa.
Nè più tranquilli o desiosi meno
Stanno i destrier; spiran da gli occhi fuoco,
Mordono i fren, gli smaltano di spume,
Non trovan loco, urtan co' larghi petti
Le sbarre e i claustri, e da le nari fumano
Sdegno e furor; fanno e disfan mill'orme
In sul terreno, e la ferrata zampa
Minacciar sembra di lontano il campo.
Son lor d'intorno i fidi amici, e i crini
Sviluppan de' cavalli, e gli altri arnesi
Che far potriano intoppo; e a' combattenti
Inspirano coraggio e dan consigli.
Quando odesi la tromba: e tutti a un tempo
Da le mosse partir. Qual vela in mare?
Qual nube in ciel? quale mai dardo in guerra
Va sì veloce? Con minor ruina

Tardius astra cadunt: glomerantur tardius imbres:
Tardius e summo decurrunt flumina monte.
Emissos videre, atque agnovere Pelasgi.
Et jam rapti oculis, jam caeco pulvere mixti
Una in nube latent, vultusque umbrante tumultu,
Vix inter sese clamore et nomine noscunt.
Evolvere globum, et spatio quo quisque valebat
Diducti: delet sulcos iterata priores
Orbita: nunc avidi prono juga pectore tangunt,
Nunc pugnante genu pressis duplicantur habenis:
Colla toris crinita tument, stantesque repectit
Aura jubas: bibit albentes humus arida nimbos.
Fit sonus, immanisque pedum, tenuisque rotarum.
Nulla manus requies; densis insibilat aër
Verberibus: gelida non crebrior exsilit Arcto
Grando, nec Oleniis manant tot cornibus imbres.
Senserat adductis alium praesagus Arion
Stare ducem loris, dirumque expaverat insons
Oedipodioniden: jam illinc a limine discors,
Iratusque oneri insolito truculentior ardet.
Inachidae credunt accensum laudibus: ille
Aurigam fugit: aurigae furiale minatur
Efferus, et campo dominum circumspicit omni.
Ante tamen cunctos sequitur, longeque secundus
Amphiaraus agit, quem Thessalus aequat eundo
Admetus: juxta gemini, nunc Euneos ante,
Et nunc ante Thoas: cedunt, vincuntque; nec unquam
Ambitiosa pios collidit gloria fratres.
Postremum discrimen erant Chromis asper, et asper
Hippodamus: non arte rudes, sed mole tenentur
Cornipedum: prior Hippodamus fert ora sequentum,
Fert gemitus, multaque humeros incenditur aura.
Speravit flexae circum compendia metae,
Interius ductis, Phoebeius augur, habenis,
Anticipasse viam, nec non et Thessalus heros
Spe propiore calet; dum non cohibente magistro

Scendon da' monti i rapidi torrenti;
Non tanta forza ha il fuoco, e non sì preste
Cadon le stelle, e l'orrida tempesta
Più lenta piomba, e 'l fulmine è più tardo.
Quando partir, fur noti i carri, i duci;
Ma tale alzossi un turbine di polve,
Che quasi nube in sè gli ascose, e appena
A le voci, al rumor in quel tumulto
Si conoscon tra lor: van prima uniti,
E poi ciascun, o meno o più veloce,
Avanza o resta, e già si son divisi.
L'orme dal primo impresse annulla e strugge
Chi vien secondo: ora con tutto il petto
S'inchinano sul giogo, e i freni allentano;
Or fermi su' ginocchi a sè ritirano
Le redini e i cavalli, e i carri volgono:
Gonfiano questi il collo, e a l'aria scherzano
Gli svolazzanti crini, e 'l campo rigano
Di nobile sudor. Rimbomba il suolo
Al grave calpestar de' gran corsieri,
Ed al molle girar de l'alte ruote.
Non stan ferme le mani, e stride e fischia
In spessi colpi l'agitata sferza.
Non più frequente esce dal gelid' Arto
La grandin procellosa, e in minor copia
Versa il corno Amalteo le piogge e i nembi.
Già presago Arion conosce e sente
A le mal rette briglie il signor nuovo,
Ed ha in orror de l'empio Edippo il figlio:
Vien furiando, e abominando il peso,
Più de l'usato indomito e feroce:
Credono i Greci che al trionfo aspiri;
Ma l'auriga egli fugge, e lo minaccia,
E l'antico signor con gli occhi cerca:
Pur tuttavia gli altri gran tratto avanza.
Vien, benchè lungi, Anfiarao secondo,
E seco al par va gareggiando Admeto.
Seguono i due gemelli, ed or Toante
È innanzi, ed or Euneo: or l'uno vince,
Or l'altro cede, e ambizion d'onore
Non mai giunge a turbar l'alme concordi.
Veggonsi estremi Ippodamo feroce
Ed il feroce Cromi: ambo ne l'arte
Esperti; ma i destrieri han gravi e lenti.
Ippodamo è primier, ma di sì poco,
Che de' destrier di Cromi a tergo sente
Le teste, e l'anelare e 'l caldo fiato.
Sperò l'augure Argivo (allor che vide
Arione vagar con varii giri
E fuor di mano) i suoi destrier volgendo
Su la sinistra, ov'è la meta, il corso
Anticipar, ed essere primiero.
Admeto anch' ei s'affretta, ed ha gran speme
D'esser, se non primiero, almen secondo.
E di già le lor brame eran contente:
Quando Arion stanco da lunghi errori

Spargitur in gyros, dexterque exerrat Arion.
Jam prior Oeclides, et jam non tertius ibat
Admetus, laxo quum tandem ex orbe reductus
Aequoreus sonipes premit, evaditque parumper
Gavisos: subit astra fragor, coelumque tremiscit,
Omniaque excusso patuere sedilia vulgo.
Sed nec lora regit, nec verbera pallidus addit
Labdacides: lassa veluti ratione magister
In fluctus, in saxa ruit; nec jam amplius astra
Respicit, et victam projecit casibus artem.

Rursus praecipites in recta ac devia campi
Obliquant, tenduntque vias; iterum axibus axes
Inflicti, radiisque rotae: pax nulla, fidesque.
Bella geri ferro levius; bella horrida credas.
Is furor in laude est: trepidant, mortemque minantur,
Multaque transversis praestringitur ungula campis.
Nec jam sufficiunt stimuli, non verbera: voce
Nominibusque cient Pholoën Admetus, et Irin
Funalemque Thoën; rapidum Danaëius augur
Ascheton increpitans, meritumque vocabula Cycnum.
Audit et Herculeum Strymon Chromin, Euneon audit
Igneus Aechion: tardum Calydona lacessit
Hippodamus, variumque Thoas rogat ire Podarcem.
Solus Echionides errante silentia curru
Moesta tenet, trepidaque timet se voce fateri.

Vixdum coeptus equis labor, et jam pulvere quarto
Campum ineunt; jamque et tepidis sudoribus artus
Effeti, et crassum rapit ejectatque vaporem
Cornipedum flammata sitis: nec jam integer illis
Impetus, et longi suspendunt ilia flatus.

Hic anceps fortuna diu decernere primum
Ausa venit: ruit, Haemonium dum fervidus instat
Admetum superare Thoas; nec praetulit ullam
Frater opem: velit ille quidem; sed Martius ante
Obstitit Hippodamus, mediasque immisit habenas.
Mox Chromis Hippodamum metae interioris ad orbem
Viribus Herculeis et toto robore patris
Axe tenet prenso: luctantur abire jugales
Nequicquam, frenosque et colla rigentia tendunt.
Ut Siculas si quando rates tenet aestus, et ingens
Auster agit, medio stant vela tumentia ponto.

Tunc ipsum fracto curru deturbat, et isset
Ante Chromis; sed Thraces equi ut videre jacentem
Hippodamum, redit illa fames, jam jamque trementem

Si fu rivolto, e più leggier del vento
Si mosse, gli arrivò, lasciolli addietro.
Vanno i gridi alle stelle, e'l ciel rimbomba,
E da le sedie lor s'alza la turba.
Ma Polinice omai pallido e lasso
Più il fren non regge, e lo scudiscio adopra.
Come nocchier che già confuso e stanco
Precipita ne' flutti e contro i scogli,
Nè più guarda a le stelle, e di già vinta
L'arte la nave lascia in preda a' venti.

Avean già data la primiera volta,
E ricorrean lo stadio in varii solchi.
Qui s'accozzan di nuovo, e qui si sente
Asse con asse urtar, ruota con ruota.
Nulla pace è fra lor, nullo riguardo:
Sarían men fieri in guerra; e ben rassembra
Questa esser pugna fra nemiche schiere.
Dassi lode al furor: han tema e speme;
Minaccian morte, e l'uno a l'altro il calle
Tronca e ritarda, e tal desio gl'infiamma,
Che non bastano lor stimoli e sferze;
Ma incitan con la voce i lor corsieri.
Admeto chiama a nome or Foloe, or Iri,
Or lo scapolo Toe; nè Anfiarao
Sgrida Ascherone meno, o il bianco Cigno
Di cotal nome degno. I gridi sente
Strimone Erculeo del feroce Cromi;
E quei d'Euneo sente Etion focoso;
Ippodamo minaccia il suo Cidone,
E'l suo Podarce maculoso e lento
Prega Toante ad affrettare il corso.
Sul Polinice sbigottito e mesto
Se ne va errando, e non ardisce il labbro
Aprire, e quanto può si tien segreto.

Appena da le mosse eran partiti,
Che già la quarta polve alzan sul campo;
E già ne' corridor manca la lena,
E vengon men veloci ed anelanti.

Sta la fortuna in mezzo, incerta ancora
A cui doni l'onor d'esser primiero.
Mentre Toante a pareggiare aspira
Il re d'Anfriso, si rovescia e cade:
Nè'l buon fratello può recargli aiuto;
Perchè mentr'ei v'accorre, a lui s'oppone
Ippodamo col carro, e l'attraversa.
Ma Cromi giunge, e con erculeo braccio
E col vigor del padre il carro piglia
D'Ippodamo, e lo ferma: invano i colli
Stendono e i petti i buon cavalli, e invano
Il crudele signor li punge e sferza.
Così talor fra la corrente e'l vento
Stan nel Siculo mar ferme le navi.

Già rotto il carro, e'l cavalier caduto,
Passava Cromi vincitore innanzi:
Quando i Tracii destrier, che'l vider steso,
Rinnovandosi in lor l'antica fame.

Partiti furiis; ni frena, ipsosque frementes,
Oblitus palmae, retro Tirynthius heros
Torsisset, victusque et collaudatus abisset.

At tibi promissos jamdudum Phoebus honores,
Amphiaraë, cupit. Tandem ratus apta favori
Tempora, pulverei venit in spatia horrida circi,
Quum jam in fine viae, et summum victoria nutat:
Anguicomam monstri effigiem saevissima visu
Ora movet; sive ille Erebo, seu finxit in astu
Temporis; innumera certe formidine cultum
Tollit in astra nefas: non illud janitor atrae
Impavidus Lethes, non ipsae horrore sine alto
Eumenides vidisse queant: turbasset euntes
Solis equos, Martisque jugum; nam flavus Arion
Ut vidit, saliere jubae, atque erectus in armos
Stat, sociumque jugi, comitesque utrimque laboris
Secum alte suspendit equos. Ruit ilicet exsul
Aonius, nexusque diu per terga volutus
Exuit: abripitur longe moderamine liber
Currus; at hunc putri praeter tellure jacentem
Taenarei currus, et Thessalus axis, et heros
Lemnius, obliqua quantum vitare dabatur
Transabiere fuga. Tandem caligine mersum
Erigit accursu comitum caput, aegraque tollit
Membra solo, et socero redit haud speratus Adrasto.

Quis mortis, Thebane, locus? nisi dura negasset
Tisiphone, quantum poteras dimittere bellum?
Te Thebae, fraterque palam, te plangeret Argos,
Te Nemee: tibi Lerna comas, Larissaque supplex
Poneret; Archemori major colerere sepulcro.

Tunc vero Oeclides, quamquam jam certa sequenti
Praemia, quum vacuus domino praeiret Arion,
Ardet adhuc cupiens vel inanem vincere currum.
Dat vires, refovetque deus: volat ocior Euro,
Ceu modo carceribus dimissus in arva solutis,
Verberibusque jubas et terga lacessit habenis,
Aschetonque increpitansque levem Cycnumque nivalem:
Nunc saltem dum nemo prior, rapit igneus orbes
Axis, et effossae longe sparguntur arenae.
Dat gemitum tellus, et jam tunc saeva minatur.
Forsitan et victo prior isset Arione Cycnus;
Sed vetat aequoreus vinci pater: hinc vice justa
Gloria mansit equo, cessit victoria vati.

Huic, pretium palmae, gemini cratera ferebant
Herculeum juvenes: illum Tirynthius olim
Ferre manu sola, spumantemque ore supino

Gli si avventar co' morsi: allora Cromi
I freni torse, ed obbliò la palma,
E vinto si partì colmo di lode.

Mentre sta ancora la vittoria in forse,
E già vicini sono al fin del corso,
Per te scende nel circo, Anfiarao,
Febo, per darti il già promesso onore.
Anguicrinito mostro in campo adduce,
Che minaccia spavento, orrore e morte:
(O lo trasse d' Inferno, o in un momento
D' aria lo finse) senza tema e gelo
Nol mireria d' Inferno il fier custode,
Nè l' empie Furie: torneriano indietro
I cavalli del sole e quei di Marte,
Non che Arion, che a sì tremendo oggetto
Arruffò il crine, e su due piè rizzossi,
E seco in alto i suoi compagni trasse.
Cadde rovescio l' esule Tebano,
E strascinato per l' arena, alfine
Sviluppò il braccio da le briglie, e 'l carro
Senza rettor sen gì vagando intorno.
Mentr' ei giacea sul putrido terreno,
Passaro a volo le Tenaree ruote,
Ed il Tessalo giogo, e 'l forte Euneo
Vicini sì, che lo schivaro appena.
Corser gli amici, e attonito e confuso
L' alzâr da terra; ed ei tremante e lasso
Ritornò non sperato al vecchio Adrasto.

Che nobil morte ti negò Megera,
Misero Polinice! a quante stragi,
A quante guerre avresti posto il fine!
Tebe e 'l fratello stesso, ed Argo e Neme
T' avrebber pianto. Quanti onori e voti
Lerna e Larissa t' avrian fatti! fora
D' Archemoro maggiore il tuo sepolcro.

Ma Anfiarao, che ha la vittoria certa,
Benchè secondo, e che Arion preceda
Senza rettor, pur di passarlo agogna:
Febo l' assiste, e gli dà forza e lena.
Men presto è il vento, e pur allora sembra
Che da le mosse ei parta: or prega, or sferza
Ascherion veloce e il bianco Cigno:
E adesso almeno, ei grida, or che Arione
Sen va ramingo. Vola il carro, e fuoco
Gittan le ruote, e fa la polve un nembo:
Rimbomba il suolo, ed ei minaccia e punge:
E forse Cigno avria lasciato indietro
Il rapido Arion; ma nol concesse
Nettuno; onde restar con lance eguale
Al destriero l' onor, la palma al vate.

De la vittoria in prezzo a lui portaro
Due giovanetti una ben sculta tazza,
Che d' Ercole fu un tempo. Il forte eroe
Con una sola man l' ergeva in alto,
E ridondante di spumoso vino,
Dopo aver vinti i mostri e le battaglie,

Vertere, seu monstri victor, seu Marte, solebat.
Centauros habet arte truces, aurumque figuris
Terribile: hic mixta Lapitharum caede rotantur
Saxa, faces, aliique iterum crateres; ubique
Ingentes morientum irae: tenet ipse furentem
Hylaeum, et torta molitur robora barba.
  At tibi Maeonio fertur circumflua limbo
Pro meritis, Admete, chlamys, repetitaque multo
Murice. Phrixei natat hic contemptor ephebus
Aequoris, et picta translucet caerulus unda:
In latus ire manus, mutaturusque videtur
Brachia, nec siccum speres in stamine crinem:
Contra autem frustra sedet anxia turre suprema
Sestias in speculis: moritur prope conscius ignis.
Has Adrastus opes dono victoribus ire
Imperat: at generum famula solatur Achaea.
  Sollicitat tunc ampla viros ad praemia cursu
Praeceleres: agile studium, et tenuissima virtus,
Pacis opus, quum sacra vocant; nec inutile bellis
Subsidium, si dextra neget. Prior omnibus Idas,
Nuper Olympiacis umbratus tempora ramis,
Prosilit: excipiunt plausu Pisaea juventus
Eleaeque manus: sequitur Sicyonius Alcon;
Et bis in Isthmiaca victor clamatus arena
Phaedimus; alipedumque fugam praegressus equorum
Ante Dymas, sed tunc aevo tardante secutus.
Multi et, quos varii tacet ignorantia vulgi,
Hinc atque hinc subiere. Sed Arcada Parthenopaeum
Appellant, densique cient vaga murmura circi.
Nota parens cursu: quis Maenaliae Atalantes
Nesciat egregium decus, et vestigia cunctis
Indeprensa procis? onerat celeberrima natum
Mater: et ipse procul fama jam notus inermes
Narratur cervas pedes inter aperta Lycaei
Tollere, et emissum cursu deprendere telum.
Tandem exspectatus volucri super agmina saltu
Emicat, et torto chlamydem diffibulat auro.
Effulsere artus, membrorumque omnis aperta est

La solea tracannar tutta in un fiato.
Souvi scolpiti i fier Centauri, e l' oro
Risplende di terribili figure:
È de' Lapiti qui la strage espressa:
Volano e faci e dardi ed altre tazze,
E si scorgon per tutto orridi aspetti
Di morti e di feriti: Alcide prende,
Alcide stesso il furibondo Ileo
Per la deforme barba, e a sè lo tragge.
  In ricompensa de' secondi onori
Ebbe Admeto un bel manto adorno e pinto
Di Meonio ricamo, e rosseggiante
Di porpora di Tiro: ivi si scorge
Leandro sprezzator del mar d' Abido
Girsene a nuoto e trasparir per l' onda:
Sembra mover le mani, ed or le braccia
A sè ritrarre, ora allargarle; e tanto
L' arte poteo! par ch' abbia molle il crine.
Sul lido opposto da un' eccelsa torre
Ero dolente mira il mar turbato,
E 'l lume amico a' suoi furtivi amori
Con funesto presagio ecco si spegne.
Ebbero i vincitor sì ricchi doni;
Ma per conforto al genero tebano
Adrasto diede una leggiadra ancella.
  Poscia la gioventù veloce e lieve
Al corso invita facile virtude,
E di pace esercizio, allor che 'l chiede
O sacrificio o festa, e non affatto
Vana in battaglia, se contrario è Marte.
De l' Olimpica fronda il capo cinto
Ida primo comparve, e gli applaudiro
L' Elée falangi e i giovani Pisani.
Venne secondo il Sicionio Alcone,
E vincitore ne' Corintii giuochi
Per ben due volte Fedimo leggiero,
E Dima un tempo di sì lievi piante,
Che lasciò indietro i corridori in corso;
Ed or più tardo per l' età li siegue.
Quindi molt' altri di diverse genti,
Che lungo fora annoverar; ma il circo
Mormora, e chiama l' Arcade garzone,
Cui la rapida madre accresce fama.
Chi d' Atalanta il sommo pregio ignora,
Che tanti proci superò nel corso?
Il valor de la madre è al figlio impegno,
Ed è sprone ed esempio, e già famoso
Era per molte prove: i cervi avea
Raggiunti in corso; indi scoccando l' arco,
Avea 'l dardo ripreso a mezzo il volo.
Questo sol chiama il comun grido, e aspetta
Desiando la turba; ed ei d' un salto
S' erge sopra le schiere e sbalza in campo.
Scioglie l' aurate fibbie, e 'l manto spoglia,
E nuda mostra la leggiadra e vaga
Armonía de le membra e l' ampie spalle,

Laetitia, insignesque humeri, nec pectora nudis
Deteriora genis, latuitque in corpore vultus.
Ipse tamen formae laudem aspernatur, et arcet
Mirantes: tunc Palladios non inscius haustus
Incubuit, pinguique cutem fuscatur olivo.
Hoc Idas, hoc more Dymas, aliique nitescunt.
Sic ubi tranquillo pellucent sidera ponto,
Vibraturque fretis coeli stellantis imago,
Omnia clara nitent: sed clarior omnia supra
Hesperos exercet radios, quantusque per altum
Aethera, caeruleis tantus monstratur in undis.
Proximus et forma, nec multum segnior Idas
Cursibus, atque aevo juxta prior: attamen illi
Jam tenuem pingues florem induxere palaestrae,
Deserpitque genis, nec se lanugo fatetur
Intonsae sub nube comae. Tunc rite citatos
Explorant, acuuntque gradus, variasque per artes
Instimulant docto languentia membra tumultu.
Poplite nunc flexo sidunt, nunc lubrica forti
Pectora collidunt plausu: nunc ignea tollunt
Crura, brevemque fugam nec opino fine reponunt.
Jam ruit, atque aequum submisit regula limen;
Corripuere leves spatium, campoque refulsit
Nuda cohors: volucres iisdem modo tardius arvis
Isse videntur equi: credas e plebe Cydonum
Parthorumque fuga totidem exsiluisse sagittas.
Non aliter celeres Hyrcana per avia cervi,
Quum procul impasti fremitum accepere leonis,
Sive putant: rapit attonitos fuga caeca, metusque
Congregat, et longum dant cornua mixta fragorem.
Effugit hic oculos rapida puer ocior aura
Maenalius, quem deinde gradu premit horridus Idas,
Inspiratque humero; flatuque, et pectoris umbra
Terga premit: post ambiguo discrimine tendunt
Phaedimus atque Dymas: illis celer imminet Alcon.
Flavus ab intonso pendebat vertice crinis
Arcados: hoc primis Triviae pascebat ab annis
Munus, et Ogygio victor cum Marte redisset,
Nequicquam patriis audax promiserat aris.
Tunc liber nexu, lateque in terga solutus
Occursu Zephyri retro fugit, et simul ipsum
Impedit, infestoque volans obtenditur Idae.
Inde dolum juvenis, fraudique accommoda sensit
Tempora: jam finem juxta, dum limina victor

E 'l bianco petto molle al par del viso,
Che quasi perde in paragon del corpo.
Egli non cura la natía beltade,
Nè chi l' ammira e adorator la loda;
Ma nell' arte di Pallade maestro
Di pingue oliva le sue membra infosca.
Lo stesso fero Ida e Dimante, e quanti
Erano accinti al corso. In cotal guisa
Quando è sereno il ciel, tranquillo il mare,
L' immagine de gli astri in mar riflette
Lucida e pura; ma di maggior lume
Espero irradia, e quale e quanto è in cielo
Tutto risplende ne' cerulei flutti.
Prossimo di bellezza e di speranza
Ida si scorge, ma d' età maggiore:
Il primo pelo gli spuntava appena;
Ma 'l frequente liquor de la palestra
E 'l lungo crine lo nasconde e cela.
Così posti a le mosse, ognun le membra
Snoda con varii moti al vicin corso,
E prova fa de le veloci piante.
Or piegan le ginocchia, or con le palme
Fan risuonare i petti, or breve fuga
Tentan correndo, e al posto lor ritornano.
Ma come pria rimossa fu dai stalli
L' invidiosa corda, e 'l campo aperto,
Tutti a un tempo partiro, e per l' arena
Splendeano ai rai del sole i corpi ignudi.
Non sì veloci da le mosse usciro
Pur ora i velocissimi destrieri.
Sembran da cretic' arco o pur da parto
Da tergo uscite rapide saette.
Così qualor senton ruggir da lungi,
O sembra loro, aspro leon feroce,
Fuggono i cervi timidi e confusi,
E insiem ristretti, chè 'l timor gli aduna,
E fan miste le corna alto fragore.
Fugge da gli occhi più leggier del vento
Il Menalio garzon: Ida lo segue,
E lo scalda col fiato, e già coll' ombra
Gli preme il tergo. Fedimo e Dimante
Van gareggiando insieme, ed il veloce
Alcon gl' incalza, e di passarli ha speme.
Al bel Partenopeo scendea sul dorso
Il non tosato crin, ch' egli serbava
Fin da più teneri anni a Trivia in dono;
E s' ei tornava vincitor da Tebe,
Avea promesso con inutil voto
Reciso offrirlo sovra i patrii altari.
Ed or sciolto da' nodi al vento ondeggia,
Che seco scherza e lo respinge indietro,
E fa ritardo al corso, e svolazzante
L' offre al nemico che l' incalza e segue.
Ida l' offerta occasion di frode
Abbraccia tosto, e ne conosce il tempo.
Già già Partenopeo giunge a la meta:

Parthenopaeus fuit, correpto crine reductum
Occupat, et longae primus ferit ostia portae.
Arcades arma fremunt: armis defendere regem,
Ni raptum decus et meriti reddantur honores,
Contendunt, totoque parant decedere circo.
Sunt et quis Idae placeat dolus: ipse regesta
Parthenopaeus humo vultumque oculosque madentes
Obruit: accessit lacrymarum gratia formae.
Pectora nunc moerens, nunc ora indigna cruento
Ungue secat, meritamque comam; furit undique clamor
Dissonus, ambiguumque senis cunctatur Adrasti
Consilium: tandem ipse refert: « Compescite litem,
O pueri! virtus iterum tentanda: sed ite
Limite non uno: latus hoc conceditur Idae,
Tu diversa tene: fraus cursibus omnis abesto. »
Audierant, dictoque manent: mox numina supplex
Affatu tacito juvenis Tegeaeus adorat:
« Diva potens nemorum (tibi enim, hic tibi crinis
Debitus, eque tuo venit haec injuria voto), honori
Si bene quid genitrix, si quid venatibus ipse
Promerui, ne, quaeso, sinas hoc omine Thebas
Ire, nec Arcadiae tantum meruisse pudorem. »
Auditum manifesta fides: vix campus euntem
Sentit, et exilis plantis intervenit aër,
Raraque non fracto vestigia pulvere pendent.
Irrupit clamore fores, clamore recurrit
Ante ducem, prensaque levat suspiria palma.
Finiti cursus, operumque insignia praesto.
Arcas equum dono, clypeum gerit improbus Idas,
Cetera plebs Lyciis gaudet contenta pharetris.
Tunc vocat, emisso si quis decernere disco
Impiger, et vires velit ostentare superbas.
Iter jussus Pterelas, et ahenae lubrica massae
Pondera vix toto curvatus corpore juxta
Dejicit: inspectant taciti, expenduntque laborem
Inachidae: mox turba ruunt: duo gentis Achaeae,
Tres Ephyreiadae, Pisa satus unus, Acarnan
Septimus: et plures agitabat gloria, ni se
Arduus Hippomedon cavea stimulante tulisset
In medios, lateque ferens sub pectore dextro
Orbem alium: « Hunc potius, juvenes, qui moenia

Ei per lo crine il prende e indietro il tira,
E innanzi passa, e pria di lui la tocca.
Fremon gli Arcadi irati armi e vendetta,
E coll'armi punir voglion la frode.
O che si renda al loro re la palma
E 'l meritato onore; e furibondi
S'eran già mossi per uscir dal circo.
E d'Ida a molti ancor piace l'inganno.
Ma 'l leggiadro garzon lorda di polve
Il crine e 'l volto, e si querela e piange,
E grazia accresce a sua beltade il pianto;
E l'innocente petto e 'l dolce viso
Squarcia coll'unghie, e la colpevol chioma.
Freme discorde e in sè diviso il vulgo;
E sta sospeso in suo giudizio Adrasto.
Alfin risolve, e dice: « Ogni contesa,
Giovani, fra voi cessi, e di virtude
Accingetevi a far novella prova,
Ma per sentier diverso: Ida da questa,
Partenopeo da quella parte muova:
Lungi sieno da voi frodi ed inganni. »
Quelli ubbidir; ma l'Arcade garzone
Tacito prega la triforme Dea
Con voci supplichevoli, e l'adora:
« O Diva, o de le selve alma regina,
A te questo mio crine era promesso,
E tua l'ingiuria fu: s'a te pur grata
È la mia genitrice, e se pur degno
Di te mi resi in seguitar le fiere;
Deh non voler che con augurio infausto
Io vada a Tebe, e di sì grave scorno
Me stesso macchi e la mia gente invitta.
Il favor de la Dea mostrossi aperto:
Corre leggiero sì, che appena il sente
Il campo, e fra 'l terreno e fra le piante
L'aria trapassa, e su l'intatta polve
Rare si veggon le vestigie impresse.
Partì, corse, tornò fra liete grida,
E vincitore lo raccolse Adrasto.
Ed ecco i premii: un fervido destriero
Ebb'egli in dono, e l'ingannevol Ida
Un grave scudo, e gli altri una faretra.
Fa quinci il re quelli invitare al disco,
Che de le forze lor voglian far prova.
Pterela, a cui fu imposto, in campo porta
Lo sferico metallo, e benchè tutto
Incurvi il fianco, poco lungi il gitta.
Attonite ammiraro il grave peso
Le greche turbe di sì vasta mole,
E pur molti s'offriro al gran cimento;
Tre Corintii, due Achei, uno Pisano,
Un d'Acarnania, e molti più di Nisa.
Ma il grido universale applaude e chiama
Ippomedonte, ed ei sen viene altero,
Sotto il braccio portando un altro disco
Del primiero maggior: e, « Questo, grida,

Frangere, qui Tyrias dejectum vaditis arces, saxis
Hunc rapite: ast illud cui non jaculabile dextrae
Pondus? » Et abreptum nullo conamine jecit
In latus. Absistunt procul, attonitique fatentur
Cedere: vix unus Phlegyas, acerque Menestheus
(Hos etiam pudor et magni tenuere parentes)
Promisere manum: concessit cetera pubes
Sponte, et adorato rediit ingloria disco.

Qualis Bistoniis clypeus Mavortis in arvis
Luce mala Pangaea ferit, solemque refulgens
Territat, incussaque dei grave mugit ab hasta.

Pisaeus Phlegyas opus inchoat, et simul omnes
Abstulit in se oculos exhausto corpore virtus
Promissa: ac primum terra discumque manumque
Asperat: excusso mox circum pulvere versat,
Quod latus in digitos, mediae quod certius ulnae
Conveniat: non artis egens: hic semper amori
Ludus erat, patriae non tantum ubi laudis obire
Sacra, sed alternis Alpheon utrimque solebat
Metiri ripis, et, qua latissima distant,
Non unquam merso transmittere flumina disco.
Ergo operum fidens, non protinus horrida campi
Jugera, sed coelo dextram metitur, humique
Pressus utroque genu, collecto sanguine discum
Ipse super sese rotat, atque in nubila condit.
Ille citus sublime petit, similisque cadenti
Crescit in adversum, tandemque exhaustus ab alto
Tardior in terram redit, atque immergitur arvis.

Sic cadit, attonitis quoties avellitur astris,
Solis opaca soror: procul auxiliantia gentes
Aera crepant, frustraque timent. At Thessala victrix
Ridet anhelantes audito carmine bigas.

Collaudant Danai: sed non tibi molle tuenti,
Hippomedon, majorque manus speratur in aequo.

Atque illi extemplo, cui spes infringere dulce
Immodicas, Fortuna venit. Quid numina contra
Tendere fas homini? spatium jam immane parabat,
Jam cervix conversa, et jam latus omne redibat.
Excidit ante pedes elapsum pondus, et ictus

Giovani forti, e voi che a Tebe andate
Per atterrar co' sassi argini e mura,
Questo s'adopri: e qual sì frale mano
L'altro non lancerebbe? Allor lo prende
Quasi scherzando, indi lontan lo scaglia.
Attoniti restaro i più gagliardi,
E si trassero indietro, e al grave pondo
Si confessàr minori; e Flegia solo
E Menesteo da gran vergogna punti,
E da' natali illustri, a l'ardua impresa
Offrir le mani e dimostrar la fronte.
Partiron gli altri inonorati e vili.

Tale si mostra ne' Bistonii campi
Il gran scudo di Marte, allor che fere
Pangeo di mesta luce, e 'l sol spaventa;
E se coll'asta il Dio guerrier lo batte,
Fuor n'esce un suono di muggito in guisa.

Flegia il giuoco comincia, e tutto in lui
Sono de' spettator rivolti gli occhi,
E a le nodose esercitate membra.
Prima il disco e la man di polve inaspra;
Poi la polve ne scuote; e l'alza e prova
Ove meglio a le dita, ove a la palma
Via più s'adatti: esperienza ed arte
In lui si scorge, e quanto ei sia maestro
In cotal gioco, onde sua patria è illustre.
Spesso il lanciò, dov' ha più largo il corso
Il vasto Alfeo, da l'una a l'altra sponda,
E lo passò, nè mai cadeo nell'acque.
Ed or pien di fidanza ei non agogna
A misurare il campo, e verso il cielo
La mira prende, e le ginocchia inarca,
E le forze raccoglie, e sovra 'l capo
Lo ruota in giro, indi lo scaglia in alto.
Sale il disco a le nubi; e quando incurva
Il volo, e par che di cader minacci,
Più d'aria acquista e si solleva: alfine
Tratto dal peso lento in giù ritorna,
E cade su 'l terreno e vi s'immerge.

Tal la germana del lucente Dio,
Svelta da gli astri attoniti e tremanti,
Cade dal ciel de' tracii carmi al suono:
Fanno co' bronzi strepito le genti;
Ma vincitrice la possente maga
Ride in vederne vacillare il carro.

Fer plauso i Greci, e Ippomedonte solo
Vedendo il colpo, di pallor si tinse.
Pur di ruotar per fianco il grave disco
Flegia sperò con più robusta mano;
Ma la Fortuna, che i disegni nostri
Tronca nel mezzo e lo sperar soverchio,
Nol secondò: che puote umana forza
Contro il voler de' Numi? Ei già misura
Cogli occhi immenso spazio, e indietro tira
Il collo e 'l braccio, e tutto piega il fianco:
Quando il disco gli fugge e a piè gli cade,

Destituit, frustraque manum dimisit inanem.
Ingemuere omnes, rarisque ea visa voluptas.
Inde ad conatus timida subit arte Menestheus
Cautior, et multum te, Maia nate, rogato
Molis praegravidae castigat pulvere lapsus.
Illa manu magna, et multum felicior exit,
Nec partem exiguam circi transvecta quievit.
Fit sonus, et fixa signatur terra sagitta.
Tertius Hippomedon valida ad certamina tardos
Molitur gressus: namque illum corde sub alto
Et casus Phlegyae monet, et fortuna Menesthei.
Erigit assuetum dextrae gestamen, et alte
Sustentans, rigidumque latus, fortesque lacertos
Consulit, ac vasto contorquet turbine, et ipse
Prosequitur: fugit horrendo per inania saltu,
Jamque procul meminit dextrae, servatque tenorem
Discus: nec dubia junctave Menesthea victum
Transabiit meta. Longe super aemula signa
Consedit, viridesque humeros, et opaca theatri
Culmina, ceu latae tremefecit mole ruinae.
Quale vaporifera saxum Polyphemus ab Aetna
Lucis egente manu, tamen in vestigia puppis
Auditae, juxtaque inimicum exegit Ulyssem;
Sic et Aloidae, quum jam celaret Olympum
Desuper Ossa rigens, ipsum glaciale ferebant
Pelion, et trepido sperabant jungere coelo.
Tunc genitus Talao victori tigrin inanem
Ire jubet, fulvo quae circumfusa nitebat
Margine, et extremos auro mansueverat ungues.
Gnossiacos arcus habet, et vaga tela Menestheus.
« At tibi, ait, Phlegya, casu frustrate sinistro,
Hunc, quondam nostri decus, auxiliumque Pelasgi,
Ferre damus (neque enim Hippomedon inviderit) ensem.
« Nunc opus est animis infestos tollere caestus
Cominus: haec bellis et ferro proxima virtus. »
Constitit immanis cerni, immanisque tueri,
Argolicus Capaneus: ac dum nigrantia plumbo
Tegmina cruda boum, non mollior ipse, lacertis
Induitur: « Date tot juvenum de millibus unum

E fa suonar la cava palma a vuoto.
Dispiacque a' Greci tutti il caso acerbo,
E pochi lo mirâr con lieto ciglio.
Ma Menesteo, che a l'altrui spese impara,
Sen vien più cauto, e pria di Maia il figlio
Co' preghi invoca; indi di molt' arena
Il disco irruvidisce, e si assicura
Che non gli cada. Esce da tutto il braccio
La grave sfera, e con più lieta sorte
Gran tratto varca de l' immerso campo,
E ruinando alfin cade e si posa.
Suonâr gli applausi e i gridi, e con un dardo
Corsero a porre, ove formossi, il segno.
Ippomedonte al gran cimento viene
A passo grave e lento, in sè volgendo
Di Flegia la sciagura, e del secondo
L' avventuroso colpo. Il disco ei prende
Ben noto a la sua mano, e l'alza e 'l libra,
E 'l tien sospeso, ed il robusto braccio
Consulta e prova, e 'l musculoso tergo:
Indi da sè con tutto nerbo il lancia,
E col corpo lo segue: il globo a volo
S' innalza, e benchè lungi, ancor rimembra
La destra, e tutta ne ritien la forza.
Ne già di poco, o con incerta meta
Del vinto Menesteo trapassa il segno,
Ma di gran tratto il varca, e i verdi colli
Che fan cerchio al teatro urta e flagella,
E fa tremarli: qual se giù cadesse
D' immensa mole altissima ruina.
Tale d' Etna fumante un sasso svelse
Polifemo con man di luce priva,
E sebben cieco, ove sentì 'l rumore
De la nave de' Greci, ivi lanciollo,
E vicin cadde a l' inimico Ulisse.
Il figlio allor di Talaone in dono
Fe' dare al vincitor fregiata pelle
Di maculosa tigre, a cui l' estreme
Unghie da l' oro eran coperte intorno.
Di cretic' arco e cretiche saette
Fu Menesteo contento. A Flegia poi
Compassionando si rivolse Adrasto:
Ed, « a te, disse, cui lasciò la sorte
Deluso, in dono ecco ti porgo un brando,
Che del nostro Pelasgo un tempo fue
Ornamento e difesa; e non dispiaccia
L' atto cortese a Ippomedonte invitto.
« Ma tempo è omai che gli animi feroci
Scendan de' cesti a la crudel contesa,
C' hanno più d' armi e di tenzon sembianza,
Che di giuoco e di scherzo. » Ed ecco in campo
Capaneo sorge, e mentre intorno cinge
D' aspro e ruvido cuoio, e per lo piombo
Livido e nero, la robusta mano,
Ed il braccio non men ruvidi e duri:
« Datemi, grida, fra cotante schiere

Hunc, ait; atque utinam potius de stirpe veniret
Aemulus Aonia, quem fas demittere leto:
Nec mea crudelis civili sanguine virtus. »
Obstupuere animi, fecitque silentia terror.
Tandem insperatus nuda de plebe Laconum
Prosilit Alcidamas: mirantur Dorica regum
Agmina: sed socii fretum Polluce magistro
Norant, et sacras inter crevisse palaestras.
Ipse deus posuitque manus, et brachia finxit
Materiam (suadebat amor): tunc saepe locavit
Cominus, et simili stantem miratus in ira
Sustulit exsultans, nudumque ad pectora pressit.
Illum indignatur Capaneus, ridetque vocantem,
Ut miserans, poscitque alium: tandemque coactus
Restitit, et stimulis jàm languida colla tumescunt.
Fulmineas alte suspensi corpora plantis
Erexere manus: tuto procul ora recessu
Armorum in speculis, aditusque ad vulnera clusi.
Hic quantus Stygiis Tityos consurgat ab arvis,
Si torvae patiantur aves, tanta undique pandit
Membrorum spatia, et tantis ferus ossibus exstat.
Hic paulo ante puer, sed enim maturius aevo
Robur, et ingentes spondet tener impetus annos;
Quem vinci haud quisquam, saevo nec sanguine tingi
Malit, et erecto timeat spectacula voto.
Ut sese permensi oculis, et uterque priorem
Speravere locum, non protinus ira, nec ictus:
Alternus paulum timor, et permixta furori
Consilia; inclinant tantum contraria jactu
Brachia, et explorant caestus, hebetantque terendo.
Doctior hic differt animum, metuensque futuri
Cunctatus vires dispensat: at ille nocendi
Prodigus, incautusque sui, ruit omnis, et ambas
Consumit sine lege manus, atque irrita frendit
Insurgens, seque ipse premit. Sed providus astu,
Et patria vigil arte Lacon, hos rejicit ictus,
Hos cavet: interdum nutu, capitisque citati
Integer obsequio, manibus nunc obvia tela
Discutiens, instat gressu, vultuque recedit:
Saepe etiam injustis collatum viribus hostem
(Is vigor ingenio, tanta experientia dextrae est)
Ultro audax animis intratque et obumbrat, et alte

Un uomo sol che possa starmi a fronte.
Ed oh foss' egli de l' Aonia gente,
Onde il mandassi a morte, e monda e pura
Fosse del civil sangue oggi mia destra. »
Attoniti restaro, ed il timore
Silenzio impose, e ognun si trasse indietro:
Quando repente appresentossi in campo
Alcidamante; e ne stupiro i regi,
Ma i suoi Lacon son di fidanza pieni,
A' quali è noto com' ei l' arte apprese
Dal gran Polluce, ed indurò le membra
Nelle sacre palestre. Il Nume stesso
Invaghito di lui, la mano e 'l braccio
Gli addestrò a' cesti, e se lo pose a fronte,
E vedendolo star con pari sdegno,
Se ne compiacque, e se lo strinse al petto.
Ma Capaneo lo sdegna e se ne ride,
Mentre quegli lo sfida, e n' ha pietade,
E un altro chiede. Alfin dal fier Lacone
Provocato si ferma, e gonfia il collo
Per molto sdegno. Ambo su' piedi eretti
Tengon sospesi di ferir in atto
Le fulminanti destre, e i capi indietro
Sottraggono a l' offese, e con i cesti
Si fan riparo contro i colpi, e schermo.
L' uno a Tizio è simil, se pur tal volta
L' augel lo lascia, e da' soggetti campi
Le immense membra e le grand' ossa estolle.
L' altro è quasi fanciul: ma in lui la forza
Gli anni prevenne, e molto più promette
Nell' età più matura: il circo a prova
In suo favore inclina, e vincitore
Il brama, e teme che 'l crudel nol fera.
Pria si squadràr cogli occhi, e stero alquanto
L' un de l' altro aspettando il primo assalto,
Nè s' affrettaro a le percosse e a l' ira:
Ciascuno e spera e teme, e col consiglio
Tempra il furor: solo le braccia in giro
Ruotano al vento, e fan de' cesti prova.
Alcidamante nel giuocar maestro
Non profonde le forze, e le conserva
Al maggior uopo, e l' avvenir paventa.
Ma Capaneo solo a ferire aspira,
Nulla di sè curante, e s' abbandona
Tutto col corpo, e senza legge od arte
Stanca le mani; e su due piè si leva,
E freme e furia, e fa a sè stesso impaccio.
Va guardingo il Lacon, che tutti apprese
De la sua patria i modi, ed ora i colpi
Ribatte, ed or gli sfugge; or la cervice
Volubil piega, e con la man sospinge
Gli ostili cesti; spesso il passo avanza,
E ritira la faccia, e spesso ancora
(Cotanto ha in sè d' esperienza e d' arte)
A lui sottentra e l' abbarbaglia, ed alto
Con forza disugual l' assale e tenta.

Assilit. Ut praeceps cumulo salit unda minantes
In scopulos, et fracta redit, sic ille furentem
Circuit expugnans: levat ecce, diuque minatur
In latus, inque oculos: illum rigida arma caventem
Avocat, et manibus necopinum interserit ictum
Callidus, ac mediam designat vulnere frontem.
Jam cruor, et tepidò signantur tempora rivo.
Nescit adhuc Capaneus, subitumque per agmina murmur
Miratur: verum ut fessam super ora reduxit
Forte manum, et summo maculas in vellere vidit,
Non leo, non jaculo tantum indignata recepto
Tigris: agit toto cedentem fervidus arvo
Praecipitatque retro juvenem, atque in terga supinat,
Dentibus horrendum stridens, geminatque rotatas
Multiplicatque manus: rapiunt conamina venti,
Pars cadit in caestus: motu Spartanus acuto
Mille cavet lapsas circum cava tempora mortes,
Auxilioque pedum: sed, non tamen immemor artis,
Adversus fugit, et fugiens tamen ictibus obstat.
Et jam utrumque labor, suspiriaque aegra fatigant.
Tardius ille premit: nec jam hic absistere velox:
Defectique ambo genibus, pariterque quierunt.
Sic ubi longa vagos lassarunt aequora nautas,
Et signo de puppe dato posuere parumper
Brachia; vix requies, jam vox ciet altera remos.
Ecce iterum immodice venientem eludit, et exit
Sponte ruens, mersusque humeris: effunditur ille
In caput: assurgentem alio puer improbus ictu
Perculit, eventuque impalluit ipse secundo.
Clamorem Inachidae, quantum non litora tollunt,
Non nemora. Illum ab humo conantem ut vidit Adrastus,
Tollentemque manus, et non toleranda parantem,
« Ite, oro, socii, furit: ite, opponite dextras,
Festinate, furit, palmamque et praemia ferte.
Non prius effracto quam misceat ora cerebro,

Siccome sale impetuoso il flutto
Sovr' erto scoglio, e rotto indietro torna;
Così 'l Lacon quel furibondo espugna.
Alza la destra, e dar gli accenna a' fianchi;
Or lo minaccia a gli occhi, e mentre accorre
Confuso a le difese, ei fra le mani
Gli passa il cesto, e lo percuote in fronte.
N' esce tepido il sangue, e riga il volto;
E Capaneo nol sente, ed ha stupore
Del repentino mormorar del circo.
Ma poi che a caso la già stanca mano
Si pone al volto, e tinta esser la vede
D' alquante stille, e rosseggiarne il cesto,
Non Massile leone o tigre Ircana
Ferita in caccia in maggior rabbia monta.
Segue 'l giovin che cede, e 'l preme e 'l caccia
Per tutto 'l campo, e l' urta e lo sospinge
Con tal furor, che 'l fa piegar supino:
Freme co' denti orribilmente, e ruota
Ambe le mani, e 'l vento e l' aria fere,
E vanno i colpi a vuoto, e sopra i cesti.
Ma con agili moti e col veloce
Piede schiva il Lacon ben mille morti
Che si vede piombar sovra del capo;
E benchè si ritiri, ei non obblía
Di schermir l' arte, e non rivolge il tergo,
E ribatte fuggendo i colpi ostili.
Eran ambo già stanchi, e già più lento
L' un segue, e l' altro fugge, ed anelanti
Non han più fiato, e lor vacilla il piede,
Ed ambo si fermaro e preser lena.
Così dopo solcato immenso mare
Posa la ciurma, e tien sospesi i remi:
Ma poco sta, chè 'l capitan la chiama
Col fischio noto a flagellare i flutti.
Tornano a le contese, e pur di nuovo
Il provido Lacone il tempo aspetta,
E pur di nuovo il gran nemico inganna:
E mentre quegli sovra lui si scaglia
Colle gran braccia, egli s' inchina, e 'l capo
Nelle spalle restringe, e fugge e passa:
Quel dal suo peso tratto in giù ruina:
Ei torna, e mentre si rialza, il fere,
E del felice colpo ei stesso teme.
Non da' venti percossi o lidi o selve
Fanno tanto fragor, come risuona
D' applausi il circo, e di festose grida.
Ma quando Adrasto il fier gigante vide
Sorgere furibondo, alzar le mani,
Ed aspri minacciar colpi mortali:
« Ite, disse, o compagni, ite, opponete
Le destre al suo furor: ei smania e freme:
Affrettatevi, amici, e gli portate
La palma e i premii: ei non avrà mai posa
Per fin che 'l capo, le cervella, e l' ossa
Non ne franga e confonda: itene pronti,

Absistet, video: moriturum auferte Lacona. »

Nec mora, prorumpit Tydeus, nec jussa recusat
Hippomedon: tunc vix ambo conatibus ambas
Restringunt cohibentque manus, ac plurima suadent.
« Vincis, abi: pulchrum est vitam donare minori.
Noster et hic, bellique comes. » Nil frangitur heros,
Ramumque oblatumque manu thoraca repellit
Vociferans: « Liceat! non has ego pulvere crasso,
Atque cruore genas, meruit quibus iste favorem
Semivir, infodiam? mittamque informe sepulcro
Corpus? et Oebalio donem lugere magistro? »

Dixit: at hunc socii tumidum et vicisse negantem
Avertunt: contra laudant insignis alumnum
Taygeti, longeque minas risere Lacones.

Jamdudum variae laudes et conscia virtus
Tydea magnanimum stimulis ingentibus angunt.
Ille quidem et disco bonus, et contendere cursu,
Nec caestu bellare minor: sed corde labores
Ante alios erat uncta Pale: sic otia Martis
Degere, et armiferas laxare assueverat iras
Ingentes contra ille viros, Acheloia circum
Litora, felicesque deo monstrante palaestras.

Ergo ubi luctandi juvenes animosa citavit
Gloria, terrificos humeris Aetolus amictus
Exuitur, patriumque suem: levat ardua contra
Membra, Cleonaeae stirpis jactator Agylleus,
Herculea nec mole minor: sic grandibus alte
Insurgens humeris, hominem super improbus exit.
Sed non ille rigor, patriumque in corpore robur.
Luxuriant artus, effusaque sanguine laxo
Membra natant: inde haec audax fiducia tantum
Oenidae superare parem. Quamquam ipse videri
Exiguus, gravia ossa tamen, nodisque lacerti
Difficiles: nunquam hunc animum Natura minori
Corpore, nec tantas ausa est includere vires.

Postquam oleo gavisa cutis, petit aequor uterque
Procursu medium, atque hausta vestitur arena.
Tum madidos artus alterno pulvere siccant,
Collaque demersere humeris, et brachia late

E l'infelice sottraete a morte. »

Rupper gl'indugi, e Ippomedonte corre,
E Tidéo seco, ed ambo insieme uniti
Possono appena a lui frenar le mani.
« Hai vinto; basta: (or l'uno, or l'altro dice)
Tua maggior gloria è dar la vita al vinto:
Questi è pur nostro, ed è compagno in guerra. »
Ma non si placa il cor feroce, e sdegna
Gli offerti doni, e colla man respinge
Il militare arnese, e infuria e grida:
« Io dunque non potrò macchiar di sangue
E di polvere immonda il vago viso
De l'imbelle mezz'uom che piace tanto,
E merita il favor del vulgo sciocco?
Non deformarne il corpo? ed al sepolcro
Mandarlo? o, perchè 'l pianga, al suo Polluce? »

Sì dice, e sbuffa, e d'aver vinto nega;
Ma tanto fèro i duo guerrier, che al fine
Pur lo placaro, e lo tiràr da parte.
Ma gli Spartan del Nume lor l'alunno
Colman d'applausi, e sorridendo, a scherno
Prendon del fiero le minacce e i vanti.

Già buona pezza il suon de l'altrui lodi
E la propria virtù stimola e accende
Il magnanimo cor del gran Tidéo.
Agil era nel corso e al disco esperto,
Nè meno forte a guerreggiar co' cesti;
Ma nel lottar non avea pari al mondo.
Quest'era il suo piacer: così di Marte
Gli ozii ingannava, e trattenea lottando
Gli spirti bellicosi, e contro i forti
Esercitava l'ire in su le sponde
De l'Acheléo, ond'ei già l'arte apprese
D'essere vincitor nella palestra.

Dunque or che in campo i lottatori adduce
Desío di gloria, egli dal tergo spoglia
L'orrido manto e 'l calidonio vello.
Gli vien contro Agileo, che va superbo
Del sangue cleoneo, di quel d'Alcide;
Nè per grandezza egli è minor del padre.
Erge l'ardua cervice e l'ampie spalle
E 'l largo petto, e 'l suo nemico adombra;
Ma non è pari a la paterna forza:
Ha languide le membra, e in tanta mole
Diffuso il sangue intorpidisce e manca.
Quindi nasce in Tidéo fidanza e speme
Di vincerlo al cimento; e bench'ei sia
Picciol di mole, ha muscolose spalle,
E forti membra ed indurate in guerra:
Non tant'animo mai, tanto vigore
Chiuse natura entro sì picciol corpo.

Poichè fur unti, s'incontràr nel mezzo
Ambi del circo, e si coprir d'arena,
E per fermar le man, su l'altrui membra
Gittàr pugni di polve, e fermi a fronte
Si restrinsero i colli entro le spalle.

Vara tenent. Jam tunc astu deducit in aequum
Callidus, et celsum procurvat Agyllea Tydeus
Submissus tergo, et genibus vicinus arenae.

Viene il nemico, o in altra terra nato;
Ma un nostro cittadino a' nostri danni
Muove, e conduce esercito straniero:
E pure ha qui fra noi ne' nostri muri
La madre, il padre e le sorelle afflitte.
Anche un fratel tu avevi: or mira, iniquo,
Tu, che a gli avi minacci e stragi e morte,
Tutta l'Aonia in mio favor s'è mossa,
Nè sono al tuo furor lasciato solo.
Sai tu che voglion queste squadre? il regno
Vogliono ch' io ti nieghi; » e qui si tacque.
Indi gli ordin dispone, e chi le mura
Difender debba, e chi pugnare in campo,
Quai schiere in fronte, e quali por nel centro.

Così qualor nel rusticale albergo
L'alba penetra, e ancor son l'erbe molli,
Apre le chiuse stalle il buon pastore,
E fuor ne tragge il gregge: escono i primi
I robusti montoni, e insiem ristrette
Seguon le pecorelle; egli con mano
Sostien le pregne, e le pendenti poppe,
E pone al latte le cadenti agnelle.

Vengono intanto, senz'aver mai posa
Nè dì, nè notte, furibondi i Greci
Spinti da l'ira: appena il cibo o il sonno
Li tarda alquanto, e van con quella fretta
L'inimico a cercar, ch'altri lo fugge:

Mors fugae; nec monstra tenent, quae plurima nectit
Prodigiale canens certi fors praevia fati.
Quippe ferunt diros monitus volucresque, feraeque,
Sideraque, aversique suis decursibus amnes :
Infestumque tonat pater, et mala fulgura lucent :
Terrificaeque adytis voces, clausaeque deorum
Sponte fores: nunc sanguineus, nunc saxeus imber,
Et subiti Manes, flentumque occursus avorum.
Tunc et Apollineae tacuere oracula Cyrrhae,
Et non assuetis pernox ululavit Eleusin
Mensibus, et templis Sparte praesaga reclusis
Vidit Amyclaeos (facinus !) concurrere fratres.

Arcades insanas latrare Lycaonis umbras
Nocte ferunt tacita : saevo decurrere campo
Oenomaum sua Pisa refert. Acheloon utroque
Deformem cornu vagus infamabat Acarnan.
Perseos effigiem moestam exorantque Mycenae
Confusum Junonis ebur : mugire potentem
Inachon agricolae, gemini maris incola narrat
Thebanum toto planxisse Palaemona ponto.
Haec audit Pelopea phalanx ; sed bellicus ardor
Consiliis obstat divûm, prohibetque timeri.

Jam ripas, Asope, tuas, Boeotaque ventum
Flumina : non ausae transmittere protinus alae
Hostilem fluvium ; forte et trepidantibus ingens
Descendebat agris, animos sive imbrifer arcus,
Seu montana dedit nubes, seu fluminis illa
Mens fuit, objectusque vado pater arma vetabat.

Tunc ferus Hippomedon magno cum fragmine ripae
Cunctantem dejecit equum, ducibusque relictis
Gurgite de medio frenis suspensus, et armis,
« Ite viri, clamat : sic vos in moenia primus
Ducere, sic clausas voveo perfringere Thebas. »

Praecipitant cuncti fluvio, puduitque secutos.
Ac velut ignotum si quando armenta per amnem
Pastor agit, stat triste pecus, procul altera tellus
Omnibus, et late medius timor : ast ubi ductor
Taurus init fecitque vadum, tunc mollior unda,

Nè li arrestan gli augurii e i tristi segni,
Che la sorte presaga a lor dimostra,
Molti e funesti messaggier di morte.
Perchè di lor sciagura annunzio certo
Diedero augelli e fiere, ed astri e fiumi
Indietro volti : tuonò Giove irato :
Strisciaro infesti lampi : orribil voci
Da' sotterranei usciro, e i chiusi tempii
Volontarii s'aprir de' Numi eterni :
Or piovve sangue, or pietre, ed improvvise
Apparver ombre, ed a' nipoti e a' figli
Flebili si mostraro i padri e gli avi :
Gli oracoli Febei Cirra allor tacque,
E la notturna Eleusi in non usati
Tempi urlar si sentì : Sparta presaga,
Aprendo il tempio, gli Amiclei fratelli
(O scelleranza!) pugnar vide insieme.

Gli Arcadi udiro infra gli orror notturni
Licaone latrar, correr di nuovo
Enomao vider nell'infame campo
Attoniti i Pisani ; e quei d'Acarne
Scorsero l'Acheléo dell'altro corno
Scemo e deforme : di Perséo l'immago
Mesta vide Micene, e di Giunone
Turbato il simulacro, e mercè chiese :
Udìr gli agricoltori il procelloso
Inaco dar muggiti : ambedue i mari
Udìr suonar di Palemone a' pianti
Gli sbigottiti abitator dell'Istmo.
Tali avvisi de' Numi ode, e non cura
La Pelasga falange, e 'l furor cieco
Di timore la spoglia e di consiglio.

Erano giunti di Beozia a' fiumi,
E dell'altero Asopo in su le sponde,
E non ardíano il periglioso guado
Tentar le schiere del nemico flutto.
Perocchè allor con ridondante piena
Facea terrore a' campi, o la piovosa
Iride a lui le forze accrebbe, o i nembi
Alpestri, o che pur tal fosse sua mente
Del terreno natío chiudere il varco
Al campo ostile. Ippomedonte allora
Il destriero restío spinse d'un salto
Nel fiume, e dietro si tirò la sponda ;
E in mezzo a' gorghi alto tenendo il freno
E l'armi, volto a gli altri duci grida :
« Or me seguite, o valorosi ; io scorta
Primo sarovvi a le nemiche mura,
Io primo a Tebe spezzerò le porte. »

Tutti lanciârsi allor nell'onde a gara,
Vergognando gli estremi. In cotal guisa
Se dal pastor guidato a fiume ignoto
Giunge l'armento, timido s'arretra :
Lontana pargli la contraria ripa,
Ed in mezzo ha 'l terror ; ma se precede
Il toro condottiero, e 'l guado tenta,

Tunc faciles saltus, visaeque accedere ripae.

Haud procul inde jugum, tutisque accommoda castris

Arva notant, unde urbem etiam turresque videre

Sidonias: placuit sedes, fidique receptus,

Colle per excelsum patulo, quem subter aperto

Arva sinu, nullique aliis a montibus obstant

Despectus: nec longa labor munimina durus

Addidit: ipsa loco mirum Natura favebat.

In vallum elatae rupes, devexaque fossis

Aequa, et fortuito ductae quater aggere pinnae:

Cetera dant ipsi, donec sol montibus omnis

Erepsit, rebusque dedit sopor otia fessis.

Quis queat attonitas dictis ostendere Thebas?

Urbem in conspectu belli suprema parantem

Territat insomnem nox atra, diemque minatur.

Discurrunt muris: nil septum horrore sub illo,

Nil fidum satis, invalidaeque Amphionis arces.

Rumor ubique altus, pluresque annuntiat hostes,

Majoresque timor: spectant tentoria contra

Inachia, externosque suis in montibus ignes.

Hi precibus, questuque deos: hi Martia tela

Belligerosque hortantur equos: hi pectora fletu

Cara premunt, miserique rogos et crastina mandant

Funera. Si tenuis demisit lumina somnus,

Bella gerunt: modo lucra morae, modo taedia vitae

Attonitis: lucemque timent, lucemque precantur.

It geminum excutiens anguem, et bacchatur utrisque

Tisiphone castris: fratrem huic, fratrem ingerit illi,

Aut utrique patrem: procul ille penatibus imis,

Excitus implorat Furias, oculosque reposcit.

Jam gelidam Phoeben, et caligantia primus

Hauserat astra dies, quum jam tumet igne futuro

Oceanus, lateque novo Titane reclusum

Aequor, anhelantum radiis subsidit equorum.

Ecce truces oculos sordentibus obsita canis

Exsanguesque Iocasta genas, et brachia planctu

Nigra ferens, ramumque oleae cum velleris atri

Nexibus, Eumenidum velut antiquissima, portis

Egreditur, magna cum majestate malorum.

Allor facile il salto, allor vicino
Il lido, allor più mite l'onda appare.
Vider non lungi un rilevato colle
Cinto da' campi, ove spiegar le tende
Potean sicuri i capitani Argivi,
E donde si scoprían le torri ostili
Tutte dintorno, e le tebane mura.
Piacque la sede ed il fedel ricetto,
Perocchè il monte dolcemente sale,
E signoreggia il piano, e non lo copre
Altro monte vicino, e non fa d'uopo
Di gran sudore a metterlo in difesa:
Forte natura il fe': le rupi in vallo
Ergeansi, e in fossi era cavato il piano,
E quattro sassi gli cingeano i fianchi
Fatti dal caso di bastioni in guisa:
Il rimanente terminâr le schiere,
Finchè il sol cadde, e diè riposo a l'opre.
Ma chi 'l terror può mai ridir di Tebe,
Città che attende gli ultimi perigli,
Cui turba l'atra notte e 'l dì vicino!
Corrono per le mura, e in quel terrore
Nulla lor sembra esser sicuro assai;
Nè fidan più nelle anfionie rocche.
Ferve il tumulto, ed il timore accresce
Degl' inimici il numero e il valore:
Veggonsi a fronte i padiglioni ostili,
E splender su' lor monti estrani fuochi:
Chi a' tempii corre e a' Numi, e chi le spade
E i dardi affina, e de' destrier fa prova:
Altri si stringe al sen la moglie e i figli,
E chiede lor l'estreme esequie e 'l rogo:
Se alcun le luci in momentaneo sonño
Chiude, in sogno guerreggia: or la dimora
Lor sembra avanzo, or han la vita a schivo,
Ed odian l'ombre ed han timor del giorno.
Scorre per ambo i campi, ebbra e baccante
Tesifone, ed ha in man gemino serpe:
Mostra un fratello all'altro, e ad ambi il padre.
E questi urlando da sue oscure grotte,
Le Furie invoca e ridomanda il lume.
Di già ecclissato avea l'umido corno
L'algente luna, e già sparían le stelle
A lo spuntar de la novella luce,
E bollía l'Oceáno al nuovo fuoco
Del vicin sole, e quanto vasto è il mare,
A' rai cedendo de' destrieri ardenti,
Spianava i flutti e rosseggiava intorno:
Ed ecco uscir da le tebane porte
Giocasta, il guardo torva, e 'l bianco crine
Sparsa e incomposta, e pallida le gote,
E livida di colpi i bracci e 'l petto,
Quasi Furia antichissima d'inferno,
Portando in man cinto di nera benda
Un ramuscel d'oliva, e accompagnata
Da la gran maestà di sue sciagure.

Hinc atque hinc natae, melior jam sexus, aniles
Praecipitantem artus, et plusquam posset euntem
Sustentant: venit ante hostes, et pectore nudo
Claustra adversa ferit, tremulisque ululatibus orat
Admitti: « Reserare viam rogat impia belli
Mater: in his aliquod jus execrabile castris
Huic utero est. » Trepidi visam expavere manipli,
Auditamque magis: remeat jam missus Adrasto
Nuntius; excipiunt jussi, mediosque per enses
Dant iter: illa duces ut primum aspexit Achivos,
Clamorem horrendum luctu furiata resolvit:
«Argolici proceres, hei quis monstraverit hostem,
Quem peperi? quanam inveniam, mihi dicite, natum
Sub galea? » Venit attonitae Cadmeius heros
Obvius, et raptam lacrymis gaudentibus implet,
Solaturque tenens, atque inter singula, matrem,
Matrem iterat, nunc ipsam urgens, nunc cara sororum
Pectora, quum mixta fletus anus asperat ira:
« Quid molles lacrymas, venerandaque nomina fingis,
Rex Argive, mihi? quid colla amplexibus ambis,
Invisamque teris ferrato pectore matrem?
Tune ille exsilio vagus? et miserabilis hospes?
Quem non permoveas? longe tua jussa cohortes
Exspectant, multoque latus praefulgurat ense.
Ah miserae matres! hunc te noctesque, diesque,
Deflebam: si verba tamen, monitusque tuorum
Dignaris, dum castra silent, suspensaque bellum
Horrescit pietas, genitrix jubeoque, rogoque,
I mecum, patriosque deos, arsuraque saltem
Tecta vide, fratremque (quid aufers lumina?) fratrem
Alloquere, et regnum jam me sub judice posce.
Aut dabit, aut ferrum caussa meliore resumes.
Anne times, ne forte doli, et te conscia mater
Decipiam? Non sic miseros fas omne penates
Effugiet: vix Oedipode ducente timeres.
Nupsi equidem, peperique nefas: sed diligo tales,

Le due figlie, più queto e miglior sesso,
Le fan di qua di là debil sostegno,
Mentr'ella sforza le senili membra,
E sopra il suo potere i passi affretta.
Giunta a' nemici, urta col petto ignudo
Le sbarre, e chiede con tremante voce
Interrotta da gli urli essere ammessa;
E; « Aprite, grida, il varco, io quella sono
Dal di cui ventre tanta guerra uscío:
Io son quell'empia, ed ho nel vostro campo
Anch' io ragione ed esacrabil parte. »
Inorridir le guardie al solo aspetto,
Molto più a le parole, e di già un messo
Torna, che fu spedito al rege Adrasto
Con ordine che venga: apron le porte,
E la fanno passar tra l'armi ignude.
Ma come pria de' principi lernei
Giunse al cospetto, in suo dolor feroce
Furiosa gridò: « Deh chi mi mostra
Quel ch' io mi partorii fiero nemico?
Qual elmo il cela, o principi? » A tal voce
Corre di Cadmo il figlio; e fra le braccia
L'accoglie, e 'l seno di gioioso pianto
Le bagna, e la consola, e, o madre, o madre,
Tra' singulti ripete; e le sorelle
Alternamente or si restringe al seno,
Or alla madre torna. Allor fra i pianti
La fiera vecchia vie più l'ira inaspra.
« Che lagrime, o crudel? quai nomi fingi,
Argivo re? perchè m'abbracci, e offendi
Col ferreo petto l'odiosa madre?
Tu quell'esule sei? tu quel meschino
Che mendicava albergo? e chi pietade
Non avrebbe di te? lassa! ma quante
Schiere da' cenni tuoi pender vegg' io?
Da quante guardie ti rimiro cinto?
Misere madri! or qual ti veggio? e pure
Io piangeva il tuo esilio i dì e le notti.
Ma se de' tuoi la voce udir ti degni,
Se ne ascolti i consigli, or che le trombe
Tacciono ancora, e la pietà sospesa
Sta in mezzo a l'armi, e l'empia guerra abborre,
Io genitrice tua prego e comando:
Vien meco, e i Dei paterni e i patrii tetti
Mira pria che gl' incenda, e col fratello,
(Che, torci il guardo?) col fratel ragiona,
Ed il regno gli chiedi, ed io fra voi
Giudice sederò: che se lo nega,
Potrai con più ragione usare il brando.
Temi tu forse che la madre ancora
A le frodi consenta, e che t' inganni?
Non uscì già da l'infelice casa
Ogni pietade: il tuo sospetto appena
Giusto saría, se ti guidasse Edippo.
Sposa fui, lo confesso, e le mie nozze
Ahimè! fur empie, e fu nefando il parto:

Ah dolor, et vestros etiamnum excuso furores.
Quod si adeo perstas, ultro tibi, saeve, triumphum
Detulimus: religa captas in terga sorores,
Injice vincla mihi: gravis huc utcumque feretur
Et pater. Ad vestrum gemitus nunc verto pudorem,
Inachidae: liquistis enim parvosque senesque,
Et lacrymas has quisque domi; sua credite matri
Viscera. Si vobis hic parvo in tempore carus
(Sitque precor), quid me, oro, decet? quidve ista, Pelasgi,
Ubera? ab Hyrcanis hoc Odrysiisque tulissem
Regibus, et si qui nostros vicere furores.
Annuite, aut natum complexa superstite bello
Hic moriar. » Tumidas frangebant dicta cohortes,
Nutantesque virûm galeas, et sparsa videres
Fletibus arma piis. Quales ubi tela virosque
Pectoris impulsu rapidi stravere leones;
Protinus ira minor, gaudentque in corpore capto
Securam differre famem: sic flexa Pelasgûm
Corda labant, ferrique avidus mansueverat ardor.
  Ipse etiam ante omnes nunc matris ad oscula versus,
Nunc rudis Ismenes, nunc flebiliora precantis
Antigones, variaque animum turbante procella
Exciderat regnum: cupit ire, et mitis Adrastus
Non vetat: hic justae Tydeus memor occupat irae:
« Me potius socii, qui fidum Eteoclea nuper
Expertus (nec frater eram), me opponite regi,
Cujus adhuc pacem egregiam, et bona foedera gesto
Pectore in hoc: ubi tunc fidei, pacisque sequestra
Mater eras, pulcris quum me nox vestra morata est
Hospitiis? nempe haec trahis ad commercia natum?
Duc illum in campum, vestro qui sanguine pinguis
Spirat adhuc, pinguisque meo: tu porro sequeris,
Heu nimium mitis, nimiumque oblite tuorum?
Scilicet infestae quum te circum undique dextrae
Nudabunt enses, haec flebit, et arma quiescent?
Tene ille, heu demens, semel intra moenia clausum,

Pur tali io v'amo, e i furor vostri io scuso:
Che se ancor tu resisti; ecco t'appresto
Volontario trionfo: a tergo lega
Le pie sorelle, ed incatena e stringi
La genitrice afflitta; e se non basta,
Da le sue grotte ti si meni il padre.
Or i miei pianti e le querele io volgo
A voi, principi Achivi. In abbandono
Lasciaste pur le dolci spose e i figli,
E i vecchi padri, e questi stessi pianti,
Ch'io spargo, allor versaste. A me rendete,
Principi, le mie viscere e 'l mio sangue.
Se tanto caro nel suo breve esilio
A voi si rese, (e siavi, prego, ancora)
Quale a me sarà poscia, e a questo seno?
Non da gli Odrisii regi o da gl'Ircani
Sariano escluse mie preghiere oneste;
O s'altri v'ha che vinca i foror nostri.
O 'l concedete, o duci, o fra le braccia
Spirar io voglio de l'ingrato figlio,
Pria di veder le scellerate guerre. »
Il flebile parlar mosso a pietade
Avea le irate schiere, e già dintorno
Si vedean vacillare elmi e cimieri,
E di lagrime pie l'armi cosperse.
Quai feroci leon che con il petto
Hanno atterrati i cacciatori e l'aste;
Placano l'ira, e sopra i corpi vinti
Van passeggiando, e certi già del cibo
Godon di prolungar l'ingorda fame:
Così ne' Greci s'ammollíano i cuori,
E l'insano furor d'armi e di morte.
  E Polinice stesso ora fra i baci
De la canuta madre, or fra gli amplessi
De la semplice Ismene, ed or nel seno
D'Antigone piangente, e che lo prega,
Sta in sè dubbio e confuso, e 'l regno obblia.
Già già d'andar non nega, e non gliel vieta
Placido Adrasto; ma s'oppon Tidéo,
Che si rimembra il ricevuto scorno.
« Me, grida, me piuttosto al fier tiranno,
Che sì fido provai, prenci, opponete;
(E non gli era fratello). Ancor ne porto
La finta pace e l'empia fè nel petto.
Arbitra della fede e della pace,
Ov'eri madre allor ch'una sol notte
Mi diè fra voi così benigno albergo?
Ad un sì reo commercio il figlio meni?
Menalo prima a quell'infame campo
Che fuma ancor del vostro sangue e mio.
E tu indur vi ti lasci? o troppo mite!
Qual sia il furor de' tuoi più non rimembri?
Quando sarai da mille spade cinto,
Basterà forse che la madre pianga,
E cesseranno l'armi? Una sol volta
Ch'ei t'abbia in suo potere, e che ti chiuda

Possessumque odiis Argiva in castra remittet?
Ante haec excusso frondescet lancea ferro,
Inachus ante retro, nosterque Achelous abibunt.
Sed mite alloquium, et saevis pax quaeritur armis:
Haec quoque castra patent,necdum meruere timeri.
An suspectus ego? abscedo, et mea vulnera dono.
Intret, et hic genitrix eadem, mediaeque sorores.
Finge autem pactis evictum excedere regnis,
Nempe iterum reddes? » Rursus mutata trahuntur
Agmina consiliis: subito ceu turbine coeli
Obvius adversum Boreae Notus abstulit aequor.
Arma iterum,furiaeque placent:fera tempus Erinnys
Arripit, et primae molitur semina pugnae.
Errabant geminae Dircaea ad flumina tigres,
Mite jugum, belli quondam vastator Eoi
Currus, Erythraeis quas nuper victor ab oris
Liber in Aonios meritas dimiserat agros.
Illas turba dei, seniorque ex more sacerdos
Sanguinis oblitas, atque Indum gramen olentes,
Palmite maturo variisque ornare corymbis
Curat, et alterno maculas interligat ostro.
Jamque ipsi colles, ipsa has (quis credat?) amabant
Armenta, atque ausae circum mugire juvencae.
Quippe nihil grassata fames, manus obvia pascit,
Exspectantque cibos, fusoque horrenda supinant
Ora mero, vaga rure quies: si quando benigno
Urbem iniere gradu, domus omnis, et omnia sacris
Templa calent, ipsumque fides intrasse Lyaeum.
Has ubi vipereo tactas ter utramque flagello
Eumenis in furias, animumque redire priorem
Impulit, erumpunt non agnoscentibus Argis:
Ceu duo diverso pariter si fulmina coelo
Rupta cadant,longumque trahant per nubila crinem.
Non aliter cursu rapidae, atque immane frementes
Transiliunt campos, aurigamque impete vasto,

In quelle mura a le sue furie esposto,
Puoi tu sperar che ti rimandi al campo?
Prima vedrai quest'asta, il ferro scosso,
Rifiorire di frondi e di verdura;
L'Inaco prima e l'Achelóo vedremo
Retrogradi tornare a' loro fonti.
Ma sol si cerca di abboccarli insieme,
E, se possibil fia, compor le risse:
Questo campo gli è aperto ed è sicuro.
Forse di me si teme? ecco mi parto,
E dono al comun ben le mie ferite.
Venga egli pure a le sorelle in mezzo,
E 'l riconduca qui la stessa madre.
Quindi che speri? fa che 'l regno ei ceda
Vinto da' patti: il renderai tu poi? » —
Dal feroce parlar mosse le schiere
Mutan consigli, qual se d'improvviso
Turbasi il cielo, e l'Austro procelloso
Toglie a Borea del mar tutto l'impero.
Si risvegliano l'ire, e pur di nuovo
Piacciono l'armi ed i furor primieri.
Vede Megera il tempo, e pronta il coglie,
E sparge a le battaglie il primo seme.
Su la sponda Dircea givano errando
Due mansuete tigri, ed eran quelle
Che 'l carro trionfal da' lidi Eoi
Trasser di Bacco, ed ei le avea dal giogo
Libere fatte negli Aonii campi.
A queste ancor spiranti arabi odori,
E che obbliata han la natía fierezza,
Solevan le Baccanti e la più antica
Sacerdotessa ornare il collo e 'l petto
Di pampinosi serti, e 'l maculoso
Vello intrecciar di fiori, e fregiar d'ostro;
E di già care erano a' campi e a' colli,
E care ancor (chi 'l crederia!) a l'armento;
E le giovenche intorno a lor muggendo
Ardían pascere i prati: ingorda fame
Non le spinse a le prede, e di chi 'l cibo
Porgeva lor, lambivano le destre,
E aprían le fauci, e distendeano i colli
A l'infusion del dolce umor di Bacco.
Per le selve dormían, ma se talora
Con pacifico passo entrano in Tebe,
Fumano in ogni casa, in ogni tempio
I sacrificii, e par che Bacco torni.
Queste tre volte con viperea sferza
Batte la Furia, e le rivolge in ira,
E al furor primo, e dietro se le mena
Contro gli Argivi, che non san che sacre
Sieno ad un Nume: da diverse parti
Scendon così due folgori dal cielo,
Solcando l'aria con il crine ardente;
Non altrimenti rapide e veloci,
Fremendo orribilmente, a corso, a salti
Passano i campi, e l'infelice auriga

Amphiaraë, tuum (nec defuit omen, heriles
Forte is primus equos stagna ad vicina trahebat)
Corripiunt: mox Taenarium qui proximus Idam
Aetolumque Acamanta premunt: fuga torva per agros
Cornipedum, visa donec flammatus Aconteus
Strage virûm, cui sueta feras prosternere virtus
(Arcas erat), densis jam fida ad moenia versas
Insequitur telis, multumque hastile resumens
Ter, quater, adducto per terga, per ilia telo
Transigit: illae autem longo cum limite fusi
Sanguinis, ad portas utrimque exstantia ducunt
Spicula semianimes, gemituque imitante querelas,
Saucia dilectis acclinant pectora muris.

Templa putes, urbemque rapi, facibusque nefandis
Sidonios ardere lares: sic clamor apertis
Exoritur muris: mallent cunabula magni
Herculis, aut Semeles thalamum, aut penetrale ruisse
Harmonies. Cultor Bacchaeus Acontea Phegeus
Jam vacuum telis, geminoque in sanguine ovantem
Cominus ense petit: subeunt Tegeaea juventus
Auxilio tardi: jam supra sacra ferarum
Corpora moerenti juvenis jacet ultio Baccho.

Rumpitur et Graium subito per castra tumultu
Concilium: fugit externos Iocasta per hostes,
Jam non ausa preces: natas, ipsamque repellunt
Qui modo tam mites; et praeceps tempore Tydeus
Utitur: « Ite age, nunc pacem sperate, fidemque!
Nunc saltem differre nefas? potuitne morari
Dum genitrix dimissa redit? » Sic fatus aperto
Ense vocat socios: saevus jam clamor, et irae
Hinc atque inde calent: nullo venit ordine bellum;
Confusique duces vulgo, et neglecta regentum
Imperia: una equites mixti, peditumque catervae,
Et rapidi currus: premit indigesta ruentes
Copia, nec sese vacat ostentare, nec hostem
Noscere: sic subitis Thebana Argivaque pubes
Conflixere globis: retro vexilla, tubaeque
Post tergum, et litui bellum invenere secuti.
Tantus ab exiguo crudescit sanguine Mavors!

Sbranan d'Anfiarao; presagio infausto
Al suo signor, di cui guidava al fiume
I candidi destrieri, ed Ida appresso
Di Tenaro e Acamanta il forte Etólo.
Fuggon pei campi e gli uomini e i cavalli;
Ma Aconteo nel veder cotanta strage,
(Er' Arcade costui e cacciatore)
Acceso d'ira collo strale in cocca
Le segue, e scaglia, e replicando i colpi
Le impiaga nella schiena e nelle coste.
Quelle fuggendo, e di sanguigna riga
Segnando il suol, su le tebane soglie
Portano le saette, e moribonde
Gemono in suon di pianto: e a cader vanno
Dell' amata città sotto le mura.

Sembra che i tempii e la cittade a sacco
Vada, e sossopra, e le sidonie case
Ardan le fiamme: tanto e tal s'innalza
Rumor per tutto: avrían minor dolore,
Se le cune d'Alcide o di Semele
Il talamo fumante, o d'Ermione
Fossero i tetti in cenere disciolti.
Ma del Nume ministro il buon Fegeo
Col brando ignudo Aconteo inerme assale,
Ch'era già senza dardi, e che godea
De la doppia vittoria: il suo periglio
Miran gli Arcadi, e corrono al soccorso;
Ma giungon tardi: su le uccise fiere
Giace a Bacco il meschin pronta vendetta.
Dassi a l'armi nel campo, ed il concilio
Resta disciolto: fra le armate schiere
Fugge Giocasta, e più non prega, e seco
Fuggon le figlie; e chi le udì pietoso,
Or le respinge irato e le discaccia.
Coglie Tidéo l'occasione, e grida:
« Or ite dunque, e fè sperate e pace;
Forse ha potuto il perfido tiranno
Differire il misfatto in fin che torni
Da noi partendo la canuta madre?
Sì dice, e tratto il brando, i suoi compagni
Eccita a l'armi. Un rumor fiero e orrendo
S'alza d'urli e di strida, e crescon l'ire.
Senz'ordin ferve aspra tenzone, e'l vulgo
Va insiem co' duci, e non ne cura i cenni,
E corron misti i cavalieri e i fanti,
Ed i rapidi carri armati in guerra.
Infelice colui che inciampa e cade,
Chè la turba indistinta il calca e preme.
Non di sè pon far mostra, o del nemico
Riconoscer le forze: un furor cieco,
Una rabbia improvvisa ha di già spinte
La greca gioventude e la tebana
A meschiarsi co' brandi: insegne e trombe
Restaro a tergo, e quando diero il segno
Di guerreggiar, già la battaglia ardea.
Da poco sangue tanta guerra uscio?

Ventus uti primas struit inter nubila vires
Lenis adhuc, frondesque, et aperta cacumina gestat:
Mox rapuit nemus, et montes patefecit opacos.
Nunc age, Pieriae (non vos longinqua, sorores,
Consulimus), vestras acies, vestramque referte
Aoniam (vidistis enim), dum Marte propinquo
Horrent Tyrrhenos Heliconia plectra tumultus.
Sidonium Pterelan sonipes malefidus in armis
Rumpentem frenos diversa per agmina raptat
Jam liber; sic fessa manus: venit hasta per armos
Tydeos, et laevum juvenis transverberat inguen,
Labentemque affigit equo: fugit ille perempto
Consertus domino; nec jam arma, aut frena tenentem
Portat adhuc: ceu nondum anima defectus utraque
Quum sua Centaurus moriens in terga recumbit.
Certat opus ferri: sternuntque alterna furentes
Hippomedon Sybarin Pylium, Periphanta Menoeceus,
Parthenopaeus Ityn: Sybaris jacet ense cruento,
Cuspide trux Periphas, Itys insidiante sagitta.
Caeneos Inachii ferro Mavortius Haemon
Colla rapit: cui dividuum trans corpus hiantes
Truncum oculi quaerunt, animus caput: arma jacentis
Jam rapiebat Abas: cornu deprensus Achiva
Dimisit moriens clypeum hostilemque suumque.
Quis tibi Bacchaeos, Eunaee, relinquere cultus,
Quis lucos, vetitus quibus emansisse sacerdos,
Suasit, et assuetum Bromio mutare furorem?
Quem terrere queas? clypei penetrabile textum
Pallentes hederae, Nysaeaque serta coronant.
Candida pampineo subnectitur instita pilo:
Crine latent humeri: crescunt lanugine malae,
Et rubet imbellis Tyrio subtemine thorax;
Brachiaque in manicis, et pictae vincula plantae,
Carbaseique sinus, et fibula rasilis auro
Taenariam fulva mordebat iaspide pallam;
Quam super a tergo velox corytus, et arcus,
Pendentesque sonant aurata lynce pharetrae.
It lymphante deo media inter millia longum
Vociferans: « Prohibete manus: haec omine dextro
Moenia Cyrrhaea monstravit Apollo juvenca.
Parcite, in haec ultro scopuli venere volentes.

Così 'l vento da prima infra le nubi
Sue forze accoglie, e lievemente scote
Le frondi e i rami; indi robusto e fiero
Svelle le selve, e d' ombre spoglia i monti.
Alme Pierie Dee, le vostre schiere
A noi cantate con più gravi carmi,
E di Beozia vostra i casi atroci.
Non vi chieggiam cose straniere e ignote.
Voi le miraste d' Elicona, e mute
Restar le vostre cetre, e inorridiro
Al rimbombo di Marte e delle trombe.
Venía Pterela un giovane tebano
Rapito dal destrier che sprezza il freno,
E di sè donno fra le schiere e l' armi
A suo talento il porta: ecco Tidéo
L' asta gli vibra nel sinistro arcione,
E 'l cavalier, ch' è per cader da sella,
Nell' anguinaglia al palafreno inchioda:
Fugge il caval col suo signor sul dorso,
Che non più ritien l' armi, o regge il freno,
Come Centauro che d' un' alma privo,
Sulla schiena abbandona il busto umano.
Ferve la crudel pugna, ed a vicenda
Ippomedonte Sibari distende;
E Perifanto è da Meneceo ucciso,
E da Partenopeo Iti trafitto:
Un di colpo di spada, un di saetta.
Dell' Inachio Ceneo l' alta cervice
Tronca Emone feroce: il capo cade,
E ad occhi aperti il tronco busto cerca,
E cerca il capo l' alma intorno errante.
Abante corre ad ispogliarlo, e un dardo
Vien d' arco greco, e glie lo stende a canto,
E 'l suo gli fa lasciare e l' altrui scudo.
Qual consiglio fu il tuo, semplice Euneo,
Lasciar di Bacco il culto e i sacri boschi,
Onde uscire è vietato al sacerdote?
Chi di Lieo 'l furore in quel di Marte
Ti fe' cangiar? chi d' atterrir presumi?
Porta lo scudo fral d' edere intesto,
E di frondi di vite: il pampinoso
Tirso candida fascia intorno cinge;
Ondeggia il crin sul tergo, e 'l primo pelo
Adombra il viso, e la lorica imbelle
Copre un manto di porpora di Tiro
Fra le maniche i bracci, ed i calzari
Fregiati e pinti, e sottil velo il seno
Copre, e s' allaccia la tenaria veste
Con fibbie aurate e con smeraldi ardenti:
Suonangli a tergo l' arco, e cento strali
Dentro lo spoglio di dorata lince.
Costui dal Nume invaso infra le schiere
Venía gridando: « Omai cessate l' armi.
Con lieti auspicii queste nostre mura
Col misterioso bue mostronne Apollo.
Cessate, dico; volontarii i marmi

Gens sacrata sumus: gener huic est Juppiter urbi,
Gradivusque socer: Bacchum haud mentimur alumnum
Et magnum Alciden.» Jactanti talia frustra
Turbidus aëria Capaneus occurrit in hasta.
Qualis ubi primam leo mane cubilibus atris
Erexit rabiem, et saevo speculatur ab antro
Aut cervam, aut nondum bellantem fronte juvencum;
It fremitu gaudens, licet arma, gregesque lacessant
Venantum; praedam videt, et sua vulnera nescit.
Sic tunc congressu Capaneus gavisus iniquo
Librabat magna venturam mole cupressum.
Ante tamen, « Quid foemineis ululatibus, inquit,
Terrificas, moriture, viros? utinam ipse veniret,
Cui furis! haec Tyriis cane matribus:» et simul hastam
Expulit: illa volans, ceu vis non ulla moretur
Obvia, vix sonuit clypeo, et jam terga reliquit.
Arma fluunt, longisque crepat singultibus aurum,
Eruptusque sinus vicit cruor. Occidis audax,
Occidis Aonii puer altera cura Lyaei.
Marcida te fractis planxerunt Ismara thyrsis,
Te Tmolos, te Nysa ferax, Theseaque Naxos,
Et Thebana metu juratus in Orgia Ganges.
Nec segnem Argolicae sensere Eteoclea turmae.
Parcior ad cives Polynicis inhorruit ensis.
Eminet ante alios jam formidantibus arva
Amphiaraus equis, ac multo pulvere vertit
Campum indignantem. Famulo decus addit inane
Moestus, et extremos obitus illustrat Apollo.
Ille etiam clypeum, galeamque incendit honoro
Sidere: nec tarde fratri, Gradive, dedisti,
Ne qua manus vatem, ne quid mortalia bello
Laedere tela queant: sanctum, et venerabile Diti
Funus erat: talis medios infertur in hostes
Certus et ipse necis: vires fiducia leti
Suggerit; inde viro majoraque membra, diesque
Laetior, et nunquam tanta experientia coeli,

Ne cinsero dintorno. E noi siam gente
A' Numi sacra, e della nostra Tebe
Genero è Giove, e suocero Gradivo,
Ed esser nostro cittadin si degna
Il gran Libero padre e il grande Alcide.»
Mentr' ei così ragiona, a lui s' oppone
Crollando l' asta Capaneo feroce.
Qual digiuno leon cui sul mattino
Sveglia la fame, se da l' antro scorge
Timida cerva, o tenero giovenco
Mal atto ancor a guerreggiar col corno,
Lieto corre fremendo, e non curante
Lo stuol de' cacciatori, e l' aste e i dardi,
Vede la preda, e le ferite sprezza.
Tal Capaneo nell' inegual cimento
Vien baldanzoso alto brandendo l' asta,
Ma pria lo sgrida: « O tu che a morte corri,
Perchè vuoi spaventar l' alme guerriere
Con femminili strida? oh qui pur fosse
Teco quel dio, del cui furor sei pieno.
Or va, racconta a le tebane madri
Coteste fole.» Dice, e l' asta scaglia,
Che, quasi nulla la ritenga, appena
Tocca lo scudo, che gli passa a tergo.
Cadongli di man l' armi, e 'l manto d' oro
Che 'l sen gli cinge; ne' singulti estremi
Ondeggia e geme, e fuor ne sbocca il sangue
Tu cadi, audace giovinetto, un tempo
Dolce cura di Bacco, ora dolore:
Te l' Ismaro ognor ebbro, infranti i tirsi,
E te pianse il Timolo, e la ferace
Nisa, e cara a Teséo l' ondosa Nasso,
E 'l Gange che per tema a gli Orgii sacri
Di Bacco sottopose i flutti alteri.
Non men feroce le lernee falangi
Eteocle distrugge; assai più lento
Vien Polinice, e 'l civil sangue abborre.
Ma sopra gli altri Anfiarao si mostra
Sul carro eccelso, e a tutto corso spinge
I suoi destrier presaghi e paurosi
Per l' infame terren, ch' omai ricusa
Portarlo in mezzo a un turbine di polve.
L' assiste Apollo, e al suo fedele appresta
Un vano grido, e a la vicina morte
Intesse fregi di caduco onore.
Ei risplender gli fe' lo scudo e l' elmo
Di nuova luce, di cometa in guisa.
Nè tu, Gradivo, al tuo fratel contendi
Che da mani terrene il suo ministro
Illeso resti. Venerabil ombra
Ed ostia intatta si riserba a Dite:
Ed ei, che certo il suo morir prevede,
Va più feroce infra le squadre ostili,
E la disperazion forza gli accresce.
Già più che d'uom son le sue membra, e 'l volto
Nè mai più lieto giorno a lui rifulse,

Si vacet: avertit morti contermina Virtus.
Ardet inexpleto saevi Mavortis amore,
Et fruitur dextra, atque anima flagrante superbit.
Hic hominum casus lenire, et demere fatis
Jura frequens, quantum subito diversus ab illo,
Qui tripodas, laurusque sequi, qui doctus in omni
Nube salutato volucrem cognoscere Phoebo.
Innumeram ferro plebem, ceu letifer annus
Aut jubar adversi grave sideris, immolat umbris
Ipse suis. Jaculo Phlegyam, jaculoque superbum
Phylea, falcato Chromin, et Chremetaona curru,
Cominus hunc stantem metit, hunc a poplite sectum,
Cuspide demissa Chromin, Iphinoumque, Sagenque,
Intonsumque Gyan, sacrumque Lycorea Phoebo
Invitus: jam fraxineum dimiserat hastae
Robur, et excussis apparuit infula cristis:
Alcathoum saxo, cui circum stagna Carysti
Et domus, et conjux, et amantes litora nati.
Vixerat ille diu pauper scrutator aquarum.
Decepit tellus: moriens hiemesque Notosque
Laudat, et experti meliora pericula ponti.
Aspicit has longe jamdudum Asopius Hypseus
Palantum strages, ardetque avertere pugnam:
Quamquam haud ipse minus curru Tirynthia fundit
Robora, sed viso praesens minor augure sanguis.
Illum armis, animisque cupit: prohibebat iniquo
Agmine consertum cunei latus: inde superbus
Exeruit patriis electum missile ripis.
Ac prius: « Aonidum dives largitor aquarum,
Clare Giganteis etiamnum, Asope, favillis,
Da numen dextrae: rogat hoc natusque, tuique
Quercus alumna vadi: fas et me spernere Phoebum,
Si tibi collatus divûm sator: omnia mergam
Fontibus arma tuis, tristesque sine augure vittas. »

Nè mai più certa ebbe del ciel contezza;
Se la virtù, che già s'appressa al fine,
Tutto a sè nol chiamasse. Avvampa ed arde
Tutto di Marte, e del suo braccio gode,
E va de' colpi suoi l'alma superba.
Questi, che a raddolcir le umane cure
Era dianzi sì pronto, e che sovente
Solea scemar di lor ragione i fati,
Quanto or diverso appar da quel che i lauri
Seguía d'Apollo, e i tripodi loquaci,
E che, invocato il Nume, in ogni nube
De' volanti intendea volo e favella.
Non tanta strage apporta il Sirio ardente,
Ed il pestifero anno e l'aria grave,
Quante vite egli miete, e manda all'Orco,
Vittime uccise alla sua nobil ombra.
Col dardo Flegia, e con il dardo uccide
Il superbo Filéo; quinci col carro
Di falci armato a le ginocchia tronca
Cromi, e Cremetaon fermo, e vicino
Indi coll'asta uccide Ifinoo e Sage,
E Gía chiomato, e Licoréo, che a Febo
È sacerdote; e con dolor mirollo
Il buon augure Argivo, allor che l'asta
Vibrata contro lui gli spinse a terra
Il cimiero, e la sacra infula apparve.
Indi Alcatóo d'un sasso in capo fere,
Che lungo i stagni di Caristo avea
La moglie, il patrio albergo e i dolci figli
Usi a scherzar su le palustri sponde.
Povero pescator visse contento;
Ma l'ingannò la terra: egli morendo
S'augura i flutti e l'onde ed i perigli
Delle tempeste che provò men fiere.
Vede d'Asopo il figlio il grande Ipséo
Cotanta strage e fuga, ed in sè brama
Con generoso ardir volger la pugna.
Non men feroce anch'ei venía sul carro,
Strage facendo delle squadre greche;
Ma visto il paragon d'Anfiarao,
Sdegna ignobil trofeo di sangue umile:
A lui coll'armi e colla mente aspira,
Lui solo cerca; ma s'oppon la turba,
E l'impedisce: ond' ei sdegnoso allora
Un'asta svelta dal paterno fiume
Impugna, e prega: « O delle Aonie linfe
Copioso donator, che ancor superbo
Vai de' fulmini stessi e delle fiamme
Che uccisero i Giganti; o Asopo, o padre,
Tuo nume ispira a questa destra: il figlio
È, che ten' prega, e l'asta istessa un tempo
Germe delle tue sponde: e se tu osasti
Pugnar con Giove, al figlio almen concedi
Svenar il vate, e non temer d'Apollo,
E le vedove bende e l'armi vuote
Giuro dar in tributo al tuo gran fiume. »

Audierat genitor: vetat indulgere volentem
Phoebus, et aurigam jaculum detorquet in Herseu.
Ille ruit. Deus ipse vagis succedit habenis,
Lernaeum falso simulans Aliagmona vultu.

Tunc vero ardenti non ulla obsistere tentant
Signa; ruunt solo terrore, et vulnera citra
Mors trepidis ignava venit: dubiumque tuenti
Presserit infestos onus, impuleritne jugales.

Sic ubi nubiferum montis latus, aut nova ventis
Solvit hiems, aut victa situ non pertulit aetas:
Desilit horrendus campo timor, arma, virosque
Limite non uno, longaevaque robora secum
Praecipitans, tandemque exhaustus turbine fesso,
Aut vallem cavat, aut medios intercipit amnes.

Non secus ingentique viro magnoque gravatus
Temo deo, nunc hoc, nunc illo in sanguine fervet.
Ipse sedens telis, pariterque ministrat habenis
Delius: ipse docet jactus, adversaque flectit
Spicula, fortunamque hastis venientibus aufert.
Sternuntur terrae Menalas pedes, Antiphus alto
Nil defensus equo, genitusque Heliconide Nympha
Aethion, caesoque infamis fratre Polites,
Conatusque toris vittatam attingere Manto
Lampus: in hunc sacras Phoebus dedit ipse sagittas.

Et jam cornipedes trepida ac moribunda reflantes
Corpora, rimantur terras, omnisque per artus
Sulcus, et incisis altum rubet orbita membris.
Hos jam ignorantes terit impius axis; at illi
Vulnere semineces (nec devitare facultas)
Venturum super ora vident: jam lubrica tabo
Frena, nec insisti madidus dat temo, rotaeque
Sanguine difficiles, et tardior ungula fossis
Visceribus: tunc ipse furens in morte relicta
Spicula, et e mediis exstantes ossibus hastas
Avellit: stridunt animae, currumque sequuntur.

Tandem se famulo summum confessus Apollo,
« Utere luce tua, longamque, ait, indue famam,

Udillo il padre, e consentì; ma Febo
S'oppose, e torse il colpo, e l'asta il petto
D'Erse trafisse condottier del carro.
Cade morto il meschin: ma il Nume stesso,
Sotto sembiante di Aliamone, il freno
Prende, e succede a l'infelice auriga.

Al vivo sfolgorar del Nume ardente
Fuggon confusi i cavalieri e i fanti;
Il sol timor li caccia, e senza piaghe
Muoion d'imbelle morte i fuggitivi.
Dubbio rimane se più aggravi il carro
Il divin peso, o a' corridor dia lena.

Come qualor precipitosa cade
Svelta da gli anni, o da rio nembo scossa,
D'alpestre monte discoscesa parte;
Per diversi sentieri uomini, alberghi,
Selve ed armenti in sua ruina involgé,
Sinchè cessando l'impeto, si spiana
In cupa valle, o il corso arresta a' fiumi:

Non altrimenti il formidabil carro,
Che porta il grand'eroe, porta il gran Nume,
Ferve nel sangue. Delio stesso i dardi
Vibra, e guida i destrieri, ed egli al vate
Dirizza i colpi, e in altra parte volge,
E rende vane l'aste e i dardi ostili.
Cadono a terra Menala pedone,
E dal grande corsier coperto invano
Antifo ed Etión, che d'una ninfa
D'Elicona era nato, e per l'ucciso
Fratel Polite infame, e Lampo audace
Ch'osò tentar la purità di Manto,
Diletta a Febo e di sue bende cinta,
Contro il profano le saette sante
Scoccò egli stesso, e vendicò l'oltraggio.

Ma già su' corpi estinti e su' mal vivi
Gli anelanti destrier cercano indarno
Il coperto terreno, e duro solco
S'apron su membra lacerate e infrante,
E ne rosseggian le girevol ruote.
Calca il carro crudel gli esangui busti
E già di senso privi; e chi ferito,
Languendo giace, sul suo capo il vede
Ratto venir, nè di schivarlo ha speme.
E già lordo il timon, lubrici i freni
Son di putrido sangue; un denso limo
Di teschi infranti e di midolle invischia
Le ruote sì, che le fa lente al moto,
E l'ossa de' cadaveri insepolti
A' già stanchi destrier servon d'inciampo.
Il vate ognor più fiero i dardi svelle
Nelle ferite infissi, e li rilancia,
E fa nuove ferite e nuove morti,
E gemon l'alme sciolte al carro intorno.

Alfine il Nume al servo suo fedele
Si scopre, e dice: « Usa tua forza, e lascia
D'immortal fama il tuo gran nome eterno.

Dum tibi me junctum mors irrevocata veretur.
Vincimur: immites scis nulla revolvere Parcas
Stamina: vade diu populis promissa voluptas
Elysiis, certe non perpessure Creontis
Imperia, aut vetito nudus jaciture sepulcro. »
Ille refert contra, et paulum respirat ab armis:
« Olim te, Cyrrhaee pater, peritura sedentem
Ad juga (quis tantus miseris honor?) axe trementi
Sensimus: instantes quonam usque morabere manes?
Audio jam rapidae cursum Stygis, atraque Ditis
Flumina, tergeminosque mali custodis hiatus.
Accipe commissum capiti decus, accipe laurus
Quas Erebo deferre nefas: nunc voce suprema,
Si qua recessuro debetur gratia vati,
Deceptum tibi, Phoebe, larem, poenasque nefandae
Conjugis, et pulchrum nati commendo furorem. »
Desiluit moerens, lacrymasque avertit Apollo.
Tunc vero ingemuit currusque, orbique jugales.
Non aliter caeco nocturni turbine Cori
Scit peritura ratis, quum jam damnata sororis
Igne Therapnaei fugerunt carbasa fratres.
Jamque recessurae paulatim horrescere terrae,
Summaque terga quati; graviorque effervere pulvis
Coeperat: inferno mugit jam murmure campus.
Bella putant trepidi, bellique hunc esse fragorem,
Hortanturque gradus. Alius tremor arma, virosque,
Mirantesque inclinat equos: jam frondea nutant
Culmina, jam muri, ripisque Ismenos apertis
Effugit: exciderunt irae, nutantia figunt
Tela solo, dubiasque vagi nituntur in hastas
Cominus, inque vicem viso pallore recedunt.
Sic ubi navales miscet super aequora pugnas
Contempto Bellona mari, si forte benigna
Tempestas; sibi quisque cavent, ensesque recondit

Or ch' io son teco; e l' implacabil morte
Sospende ancor l' irrevocabil punto.
Omai siam vinti, e la severa Parca
Sai ben che a nullo unqua ritorse il filo.
Vanne, o promesso, ed aspettato un tempo,
Gioia ed onore degli Elisii campi:
Vanne senza temer del reo Creonte
Le dure leggi, e di mancar d'avello. »
Egli da l'armi respirando, al Nume
Così risponde: « O gran padre Cirreo,
Io te dianzi conobbi, e men' diè segno
L'asta sotto il maggior peso tremante;
Ma perchè tanto onore a un infelice,
Che tu ne regga il periglioso carro
Destinato a l' Inferno? e sino a quando
Terrai sospeso il mio destin maturo?
Già sento l'onda rapida di Stige,
E i neri fiumi dell'orrenda Dite,
E l'orrido latrar delle tre gole
Del tartareo custode; omai ripiglia
L'a me commesso onor delle tue bende,
E 'l sacro allôr, cui profanar non lice,
Portandolo nell' Erebo profondo.
Ma se pur del tuo vate udir l'estreme
Voci non sdegni, e i giusti voti suoi;
Io ti ricordo l' ingannata casa,
Ed il castigo dell' infame moglie,
E del mio figlio il nobile furore. »
Mesto allor scese Apollo, e celò il pianto,
E restò afflitto il carro, e i buon destrieri
Si dolser privi del celeste auriga.
Così vede sicuro il suo naufragio
Nave agitata da notturno Coro,
Cui lo splendor della maligna stella
D' Elena infesta minaccioso guarda,
Posti già in fuga Castore e Polluce.
Il suol, che tosto s'aprirà in vorago,
A vacillar comincia, e scuote il dorso,
E s'alza maggior turbine di polve:
Mugge sotto l' Inferno; i combattenti
Credon che sia il rumor della battaglia,
E si spingono innanzi: il tremor cresce,
E fa l'armi ondeggiare, ed i guerrieri
E i trepidi cavalli. I colli intorno
Piegan le cime ombrose, e l'alte mura
Già crollano di Tebe. Innalza i flutti
Gonfio l' Ismeno, e le campagne inonda.
Cessano l' ire: ogni guerriero i dardi
In terra affigge, e a l'aste vacillanti
Il corpo appoggia, e nel pallore alterno
Conoscendo il reciproco timore,
Confuso si ritira a le sue insegne.
Qual se talor sprezzando il mar profondo
A stretta pugna le gran navi accozza
Bellona irata, fervon l'ire e l'armi;
Ma se opportuna alta tempesta sorge

Mors alia, et socii pacem fecere timores.
Talis erat campo belli fluitantis imago.
Sive laborantes concepto flamine terrae
Ventorum rabiem, et clausum ejecere furorem:
Exedit seu putre solum, carpsitque terendo
Unda latens: sive hac volventis machina coeli
Incubuit: sive omne fretum Neptunia movit
Cuspis, et extremas gravius mare torsit in oras:
Seu vati datus ille fragor, seu terra minata est
Fratribus; ecce alte praeceps humus ore profundo
Dissilit, inque vicem tremuerunt sidera, et umbrae.
Illum ingens haurit specus, et transire parantes
Mergit equos: non arma manu, non frena remisit:
Sicut erat, rectos defert in Tartara currus,
Respexitque cadens coelum, campumque coire
Ingemuit, donec levior distantia rursus
Miscuit arva tremor, lucemque exclusit Averno.

Ciascun pensa al suo scampo: e nuovo aspetto
Di nuova morte fa deporre i brandi,
Ed il timor fa germogliar la pace:
Tal l'ondeggiante guerra era in quel campo.
O che la terra un turbine concetto
Affaticata sprigionò de' venti
La chiusa rabbia, e 'l prigionier furore:
O che dall'onde sotterranee rôsa
In quella parte ruinando cadde:
O quivi in suo girar con l'ampia mole
Si posò il cielo, o col fatal tridente
Nettun la scosse, e con più gravi flutti
Appoggiò il mar sovra l'estreme sponde:
O il suolo istesso minacciò i fratelli;
Ecco aprirsi voragine profonda.
Vider l'ombre la luce, e gli astri l'ombre,
Ed ebber vicendevole timore.
L'immane speco nell'immenso vôto
Assorbì l'indovino e i suoi corsieri,
Che per passarlo avean già preso il salto.
Non lasciò il sacerdote o l'armi o i freni
Ma qual era il suo carro al cupo fondo
Ritto discese riguardando il cielo.
E gemè quando riserrarsi il suolo
Sopra si vide, e un più leggier tremore
Rimarginar i fessi campi, e 'l giorno
Celar di nuovo al tenebroso Averno.

PUBLII PAPINII STATII

THEBAIDOS

LIBER OCTAVUS

Ut subitus vates pallentibus incidit Umbris,
Letiferasque domos, orbisque arcana sepulti
Rupit, et armato turbavit funere Manes;
Horror habet cunctos, Stygiis mirantur in oris
Tela et equos, corpusque novum: neque enim ignibus artus
Conditus, aut moesta niger adventabat ab urna;
Sed belli sudore calens, clypeumque cruentis
Roribus, et scissi respersus pulvere campi.
Necdum illum aut trunca lustraverat obvia taxo
Eumenis, aut furvo Proserpina poste notarat
Coetibus assumptum functis: quin cominus ipsa
Fatorum deprensa colus: visoque paventes
Augure, tunc demum rumpebant stamina Parcae.
Illum et securi circumspexere fragorem
Elysii, et si quos procul inferiore barathro
Altera nox, aliisque gravat plaga caeca tenebris.
Tunc regemunt pigrique lacus, ustaeque paludes,
Umbriferaeque fremit sulcator pallidus undae,
Dissiluisse novo penitus telluris hiatu
Tartara, et admissos non per sua flumina Manes.
Forte sedens media regni infelicis in arce
Dux Erebi, populos poscebat crimina vitae,
Nil hominum miserans, iratusque omnibus umbris.
Stant Furiae circum, variaeque ex ordine Mortes,
Saevaque multisonas exercet Poena catenas.

Poichè fra l'ombre pallide repente
Discese il vate, e penetrò di morte
L'oscure case, e del sepolto mondo
Scoprì gli occulti arcani, e diè spavento
Ombra armata e guerriera a l'alme ignude;
Maravigliando inorridir d'Inferno
Gli abitatori in rimirare intatte
L'armi e i vivi destrieri, e 'l sacerdote,
Spettacol nuovo! d'ossa e carne cinto:
Perchè non arso da funerea pira
Scendea a gli abissi, e fuor di nero avello;
Ma di guerrier sudor grondante e caldo
Collo scudo sanguigno e polveroso
Di militare arena, e non ancora
L'avea l'Erinni con il tasso ardente
Purgato e mondo, nè sull'atra porta
Proserpina notato infra gli estinti:
Ma prevenendo il suo destin, le Parche
Sel videro vicino, e sbigottite
Lo stame in fretta ne troncar dal fuso.
Spaventò quel rumore i lieti Elisi,
E s'oltre il primo baratro profondo
Sono altre bolge, altri paesi oscuri.
Turbârsi i laghi inferni e i neri stagni,
E il nocchier della livida palude
Fremè mirando inusitate strade
Aprire il suolo al Tartaro profondo,
E fuor del legno suo dar varco a l'ombre.
Stava per sorte il Re del basso mondo
Assiso in mezzo del funesto regno,
Del popol morto esaminando i falli
E la trascorsa vita. In lui pietade
Non trova luogo, e a tutte l'ombre è irato
Stangli intorno le Furie e varie Morti;
E in varie guise fa suonar la Pena

Fata ferunt animas, et eodem pollice damnant.
Vincit opus: juxta Minos cum fratre verendo
Jura bonus meliora monet, regemque cruentum
Temperat: assistunt lacrymis atque igne tumentes
Cocytos Phlegethonque; et Styx perjuria divûm
Arguit. Ille autem supera compage soluta,
Nec solitus sentire metus, expavit oborta
Sidera, jucundaque offensus luce profatur:
« Quae Superûm labes inimicum impegit Averno
Aethera? quis rumpit tenebras? vitaeque silentes
Admovet? unde minae? uter haec mihi proelia fratrum?
Congredior: pereant agedum discrimina rerum.
Nam cui dulce magis? magno me tertia victum
Dejecit fortuna polo, mundumque nocentem
Servo: nec iste meus, dirisque en pervius astris
Inspicitur. Tumidusne meas regnator Olympi
Explorat vires? habeo jam quassa Gigantum
Vincula, et aethereum cupidos exire sub axem
Titanas, miserumque patrem. Quid me otia moesta
Saevus, et implacidam prohibet perferre quietem?
Amissumque odisse diem? pandam omnia regna,
Si placet, et Stygio praetexam Hyperiona coelo.
Arcada nec Superis (quid enim mihi nuntius ambas
Itque reditque domos?) emittam, et utrumque tenebo
Tyndariden. Cur autem avidis Ixiona frango
Vorticibus? cur non exspectant Tantalon undae?
Anne profanatum toties Chaos hospite vivo
Perpetiar? Me Pirithoi temerarius ardor
Tentat, et audaci Theseus juratus amico:
Me ferus Alcides, tunc quum custode remoto
Ferrea Cerbereae tacuerunt limina portae.
Odrysiis etiam pudet heu! patuisse querelis
Tartara: vidi egomet blanda inter carmina turpes
Eumenidum lacrymas, iterataque pensa sororum.
Me quoque: sed durae melior violentia legis.

Catene e ceppi. Le spietate Parche
Traggono i stami delle umane vite,
E gli troncan sovente; e pur dell' opra
È maggior la fatica ed il lavoro.
Ma il placido Minosse e 'l venerando
Fratello ispira al barbaro tiranno
Più giuste leggi, e ne rattempra l' ire.
Vi assistono Cocito e Flegetonte,
E Stige, ch' al giurar de' Numi eterni
Il freno impon d' inviolabil legge;
Ed ei quantunque a non temere avvezzo,
Pure a l' aprirsi della terrea mole
Temè le stelle ignote, e 'l torvo ciglio
Dal dolce offeso balenar del sole
Crollò il gran capo, e minacciando disse:
« Qual superior ruina al cieco Inferno
Mostra il nemico cielo? e chi rischiara
Queste tenebre nostre? e chi la morte
Quasi richiama a vita, e ne minaccia?
Qual de' fratelli miei guerra m' indíce?
Eccomi pronto. Il mal diviso mondo
Omai si turbi; e chi di noi più 'l brama?
La terza sorte me del polo escluse,
E del colpevol mondo a me diè 'l regno,
E questo ancor mi si contende: or ecco
Com' egli è aperto a le nemiche stelle.
Esplora forse il tumido germano,
Che regna in cielo, le mie forze ascose?
Stansi qui meco gli orridi Giganti
Che han quasi rotto le catene, e i figli
Di Titano, che uscir bramano in guerra
Contro de' Numi, e l' infelice padre.
Perchè gli ozii miei tristi e l' inamena
Pace mi turba, e fa bramarmi il giorno?
Solo ch' il voglia, aprirò i regni oscuri,
E involgerò fra l' ombre inferne il sole:
Io non rimanderò l' Arcade alato
A' Dei superni: (a che a me viene, e parte
Messaggier fra le tenebre e la luce?)
Io tirerò quaggiuso ambo i gemelli
Di Tindaro: e perchè gli eterni giri
D' Issione io non fermo? e perchè l' onda
Dell' assetato Tantalo ancor fugge?
Degg' io soffrir che tante volte e tante
Vengano i vivi a profanar l' Inferno?
Di Piritóo l' impresa e di Teséo,
Troppo fedele a temerario amico,
Ho ancor in mente, e quando il fiero Alcide
Cerbero seco trasse, e restar prive
Del triplice latrar le ferree porte.
Sento sdegno e rossor che 'l tracio Orfeo
Penetrasse quaggiù co' dolci accenti:
Io vidi, io vidi al lusinghiero canto
Pianger le Furie, e rannodar lo stame,
Già tronco al fuso, le crudeli Parche.
Io stesso . . . . ma l' irrevocabil legge

Ast ego vix unum, nec celsa ad sidera, furto
Ausus iter, Siculo rapui connubia campo:
Nec licuisse ferunt; injustaeque ab Jove leges
Protinus, et sectum genitrix mihi computat annum.
Sed quid ego haec? I, Tartareas ulciscere sedes,
Tisiphone, et, si quando novis asperrima monstris,
Triste, insuetum, ingens, quod nondum viderit aether,
Ede nefas, quod mirer ego, invideantque sorores.
Atque adeo fratres (nostrisque haec omina sunto
Prima odiis), fratres alterna in vulnera laeto
Marte ruant: sit, qui rabidarum more ferarum
Mandat atrox hostile caput, quique igne supremo
Arceat exanimes, et manibus aethera nudis
Commaculet: juvet ista ferum spectare Tonantem.
Praeterea ne sola furor mea regna lacessat,
Quaere deis qui bella ferat, qui fulminis ignes,
Infestumque Jovem clypeo fumante repellat.
Faxo haud sit cunctis levior metus, atra movere
Tartara, frondenti quam jungere Pelion Ossae. »
Dixerat: atque illi jamdudum regia tristis
Attremit oranti, suaque, et quae desuper urget,
Nutabat tellus. Non fortius aethera vultu
Torquet, et astriferos inclinat Juppiter axes.
« At tibi quos (inquit) manes, qui limite praeceps
Non licito per inane ruis? » Subit ille minantem
Jam tenuis visu, jam vanescentibus armis,
Jam pedes: exstincto tamen interceptus in ore
Augurii perdurat honos, obscuraque fronti
Vitta manet, ramumque tenet morientis olivae.
« Si licet, et sanctis hic ora resolvere fas est
Manibus, o cunctis finitor maxime rerum,
At mihi, qui quondam caussas, elementaque noram,
Et sator! oro, minas, stimulataque corda remulce,
Neve ira dignare hominem, et tua jura timentem.
Nam nec ad Herculeos (unde haec mihi pectora?) raptus,
Nec Venerem illicitam (crede his insignibus) ausi
Intramus Lethen: fugiat nec tristis in antrum
Cerberus, aut nostros timeat Proserpina currus.

Fu in me più forte; ed io, che una sol volta,
Nè già di furto, al ciel sereno ascesi,
E d' amor punto ne' Sicani campi
Rapii la sposa, e al letto mio la trassi,
Lecito disser che non m' era, e Giove
Tosto fe' leggi inique, e colla madre
Barbaramente mi divise l' anno.
Ma perchè parlo indarno? Esci, e vendetta
Fa Tesifone omai del nostro Inferno;
E s' ognor fosti d' esecrandi mostri
Feconda, or trova inusitata e grande
Scelleraggin funesta, e da le stelle
Non più veduta in alcun tempo, e degna
Che l' invidin tue suore, e ch' io l' ammiri.
Cadan l' un sovra l' altro in lieto marte
Con alterne ferite ambo i fratelli:
Sian questi esordii a le vendette nostre.
Altri di fiera in guisa il capo ostile
Roda feroce con rabbiosa fame:
Altri gli estremi roghi a' corpi esangui
Contenda e neghi, e l' aer puro infetti
Co' cadaveri putridi e insepolti.
Veggalo il crudo Giove e sen' compiaccia.
E perchè i regni nostri a gli altrui sdegni
Soli non sieno esposti, alcun ritrova
Che muova guerra a' Numi, e del Tonante
La folgore respinga, e al ciel contrasti.
Io farò sì, che non più facil sembri
Del Tartaro turbar l' oscure sedi,
Che monti imporre a monti, e Pelio ad Ossa. »
Disse e al suo dir tremò l' orrenda reggia,
E 'l suol, cui preme, e 'l superior terreno.
Non con forza maggior scote il Tonante
Le stelle e i poli, se 'l gran capo muove;
E; « A te, soggiunse, che quaggiù scendesti
Per illecite vie, quai pene appresto?
Il sacerdote allor fatt' ombra lieve,
Ed invisibil quasi a gli occhi altrui,
Di già consunte l' armi e già pedone,
Ma conservando; ancor che spirto ignudo;
L' onor del sacerdozio, e sulla fronte
Le oscure bende, e 'l ramuscel d' oliva
Pallida in mano, al crudo re rispose:
« Se lece, e s' è permesso alle sacr' ombre
Sciogliar la voce, e in questi luoghi, o estremo
Ricetto e fine delle cose al vulgo,
Che poco intende, ma principio e fonte
A me, cui le cagioni e gli elementi
Fur sempre noti; le minacce affrena,
E placa il cor turbato, e non far degno
Dell' ira tua chi le tue leggi apprezza.
A l' Erculee rapine io non discendo.
Donde in me tanto ardir? nè impuro amore
(Credilo a queste bende) è che mi guida.
Non si nasconda nelle oscure grotte
Il can trifauce, nè del nostro carro

Augur Apollineis modo dilectissimus aris,
Testor inane Chaos (quid enim hic jurandus Apollo?),
Crimine non ullo subeo nova fata: nec alma
Sic merui de luce rapi: scit judicis urna
Dictaei, verumque potest deprendere Minos.
Conjugis insidiis, et iniquo venditus auro,
Argolicas acies, unde haec tibi turba recentum
Umbrarum, et nostrae veniunt quoque funera dextrae,
Non ignarus ini: subito me turbine mundi
(Horret adhuc animus) mediis e millibus hausit
Nox tua. Quae mihi mens, dum per cava viscera terrae
Vado diu pendens, et in aëre volvor operto?
Hei mihi! nil ex me sociis, patriaeque relictum,
Vel captum Thebis: non jam Lernaea videbo
Tecta, nec attonito saltem cinis ibo parenti.
Non tumulo, non igne miser, lacrymisque meorum
Productus, toto pariter tibi funere veni,
Nil istis ausurus equis: nec deprecor umbram
Accipere, et tripodum jam non meminisse meorum.
Nam tibi praesagi quisnam super auguris usus,
Quum Parcae tua jussa trahant? sed pectora flectas,
Et melior sis, quaeso, deis: si quando nefanda
Huc aderit conjux, illi funesta reserva
Supplicia: illa tua, rector bone, dignior ira. »
Accipit ille preces, indignaturque moveri.
Ut leo Massyli quum lux stetit obvia ferri,
Tunc iras, tunc arma citat: si decidat hostis,
Ire super satis est, vitamque relinquere victo.
Interea vittis, lauruque insignis opima
Currus, et egregiis modo formidatus in armis,
Luce palam fusus nulli, nullique fugatus
Quaeritur: absistunt turmae, suspectaque tellus
Omnibus: infidi miles vestigia campi
Circumit, atque avidae tristis locus ille ruinae
Cessat, et inferni vitatur honore sepulcri.
Nuntius hortanti diversa in parte maniplos
Adrasto, vix ipse ratus vidisse, Palaemon

Proserpina paventi: io fui poc' anzi
Augure, e caro a gli Apollinei altari.
Giuro per lo tuo Caos, (e vano fora
Giurar quaggiù per Febo) alcun mio fallo
Reo non mi fe' di così nuova morte,
Nè meriterai per così strane vie
Esser tolto a la luce. Il sa ben l' urna
Del giudice Cretense, e può Minosse
Scoprirne il vero: da l' infida moglie
Tradito, e a prezzo d' esecrabil oro
Venduto, e del mio mal certo indovino
M' ascrissi a l' armi argive onde tant' alme
Scesero a te poc' anzi, e di mia mano
Certo non poca e non ignobil parte.
Con subita vertigine dal mondo
(Innoridisco!) me fra mille schiere
La tua gran notte nel suo abisso immerse.
Quale mi feci allor, che per lo vano
Della terra pendente, e per l' opaco
Aere discesi! Ahi che di me non resta
Nulla a gli amici, a la mia patria, o almeno
Spoglia e trionfo a la nemica Tebe.
Io non più rivedrò le argive mura,
Nè 'l mio mortale in cenere raccolto
Tornerà al mesto padre, e senza tomba,
Senza l' onor del rogo e senza pianti
Coll' osequie mie intere, e co' destrieri
(Ma per nulla tentare) a te ne vengo.
Nè già ricuso convertirmi in ombra,
Ed i tripodi miei porre in obblio.
C' hai tu che far de' vaticini nostri,
Se a tuo voler filan le Parche i fati?
Deh placa l' ira, e mansueto e pio
Ti mostra a me più de' superni Numi.
Ma quando a te verrà la moglie infame,
A lei serba i supplicii e l' aspre pene:
Essa, o buon re, dell' ira tua è più degna. »
Pluto esaudì le preci, e n' ebbe scorno.
Così leon del cacciator Massíle
Se vede incontra balenarsi il ferro,
Si muove a l' ira, e l' unghie arruota e 'l dente;
Ma se cade il nemico e a terra giace,
Sol gli va sopra, e dà la vita al vinto.
Cercano intanto sbigottiti i Greci,
Ove sia il carro sì temuto in guerra,
E insigne per le bende e per l' alloro,
Nè da forza mortal vinto o fugato.
Si ritiran le schiere, e ognun paventa
L' infelice terreno, e al luogo infausto
Giran da lungi timidi guerrieri:
E ciò ch' è intorno a l' avida vorago
Cessa da l' armi, e si ha rispetto e tema
Alla tomba infernal del vate assorto.
Ma Palemon, che da vicin lo scorse
Precipitar nel cupo fondo, e appena
A gli occhi proprii il crede, al vecchio Adrasto,

Advolat, et trepidans (steterat nam forte cadenti
Proximus) inspectoque miser pallebat hiatu.
« Verte gradum: fuge, rector, ait; si Dorica saltem
Terra loco, patriaeque manent, ubi liquimus, arces.
Non armis, non sanguine opus: quid inutile ferrum
Stringimus in Thebas? Currus humus impia sorbet,
Armaque, bellantesque viros: fugere ecce videtur
Hic etiam, quo stamus, ager: vidi ipse profundae
Noctis iter, ruptaque soli compage ruentem,
Illum heu, praesagis quo nullus amicior astris,
Oecliden, frustraque manus cum voce tetendi.
Mira loquor: sulcos etiamnum, rector, equorum,
Fumantemque locum, et spumis madida arva reliqui.
Nec commune malum est: tellus agnoscit alumnos,
Stat Thebana acies.» Stupet haec, et credere Adrastus
Cunctatur; sed Mopsus idem, trepidusque ferebat
Actor idem. Nam fama novis terroribus audax
Non unum cecidisse refert: sponte agmina retro
Non exspectato revocantum more tubarum
Praecipitant: sed torpet iter, falluntque ruentes
Genua viros, ipsique (putes sensisse) repugnant
Cornipedes, nulloque truces hortamine parent,
Nec celerare gradum, nec tollere lumina terra.
Fortius incursant Tyrii: sed Vesper opacus
Lunares jam ducit equos: data foedere parvo
Moesta viris requies, et nox auctura timores.
Quae tibi tunc facies, postquam permissa gemendi
Copia? qui fletus galeis cecidere solutis?
Nil solitum fessos juvat: abjecere madentes,
Sicut erant, clypeos: nec quisquam spicula tersit,
Nec laudavit equum, nitidae nec cassidis altam
Compsit adornavitque jubam: vix magna lavare
Vulnera, et efflantes libet internectere plagas.
Tantus ubique dolor! Mensas alimentaque bello

Ch' eccitava le schiere a la battaglia
In altra parte, spaventato corre
Pallido ancora per l' immane speco
Che dinanzi si vede: e, « Fuggi, grida,
Fuggi, o buon re, s' ove fuggir ci resta,
S' è ancora il suol natio, s' ancora stanno
Le mura d' Argo e le paterne case.
A che l' armi adoprar, spargere il sangue?
Che giova il ferro contra Tebe? Il suolo
Per lei combatte, e i guerrier nostri ingoia,
E l' armi e i carri: ahi che fuggir mi sembra
Sotto i piedi il terren ch' ora calchiamo.
Vidi 'l cieco sentier dell' ombra eterna
Io stesso, e vidi nell' aperto piano
Precipitar colui che, mentre visse,
Fu così caro a le presaghe stelle,
Il diletto d' Apollo Anfiarao;
E in van gridai, la mano invan gli stesi.
Maraviglie io racconto: ancor fumante
Resta il terreno, e son di spuma aspersi
Gl' infami campi, e vi son l' orme impresse
Del carro e de' destrieri. Il suol crudele
Non è con tutti; i figli suoi risparmia,
E stan sicure le tebane schiere.
Stupisce Adrasto, e non sa ben se 'l creda;
Ma Mopso e Attor narran le stesse cose,
E la fama le accresce, e forza acquista
Dal novello terrore, e narra e finge
Più d' un guerriero assorto. Al fiero annunzio,
Senz' aspettar che delle trombe il suono
Chiami a raccolta, di spavento piene
Fuggon le schiere; ma la fuga è lenta,
Ed a la brama non consente il piede.
Par che i destrieri stessi abbiano mente,
Così sen' van dubbiosi, incerti e lenti,
Nè temono gli spron, nè mutan passo;
Ma timidi adombrando, e a capo chino
Non osan sollevar da terra il guardo.
Gl' incalzano i Teban: ma fuor conduce
I cavalli di Cintia Espero oscuro;
Breve quiete e momentanea pace
Ebbero allora i Greci, e l' atra notte
Più di tema arrecò che di riposo.
Qual fu la faccia allor del campo afflitto,
Poichè il dolersi fu permesso? quante
Lagrime uscir, poichè fur sciolti gli elmi?
Nulla a' miseri giova, ed in non cale
Pongon gli usi guerrieri, e l' armi e l' aste
Scagliano lungi, ed i sanguigni scudi,
Quali di guerra uscir, nè alcun li terge.
Non v' ha chi cura de' destrier si prenda,
O chi su gli elmi le gran piume assetti.
Fasciano appena le ferite aperte,
E le più gravi; tal per tutto è doglia!
Nè permette il timore a' corpi lassi
Porger ristoro cogli usati cibi.

Debita nec pugnae suasit timor: omnia laudes,
Amphiaraë, tuas, fecundaque pectora veri
Commemorant lacrymis, et per tentoria sermo
Unus, « Abisse deos, dilapsaque numina castris. »
« Heu! ubi laurigeri currus? solemniaque arma?
Et galeae vittatus apex? hoc antra, lacusque
Castalii? tripodumque fides? sic gratus Apollo?
Quis mihi sidereos lapsus, mentemque sinistri
Fulguris, aut caesis saliat quod numen in extis,
Quando iter, unde morae, quae saevis utilis armis.
Quae pacem magis hora velit, quis jam omne futurum
Proferet? aut cum quo volucres mea fata loquentur?
Hos quoque bellorum casus nobisque, tibique,
Praescieras, et (quanta sacro sub pectore virtus!)
Venisti tamen, et miseris comes additus armis.
Et quum te tellus, fatalisque hora vocaret,
Tu Tyrias acies, adversaque signa, vacasti
Sternere: tunc etiam media de morte timendum
Hostibus, infestaque abeuntem vidimus hasta.
Et nunc te quis casus habet? poterisne reverti
Sedibus a Stygiis, altaque erumpere terra?
Anne sedes hilaris juxta tua numina Parcas?
Et vice concordi discis ventura, docesque?
An tibi felices lucos miseratus Averni
Rector et Elysias dedit inservare volucres?
Quicquid es, aeternus Phoebo dolor, et nova clades
Semper eris, mutisque diu plorabere Delphis.
Hic Tenedon, Cyrrhamque dies, partuque ligatam
Delon, et intonsi cludet penetralia Branchi.
Nec Clarias hac luce fores, Didymaeaque quisquam
Limina, nec Lyciam supplex consultor adibit.
Quin et corny geri vatis nemus, atque Molossi
Quercus anhela Jovis, Trojanaque Thymbra tacebit.
Ipsi amnes, ipsaeque volent arescere laurus.
Ipse nihil certum sagis clangoribus aether
Praecinet, et nulla ferientur ab alite nubes.
Jamque erit ille dies, quo te quoque conscia fati
Templa colant, reddatque tuus responsa sacerdos.»
Talia fatidico peragunt solemnia regi,
Ceu flammas, ac dona rogo, tristesque rependant

E rinnovar le forze a nuova pugna.
Solo delle tue lodi in mezzo a' pianti,
Anfiarao, si parla, e del profondo
Saper, con cui tu discoprivi il vero.
Teco, diceau, partir dal campo i Numi.
Ov' è il carro laurigero, e le insigni
Armi, e di bende l' intrecciato elmetto?
Son questi gli antri ed i Castalii fonti?
Questa de' sacri tripodi è la fede?
Così Apollo t' è grato? E chi degli astri
Fia che sveli gl' influssi; e ciò che voglia
La folgore sinistra; e nelle fibre
Qual Dio si mostri; e del partir il tempo
Qual sia, qual di fermarsi, e della pace
E della guerra ne distingua l' ore
A chi prediran più gli augelli il fato?
La pugna a noi funesta e 'l tuo destino
Tu prevedesti, e pur dell' armi infauste
(Tant' era in te virtù!) fosti compagno.
E quando instava già l' ora fatale
E l' aperto terreno, era tua cura
Far de' Tebani strage: ancor tremendo
A gl' inimici in morte, e ti vedemmo
Scender coll' asta d' ostil sangue aspersa.
Or qual è la tua sorte? a te permesso
Fia mai l' uscir dal tenebroso Inferno,
E ritornar di sopra? o pur contento
Stai con le Parche amiche, ed il futuro
Con vicenda concorde insegni e impari?
O forse impietosito il re dell' ombre
Te mandò a' boschi del felice Eliso
I voli ad osservar de' fausti augelli?
Ovunque sei, tu sarai sempre a Febo
Rinnovato dolore, eterna pena.
Tacerà Delfo, e piangerà gran tempo
Tua morte acerba: questo dì funesto
Chiusi terrà di Tenedo gli altari,
E Cirra e Delo, cui nascendo Apollo
Stabile rese, e le presaghe grotte
Di Branco: ne fia più chi su le soglie
Di Claro preghi, o chi consulti il tempio
Di Didime, o le sorti in Licia cerchi.
Del cornigero Ammon fian muti i boschi;
E la quercia fatidica, e ripiena
Del Molosso Tonante, ed i Timbrei
Oracoli ch' Apollo in Troia rende;
Anzi gli stessi fiumi e i sacri allori
Inaridirsi brameran per doglia.
Non predirà con i presaghi canti
Il ciel più il vero, e non vedrem gli augelli
L' aria solcar con misteriosi voli:
Ma ben tempo verrà che altari e tempii
Ti fieno eretti, e a le divote turbe
Renderan tue risposte i sacerdoti. »
Questi gli onori fur ch' al duce e vate
Rese concordemente il campo Argivo

Exsequias, mollique animam tellure reponant.
Fracta dehinc cunctis, aversaque pectora bello.
Sic fortes Minyas subito quum funere Tiphys
Destituit, non arma sequi, non ferre videtur
Remus aquas, ipsique minus jam ducere venti.
Jam fessis gemitu paulatim corda levabat
Exhaustus sermone dolor; noxque addita curas
Obruit, et facilis lacrymis irrepere somnus.
At non Sidoniam diversa in parte per urbem
Nox eadem: vario producunt sidera ludo
Ante domos, intraque; ipsaeque ad moenia marcent
Excubiae: gemina aera sonant, Idaeaque terga,
Et moderata sonum vario spiramine buxus.
Tunc dulces Superos, atque omne ex ordine alumnum
Numen, ubique sacri resonant Paeanes, ubique
Serta, coronatumque merum: nunc funera rident
Auguris ignari, contraque in pectore certant
Tiresiam laudare suum: nunc facta revolvunt
Majorum, veteresque canunt ab origine Thebas.
Hi mare Sidonium, manibusque attrita Tonantis
Cornua, et ingenti sulcatum Nerea tauro:
Hi Cadmum, lassamque bovem, fetosque cruenti
Martis agros: alii Tyriam reptantia saxa
Ad chelyn, et duras animantem Amphiona cautes:
Hi gravidam Semelen: illi Cythereia laudant
Connubia, et multa deductam lampade fratrum
Harmonien: nullisque deest sua fabula mensis.
Ceu modo gemmiferum thyrso populatus Hydaspen,
Eoasque domos, nigri vexilla triumphi
Liber, et ignotos populis ostenderet Indos.
Tum primum ad coetus, sociaeque ad foedera mensae,
Semper inaspectum, diraque in sede latentem,
Oedipoden exisse ferunt, vultuque sereno
Canitiem nigram squalore, et sordida fusis
Ora comis laxasse manu, sociûmque benignos
Affatus, et abacta prius solatia passum:
Quin hausisse dapes, insiccatumque cruorem
Dejecisse genis: cunctos auditque, refertque,
Qui Ditem, et Furias tantum, et si quando regentem
Antigonem, moestis solitus pulsare querelis.

Di pira invece e di funereo rogo,
E dell'esequie e della tomba lieve.
Quindi cade l'ardire in ogni petto,
E s'ha in odio la guerra: in cotal guisa,
Morto Tifi, repente i Minii audaci
Restàr conquisi, e men sicuro il pino
Lor parve, e i remi debili e fallaci,
E al lor cammin soffiar più fiacco il vento.
Ma negli animi lassi il parlar lungo
E 'l molto sospirare a poco a poco
Scemo aveva il dolore, e l'atra notte
Sopìa le cure, e fra' singulti e i pianti
Facil l'entrata avea trovata il sonno.
Simile già non fu la notte in Tebe,
E nelle piazze e ne' paterni alberghi
La consumaro in giuochi. In su le mura
Ebbre stanno le guardie e sonnacchiose.
I timpani ed i cembali risuonano
Per tutto a gara, e le forate tibie:
Allor fra le carole i Numi lodano,
E cantano e raccontano per ordine
I cittadini Dei; le fronti e i calici
Fregian di vaghi serti, e le incoronano:
Ora d'Anfiarao la tomba irridono,
Or fin al cielo il lor Tiresia innalzano,
Ora degli avi lor tesson catalogo,
E della lor città dicon l'origine.
Cantano questi di Sidone i flutti,
E la fanciulla che al divino amante
Palpa le corna, e 'l bue che solca il mare:
Quelli rammentan Cadmo, e la già stanca
Vacca, d'uomini armati il suol fecondo:
Chi di Semele il parto, e chi racconta
Della figlia di Venere le nozze
Al letto nuzial fra mille faci
Accompagnata da' fratelli amori.
Cantasi alcun bel fatto in ogni mensa,
Come se allora il loro nume Bacco
Col tirso domi i regni dell'Aurora,
E l'Idaspe gemmato, il popol nero
In trionfo traesse, e gl'Indi ignoti.
Fam' è che allor per la primiera volta
Edippo uscisse di sue grotte oscure,
Ove giacea sepolto agli occhi altrui,
Nè schivasse seder fra liete mense,
E che allegro nel volto il suo canuto
Squallido crin ricomponesse, e i detti
Degli amici accogliesse, ed i conforti
Ed i piaceri fino allora esclusi.
Anzi gustò de' cibi, e terse il sangue
Su le guance rappreso: ed ei che avvezzo
Era solo a trattar co' Numi inferni,
Con Pluton, con le Furie, e di querele
Antigone pagar, che lo reggea,
Fatto repente affabile e cortese,
Parla e risponde: ognun stupisce, e alcuno

Caussa latet: non hunc Tyrii fors prospera belli;
Tantum bella juvant: natum hortaturque, probatque,
Nec vicisse velit; sed primos cominus enses
Et scelerum tacito rimatur semina voto.
Inde epulae dulces, ignotaque gaudia vultu.
Qualis post longae Phineus jejunia poenae,
Nil stridere domi volucres ut sensit abactas
(Needum tota fides), hilaris, mensasque, torosque,
Nec turbata feris tractavit pocula pennis.
Cetera Graiorum curis armisque jacebat
Fessa cohors: alto castrorum ex aggere Adrastus
Laetificos tenui captabat corde tumultus,
Quamquam aeger senio: sed agit miseranda potestas
Invigilare malis: illum aereus undique clamor
Thebanique urunt sonitus, et amara lacessit
Tibia, tum nimio voces marcore superbae,
Incertaeque faces, et jam male pervigil ignis.
Sic ubi per fluctus uno ratis obruta somno
Conticuit, tantique maris secura juventus
Mandavere animas; solus stat puppe magister
Pervigil, inscriptaque deus qui navigat alno.
Tempus erat, junctos quum jam soror ignea Phoebi
Sentit equos, penitusque cavam sub luce parata
Oceani mugire domum, seseque vagantem
Colligit, et moto leviter fugat astra flagello.
Concilium rex triste vocat: quaeruntque gementes,
Quis tripodas successor agat: quo prodita laurus
Transeat, atque orbum vittae decus. Haud mora, cuncti
Insignem fama, sanctoque Melampode cretum
Thiodamanta volunt; quicum ipse arcana deorum
Partiri, et visas uni sociare solebat
Amphiaraus aves, tantaeque haud invidus artis
Gaudebat dici similem, juxtaque secundum.
Illum ingens confundit honos, inopinaque turbat
Gloria, et oblatas frondes submissus adorat,
Seque oneri negat esse parem, cogique meretur.
Sicut Achaemenius solium gentesque paternas
Excepit si forte puer, cui vivere patrem

La ragion non ne intende. A lui non cale
Il trionfo de' suoi: la stessa guerra
È che gli piace e giova, e 'l figlio loda,
E l'esorta e seguir; nè però brama
Ch' ei resti vincitor. Con voti iniqui
Ei già contempla le fraterne spade,
E d'ogni scelleranza il primo seme,
Quindi il piacer de' cibi e i gaudii nuovi.
Così Fineo, dopo una lunga fame
Sofferta in pena, nel reale albergo,
Da che più non sentì strider le arpíe,
(Non ben sicuro ancor) le mense, i letti
E i calici trattò non più turbati
Da' sozzi ventri e dall' immonde penne.
Dormiva intanto la falange Argiva
Stanca da l'armi e da' pensier funesti:
Ma da la tenda sua, ch' è in alto posta,
Vegliava Adrasto, ed i tripudii udiva
Della nemica Tebe, ancor ch' ei fosse
Per la senile etade infermo e lasso.
Ma il supremo comando (o di chi regna
Misera legge!) su le altrui sciagure
A vegliare lo forza. I bronzi cavi
E le forate tibie a lui del sonno
Turban la pace, ed i clamori insani.
Vede mancar le faci, e delle scorte
Quasi i fuochi sopiti e moribondi.
Così fra l'onde d'un egual sopore
La nave oppressa tace, ed in profondo
Sonno la gioventù del mar sicura
Giace sopita. Il nocchier solo è desto,
E seco il Nume che presiede al legno.
Era già 'l tempo che i febei destrieri
Sente accoppiarsi al luminoso carro
Cintia, e muggire l' Oceán profondo
A lo spuntar della novella luce,
E sè stessa raccoglie e si ritira,
E con lieve flagel scaccia le stelle.
Adrasto allor mesto concilio aduna,
E ricercan gemendo i Greci afflitti
Chi a' tripodi succeda al sacro alloro,
E a le vedove bende, e di concorde
Voler scelgon fra lor Tiodamante
Per fama insigne, e di Melampo figlio.
Seco soleva Anfiarao de' Numi
Partir gli arcani e degli augelli il volo;
(Nè invidiando a sua virtù) godea
Di vederselo eguale, o almen secondo.
Quegli per il novello onor confuso,
L'alta gloria improvvisa e 'l lauro offerto
Umile adora, e a sì sublime incarco
Inegual si confessa, e lo ricusa,
E in ricusando più sen' mostra degno.
Così di Perso re tenero figlio,
Per cui meglio era che vivesse il padre,
Timido siede su l'avito soglio,

Tutius, incerta formidine gaudia librat,
An fidi proceres, ne pugnet vulgus habenis:
Cui latus Euphratae, cui Caspia limina mandet;
Sumere tunc arcus, ipsumque onerare veretur
Patris equum, visusque sibi nec sceptra capaci
Sustentare manu, nec adhuc implere tiaram.

Atque is ubi intorto signavit vellere crinem,
Convenitque deis, hilari per castra tumultu
Vadit ovans: ac, prima sui documenta, sacerdos
Tellurem placare parat: nec futile moestis
Id visum Danais: geminas ergo ilicet aras
Arboribus vivis, et adulto cespite texi
Imperat, innumerosque deae sua munera flores,
Et cumulos frugum, et quicquid novat integer annus,
Addit, et intacto spargens altaria lacte
Incipit: « O hominum divûmque aeterna creatrix,
Quae fluvios, silvasque, animasque, et semina mundi
Cuncta, Prometheasque manus, Pyrrhaeaque saxa
Gignis; et impastis quae prima alimenta dedisti,
Mutastique vices; quae pontum ambisque, vehisque,
Te penes et pecudum gens mitis, et ira ferarum,
Et volucrum requies, firmum atque immobile mundi
Robur inoccidui! te velox machina coeli
Aëre pendentem vacuo, te currus uterque
Circuit. O rerum media, indivisaque magnis
Fratribus! ergo simul tot gentibus alma, tot altis
Urbibus, ac populis, subterque ac desuper una
Sufficis; astriferumque domos Atlanta supernas
Ferre laborantem, nullo vehis ipsa labore,
Nos tantum portare negas? nos, diva, gravaris?
Quod, precor, ignari luimus scelus? an quia plebes
Externa Inachiis huc adventamus ab oris?
Omne homini natale solum: nec te, optima, saevo
Tamquam humiles populos deceat distinguere fine,
Undique ubique tuos: maneas communis, et arma
Hinc atque inde feras: liceat, precor, ordine belli
Pugnaces efflare animas, et reddere coelo.
Ne rape tam subitis spirantia corpora bustis,

E 'l nuovo onor colla paura libra:
Se i proceri sian fidi, e ubbidiente
A le sue leggi il vulgo: a chi commetta
Le Caspie porte: a chi l' Eufrate in guardia:
L'arco e 'l destrier paterno ardisce appena
Trattare: e troppo grave a la sua mano
Lo scettro sembra, ed il suo capo augusto
Del serto imperial non ben capace.
Poichè l' infule sacre al capo attorse
Il nuovo vate, ed ebbe fausti i Numi,
Tra lieti applausi e tra festive grida
Girò pel campo, ed a placar la Terra
Tosto s'accinse; e l'approvaro i Greci.
Dunque comanda che di vive piante
E di verdi cespugli insieme intesti
S'ergan due altari, ed a la madre antica
Dona i suoi doni: innumerabil fiori
E cumuli di frutta, e ciò che l'anno
In se tornando rinnovella; e 'l latte
Sopra vi sparge, indi così ragiona:
« O madre eterna degli eterni Numi
E de' mortali, che produci e crei
E fiumi e selve e innumerabil'alme,
E del mondo ogni seme, e che animasti
A Prometeo le mani, a Pirra i sassi;
Che all'uomo desti gli alimenti primi,
E che 'l rinnovi ognor col sen fecondo;
Che l' Oceán circondi e lo sostenti:
Tu le innocenti gregge e le iraconde
Fiere porti sul dorso, e dai riposo
A gli augelli volanti, e dell'eterno
Mondo sei ferma e inviolabil sede:
Intorno a te, che pendi in l'aer vano,
Ruotan del cielo le veloci sfere,
E de' maggior pianeti ambedue i carri,
O mezzo infra le cose, e non diviso
Fra' celesti fratelli e comun regno.
Dunque eguale nutrice a tante genti
Tu sola basti a sostenere il pondo
De' popoli che a te premono in giro
Sopra, sotto e da' lati il globo immenso
Di tante nazioni, e di tant'alme
Cittadi eccelse; e 'l mauritano Atlante,
Che folce gli astri sul tuo dorso, porti
Quasi leggiero peso, e noi ricusi?
Noi soli ti siam gravi? e quale ignoto
Delitto ne fa rei di tanta pena?
Forse perchè venghiam gente straniera
Da le contrade d' Argo? Ogni terreno
E patria all'uomo. Ottima madre, a noi
Non voler assegnar confini angusti,
Quasi ad ignobil vulgo: a l'armi nostre
Egual ti mostra e a le tebane, e lascia
Che spiriam l'alme forti in giusta guerra,
E le rendiamo al cielo, e non rapirci
Con improvvise tombe i corpi vivi.

Ne propera: veniemus enim, quo limite cuncti,
Qua licet ire via: tantum exorata Pelasgis
Siste levem campum; celeres neu praecipe Parcas.
At tu care deis, quem non manus ulla, nec enses
Sidonii, sed magna sinu Natura soluto,
Ceu te Cyrrhaeo meritum tumularet hiatu,
Sic amplexa coit, hilaris des, oro, precatus
Nosse tuos, coeloque, et vera monentibus aris
Concilies, et quae populis proferre parabas,
Me doceas: tibi sacra feram praesaga, tuique
Numinis interpres, te Phoebo absente vocabo.
Ille mihi Delo Cyrrhaque potentior omni
Quo ruis, ille adytis melior locus.» Haec ubi dicta,
Nigrantes terra pecudes, obscuraque mergit
Armenta, ac vivis cumulos undantis arenae
Aggerat, et vati mortis simulacra rependit.

Talia apud Graios, quum jam Mavortia contra
Cornua, jam saevos fragor aereus excitat enses.
Addit acerba sonum Theumesi e vertice crinem
Incutiens, acuitque tubas et sibila miscet
Tisiphone: stupet insolito clangore Cithaeron
Marcidus, et turres carmen non tale secutae.
Jam trepidas Bellona fores, armataque pulsat
Limina; jam multo laxantur cardine Thebae.
Turba eques pedites, currus properantibus obstant,
Ceu Danai post terga premant: sic omnibus alae
Arctantur portis; septemque excursibus haerent.
Ogygiis it sorte Creon; Eteoclea mittunt
Neitae; celsas Homoloidas occupat Haemon,
Hypsea Proetides; celsum fudere Dryanta
Electrae; quatit Hypsistas manus Eurymedontis;
Culmina magnanimus stipat Dircaea Menoeceus.

Qualis ubi adversi secretus pabula coeli
Nilus, et Eoas magno bibit ore pruinas,
Scindit fontis opes, septemque patentibus arvis
In mare fert hiemes, penitus cessere fugatae
Nereides, dulcique timent occurrere ponto.

Tristis at inde gradum tarde movet Inacha pubes,
Praecipue Elaeae, Lacedaemoniaeque cohortes,

Non ci affrettare: per diverse vie,
Qual prescritto è a ciascun, tutti verremo.
Noi ti preghiam; sta ferma, e le Pelasghe
Schiere sostenta, e la veloce Parca
Non prevenire. E tu, diletto a' Numi,
Cui non Sidonio ferro o mortal destra
Estinse, ma Natura, il duro seno
Aperto, nelle viscere t'accolse,
Quasi entro il meritato antro Cirreo;
Deh in noi, pregato, il tuo sapere infondi,
Ed il ciel ne concilia e i sacri altari,
E i fati a te già noti a me rivela.
Io t'offrirò votive ostie presaghe,
E interprete fedel del tuo gran Nume
Te invocherò, quantunque taccia Apollo.
Più di Cirra e me sacro e più di Delo
Questo luogo sarà, dove cadesti.»
Ciò detto, e nere gregge e neri armenti
Vivi sotterra, e sopra di essi innalza
Gran tumulo d'arena, e in cotal forma
D'immaginario avello il vate onora.

Ciò si facea tra' Greci, allor che udiro
Di Tebe uscir tale un rumor di guerra,
Di timpani e di trombe un tale invito,
Che in fretta li costrinse a prender l'armi.
Su la cima di Teumeso Megera
Scuote la chioma serpentina, e i fischi
Mesce a le trombe, e fa più acuto il suono.
L'ebbro Citero e l'alte torri, avvezze
A seguir miglior canto, inorridiro
Al non usato strepito di Marte.
Bellona stessa le ferrate porte
Urta e spalanca, e tutta Tebe è aperta.
Quasi per sette bocche escono al campo
Confusi e misti e cavalieri e fanti
E carri, e fansi l'uno a l'altro impaccio.
Sembra che i Greci abbiano a tergo; tanto
S'affollano a le porte: esce Creonte
Per l'Ogigia, e sen vien per la Neita
Eteocle feroce; il forte Emone
Sgorga per l'Emoloida, e la Pretida
Fuor manda Ipseo; quindi l'Elettra ingombra
Il gran Driante; con robusta mano
L'Ipsista scote Eurimedonte altero,
E la Dircea sta di Meneceo in guardia.

Così talora il Nilo in sè nascoso
Sugge a gran tratti orientali nembi,
E dell'opposto ciel gli umidi influssi;
Poscia il tesoro dell'ignoto fonte
Divide, e porta in abbondanza l'acque
Per sette foci a l'Oceán profondo:
Fuggono le Nereidi, e i dolci flutti
Non pon soffrir di quei novelli umori.

Escon del vallo a passi tardi e lenti
I Greci afflitti, e più d'ogni altro stuolo
Vengono meste le falangi Elee,

Et Pylii: subitum nam Thiodamanta sequuntur
Augure fraudati, necdum accessere regenti.
Nec tua te, princeps tripodum, sola agmina quaerunt:
Cuncta phalanx sibi deesse putat. Minor ille per alas
Septimus exstat apex; liquido velut aethere nubes
Invida Parrhasiis unum si detrahat astris,
Truncus honor plaustri; nec idem nitet igne reciso
Axis; et incerti numerant sua sidera nautae.
Sed jam bella vocant: alias nova suggere vires
Calliope, majorque chelyn mihi tendat Apollo.
Fatalem populis ultro poscentibus horam
Admovet atra dies: Stygiisque emissa tenebris
Mors fruitur coelo, bellatoremque volando
Campum operit, nigroque viros invitat hiatu,
Nil vulgare legens: sed quae dignissima vita
Funera, praecipuos annis animisque cruento
Angue notat; jamque in miseros pensum omne sororum
Scinditur, et Furiae rapuerunt licia Parcis.
Stat medius campis etiamnum cuspide sicca
Bellipotens; jamque hos clypeum, jam vertit ad illos
Arma ciens, aboletque domos, connubia, natos.
Pellitur et patriae, et qui mente novissimus exit,
Lucis amor: tenet in capulis, hastisque paratas
Ira manus; animusque ultra thoracas anhelus
Conatur, galeaeque tremunt horrore comarum.
Quid mirum caluisse viros? flammantur in hostem
Cornipedes, niveoque rigant sola putria nimbo,
Corpora ceu mixti dominis, irasque sedentum
Induerint: sic frena terunt, sic proelia poscunt
Hinnitu, tolluntque armos, equitemque supinant.
Jamque ruunt, primusque virûm concurrere pulvis
Incipit, et spatiis utrimque aequalibus acti
Adventant, mediumque vident decrescere campum.
Jam clypeus clypeis, umbone repellitur umbo,
Ense minax ensis, pede pes, et cuspide cuspis.

Quelle di Lacedemone e di Pilo
Vedove e prive del lor duce e vate,
Seguendo il nuovo lor rege improvviso,
Non bene avvezze ancora al suo comando.
Nè solo te cercan tue fide genti,
Primo fra' vati; ma ciascuna schiera
Crede che a lei tu manchi, e men sublime
Il settimo cimier sorge nel campo.
Qual se in l'umido polo invida nube
Un astro invola a le Parrasie stelle,
Tronco ne resta il carro, e d'una luce
Scemo risplende il cielo, e i naviganti
In numerar le stelle incerti stanno.
Ma già mi chiaman l'armi: in me rinforza
Calliope i carmi, e più sonora cetra
Mi doni Apollo: il feral giorno adduce
A' popoli vogliosi e furibondi
Su facili ali l'ultimo momento.
Uscito fuori della stigia gora
La Morte a cielo aperto il campo ingombra
Co' tetri vanni, e col suo nero ammanto
Eccita a l'armi le nemiche squadre;
Nè vuole alme plebee, ma quelle sceglie
Che per etade e per valor più degne
Di vita sono, e con sanguigno serpe
Le nota e le distingue. I fusi interi
Tolti a le Parche, delle Parche invece
Troncan le Furie a gl' infelici; e Marte
Con l'asta ancor non sanguinosa stassi
Nel mezzo al campo, e 'l risplendente scudo
Or volge a questi ed or a quelli, e a l'armi
Tutti gl' instiga, ed obbliar lor face
I cari alberghi, le consorti e i figli.
Scordansi ancor le patrie, e quel, ch'estremo
Parte da noi, dolce di vita amore.
Tiene il furor pronte le mani a' brandi;
Bolle l'ardir ne' petti, e par che voglia
Uscir fuor degli usberghi, e orribilmente
Tremano sovra gli elmi i gran cimieri.
Ma che stupor, se cotant' ire accende
L'alme guerriere? ogni destrier rassembra
Che spiri fuoco, e che la pugna agogni:
Smalta il molle terren di bianche spume,
E quasi al corpo del signore unito
Par che de' sdegni suoi tutto s' informi:
Tutti rodono i freni, e la battaglia
Col feroce nitrir chiedono a prova:
S'ergono in alto, e i cavalier sul dorso
Scotono impazienti: ed ecco il segno.
E già spingonsi al corso: immensa polve
S'alza per tutto, e l'uno e l'altro stuolo
Vassi a incontrar con frettolosi passi,
E lo spazio di mezzo ognor decresce.
Urta scudo con scudo, elmo con elmo,
Brando con brando, piè con piede, ed urta
Asta con asta, e in sanguinosa pugna

Sic obnixa acies pariter suspiria firmant,
Admotaeque nitent aliena in casside cristae.
Pulcher adhuc belli vultus: stant vertice coni,
Plena armenta viris, nulli sine praeside currus,
Arma loco, splendent clypei, pharetraeque decorae,
Cingulaque, et nondum deforme cruoribus aurum.
At postquam rabies, et vitae prodiga Virtus
Emisere animos, non tanta cadentibus Haedis
Aëriam Rhodopen solida nive verberat Arctos,
Nec fragor Ausoniae tantus, quum Juppiter omni
Arce tonat, tanta quatitur nec grandine Syrtis,
Quum Libyae Boreas Italos niger attulit imbres.
Exclusere diem telis, stant ferrea coelo
Nubila, nec jaculis arctatus sufficit aër.
Hi pereunt missis, illi redeuntibus hastis:
Concurrunt per inane sudes, et mutua perdunt
Vulnera, concurrunt hastae, stridentia fundae
Saxa pluunt, volucres imitantur fulgura glandes,
Et formidandae non una morte sagittae.
Nec locus ad terram telis: in corpora ferrum
Omne cadit: saepe ignari perimuntque, caduntque;
Casus agit Virtutis opus: nunc turba recedit,
Nunc premit, ac vicibus tellurem amittit, et aufert.
Ut ventis nimbisque minax quum solvit habenas
Juppiter, affligitque alterno turbine mundum,
Stat coeli diversa acies, nunc fortior Austri,
Nunc Aquilonis hiems, donec pugnante procella
Aut nimiis hic vicit aquis, aut ille sereno.
Principium pugnae turmas Asopius Hypseus
Oebalias (namque hae magnum et gentile tumentes
Euboicum duris rumpunt umbonibus agmen)
Reppulit, erepto cunei ductore Menalca.
Hic et mente Lacon, crudi torrentis alumnus
(Nec turpavit avos), hastam intra pectus euntem,
(Ne pudor in tergo), per et ossa et viscera retro

Si mischiano le schiere, ed a vicenda
Si riscaldan co' fiati, e son confuse
Insiem le penne de' nemici elmetti.
Pur vago della guerra è ancor l'aspetto.
Ogni cavallo ha il cavalier sul dorso,
Ogni carro il suo auriga, e sovra ogni elmo
Svolazzano le creste, ed a lor luogo
Stanno ancor l'armi, ed ogni scudo splende
A' rai del sole, e sono ancora adorne
E le faretre e i militari cinti;
Nè il sangue ancor toglie splendere a l'oro.
Ma poi che crudel rabbia, empia virtude
Prodiga delle vite, i cuori accese:
Non con impeto tal piomban dall'Arto
Il Rodope a ferir nevi gelate:
Non con tanto rumor l' Ausonia turba
Giove, qualor tuona da tutto il cielo;
Nè di grandin maggior le sirti inonda
Borea, qualor da le latine spiagge
In Libia porta turbini e procelle.
Velano il dì co' dardi, e per lo cielo
Volan nubi di ferro, e l'aria immensa
Appena par che a cotant'arme basti.
Altri i dardi avventati, altri i respinti
Mandan tornando a morte. A mezzo il calle
Scontransi spesso le ferrate travi,
E cadon vane a terra; asta con asta
Concorre a pugna; grandine di sassi
Scaglian le frombe; e le veloci palle
Van del fulmin più preste, e le saette
Volan per l'aria con diverse morti.
Nè più v' è luogo ove un sol colpo a terra
Cada; ma van tutti a ferir ne' corpi.
L'un l'altro uccide, e l'uno l'altro abbatte
Spesso senza saperlo, e di virtude
Sostien le veci il caso: or questa turma
S'avanza e incalza, or si ritira e cede,
Ed or acquista, or va perdendo il campo.
Siccome allor che minaccioso Giove
Scatena i venti e le procelle irate,
E con alterno turbine flagella
Il basso mondo: nel celeste campo
Stan due contrarie schiere, ed or più forte
È il nembo d'Austro, or d'Aquilon la forza,
Finchè pugnando i turbini, o quel vince
Colle sue piogge, o questo col sereno.
Ecco figlio d' Asopo il grande Ipseo
Dà principio a la pugna, e le spartane
Squadre respinge, (avea la fiera gente
Per lo natio valor gonfia e feroce
Co' scudi aperte le tebane schiere)
E primo uccide il duce lor Menalca.
Costui per alma e per virtù Lacone,
E dell' Eurota alunno, e che disnore
Non fece a gli avi, si strappò dal petto
Per l'ossa e per le viscere squarciate

Extrahit, atque hosti dextra labente remittit
Sanguineam: dilecta genis morientis oberrant
Taygeta, et pugnae, laudataque verbera matri.
Phaedimon Iasideu arcu Dircaeus Amyntas
Destinat: heu celeres Parcae! jam palpitat arvis
Phaedimus, et certi nondum tacet arcus Amyntae.
Abstulit ex humero dextram Calydonius Agreus
Phegeos: illa suum terra tenet improba ferrum,
Et movet: extimuit sparsa inter tela jacentem
Progrediens, truncamque tamen percussit Acoetes.
Iphin atrox Athamas, Argum ferus impulit Hypseus:
Stravit Abanta Pheres: diversaque vulnera flentes,
Guttur Iphis, latus Argus, Abas in fronte cruorem,
Iphis eques, pedes Argus, Abas auriga jacebant.
Inachidae gemini geminos ex sanguine Cadmi
Occultos galeis (saeva ignorantia belli!)
Perculerant ferro: sed dum spolia omnia caesis
Eripiunt, videre nefas, et moestus uterque
Respicit ad fratrem, pariterque errasse queruntur.
Cultor Ion Pisae cultorem Daphnea Cyrrhae
Turbatis prostravit equis: hunc laudat ab alto
Juppiter, hunc tardus frustra miseratur Apollo.
Ingentes Fortuna viros illustrat utrimque
Sanguine in adverso. Danaos Cadmeius Haemon
Sternit, agitque furens: sequitur Tyria agmina Tydeus.
Hunc Pallas praesens, illum Tirynthius implet.
Qualiter hiberni summis duo montibus amnes
Franguntur, geminaque cadunt in plana ruina.
Contendisse putes, uter arva, arbustaque tollat,
Altius aut superet pontes: ecce una receptas
Confudit jam vallis aquas: sibi quisque superbus
Ire cupit, pontoque negant descendere mixti.
Ibat fumiferam quatiens Onchestius Idas
Lampada per medios, turbabatque agmina Graium,
Igne viam rumpens: magno quem cominus ictu
Tydeos hasta feri, discussa casside, fixit.
Ille ingens in terga jacet, stat fronte superstes
Lancea, collapsae veniunt in tempora flammae.
Prosequitur Tydeus: « Saevos ne dixeris Argos:

L'asta ch'entrava, acciò che a tergo uscendo
Non lo macchiasse di vergogna e scorno,
E con debile man del proprio sangue
Tinta al fiero nemico la rimanda.
Ei nel morire il suo natio Taigeto
Rimembra, e le sue imprese, e quei flagelli
Cui da fanciullo l'avvezzò la madre.
Tende Aminta teban l'arco, e di mira
Fedimo prende. O troppo pronta morte!
Fedimo sul terren già moribondo
Langue: nè tace ancor l'arco d'Aminta.
Il Calidonio Agreo di Fegea tronca
La destra mano: essa ancor guizza, e 'l ferro
Impugna e muove. Tra l'altr'armi sparsa
Sopra del suolo paventolla Aceste,
E benchè tronca la ferì di nuovo.
Ifi Atamante, ed il feroce Ipseo
Argo distende, e Abante Fereo uccide,
Ma con diverse morti: è cavaliero
Ifi, ed Argo pedone, Abante auriga;
Uno in gola, un nel fianco e 'l terzo in fronte
Cadon feriti: due gemelli Argivi
Di Cadmo ucciser due gemelli ascosi
Sotto gli elmetti chiusi. Oh della guerra
Ignoranza crudel! Ma poi che scesi
Li dispogliaro, e 'l lor misfatto apparve,
Mesti dolenti, afflitti e quasi immoti
Si miraro i fratelli, e n'ebber doglia.
Ion di Pisa abitatore atterra
Dafni di Cirra, i suoi destrieri avendo
Pria spaventati: gli applaudì dall'alto
Giove: del suo Cirreo sentì pietade,
Quantunque tardi e inutilmente, Apollo.
Ma la fortuna quinci e quindi illustra
Due forti eroi nel sangue ostil feroci.
Emon tebano i Greci urta e flagella,
E Tidéo preme le dircée falangi.
A questo Palla, a quello assiste Alcide.
Come scendon da' monti a un tempo stesso
Due rapidi torrenti, e 'l piano inondano
Con subita ruina, e par che a gara
Faccian tra lor chi più rapisca i campi,
O più soverchi i ponti: ecco una valle
Lor dà ricetto, e ne confonde l'acque:
Ma superbo ciascun del proprio corso
Negano al mar portare unite l'onde.
De' combattenti in mezzo Ida d'Enchesto
Giva scorrendo con accesa face,
E colla fiamma disgombrando il calle,
E scompigliava e ponea in rotta i Greci:
Allor che da vicin del gran Tidéo
L'asta gli spezzò l'elmo e lo trafisse.
Cade ei supino, e molto spazio ingombra;
Tien l'asta in fronte, e la caduta fiamma
Gli circonda le tempie; allor l'insulta
Il vincitore: « Non chiamar crudeli

Igne tuo, Thebane, rogum concedimus, arde. »
Inde velut primo tigris gavisa cruore
Per totum cupit ire pecus; sic Aona saxo,
Ense Pholum, Chromin ense, duos Helicaonas hasta
Transigit, Aegeae Veneris quos Maera sacerdos
Ediderat, prohibente dea: vos praeda cruenti
Tydeos: it saevas etiamnum mater ad aras.
Nec minus Herculeum contra vagus Haemona ducit
Sanguis: inexpleto rapitur per millia ferro,
Nunc tumidae Calydonis opes, nunc torva Pylenes
Agmina, nunc moestae fundens Pleuronis alumnos:
Donec in Olenium fessa jam cuspide Buten
Incidit: hunc turmis obversum, et abire vetantem
Aggreditur: puer ille, puer, malasque comamque
Integer, ignaro cui tunc Thebana bipennis
In galeam librata venit: finduntur utrimque
Tempora, dividuique cadunt in brachia crines,
Et non hoc metuens inopino limite vita
Exsiluit: tunc flavum Hypanin, flavumque Politen
(Ille genas Phoebo, crinem hic pascebat Iaccho:
Saevus uterque deus), victis Hyperenora jungit,
Conversumque fuga Damasum: sed lapsa per armos
Hasta viri trans pectus abit, parmamque tenenti
Excutit, et summa fugiens in cuspide portat.
Sterneret adversos etiamnum Ismenius Haemon
Inachidas (nam tela regit, viresque ministrat
Amphitryoniades), saevum sed Tydea contra
Pallas agit: jamque adverso venere favore
Cominus, et placido prior haec Tirynthius ore:
« Fida soror, quaenam hunc belli caligine nobis
Congressum Fortuna tulit? Num regia Juno
Hoc molita nefas? Citius me fulmina contra
(Infandum) ruere, et magno bellare parenti
Aspiciat. Genus huic: sed mitto agnoscere, quando
Tu diversa foves: nec si ipsum cominus Hyllum
Tydeos hasta tui, Stygioque ex orbe remissum
Amphitryona petat. Teneo, aeternumque tenebo

Gli Argivi, no; noi ti doniamo il rogo
Colle tue faci e col tuo fuoco: or ardi. »
Indi qual tigre che nel primo sangue
La rabbia accese, e a tutto il gregge anela,
Aone con un sasso, e colla spada
Folo e Cromi ferisce; indi coll'asta
I due fratelli Elicaoni uccide,
Che già da Mera dell'Egea Ciprigna
Sacerdotessa, della Diva in onta,
Fur generati di furtivo amplesso.
Miseri, voi giacete! e i fieri altari
Circonda ancor la supplichevol madre.
Con non minor furor l'erculeo Emone
Sitibondo è di sangue, e mille schiere
Col brando insaziabile trascorre.
I fieri Calidonii urta e fracassa;
Turba quei di Pelene, e della mesta
Pleurone abbatte i giovani feroci;
Finchè già rintuzzato il brando e l'asta,
L'Olenio Buti, che le schiere affrena
E lor vieta la fuga, aggiunge e assalta.
Era giovine Buti, e 'l fean palese
Le intatte guance e 'l non tosato crine,
Quando improvvisa a lui su l'elmo scese
La tebana bipenne. Ambe le tempie
Cadon partite, e la divisa chioma
Di qua di là sovra le spalle pende,
E a lui, che non attende e non sen' guarda,
Innanzi tempo il vital filo tronca.
Poscia il biondo Polite, Ipari il biondo
(L'uno a Febo nudriva il molle viso,
E l'altro a Bacco la lasciva chioma)
Del pari uccide. O troppo ingrati Numi!
Appresso a questi Iperion distende,
E Damaso che in fuga era rivolto;
Ma l'asta del guerrier lo coglie a tergo,
E per l'usbergo passa, e nello scudo
Si caccia, e lungi su la punta il porta.
Strage maggior nelle lernée falangi
Farebbe Emon: perocchè Alcide i dardi
Gli drizza, e a lui dà forza; ma Tidéo
Palla gli oppone, e già si stanno a fronte
Co' tutelari Numi: allora Alcide
Parlò primier, ma placido in sembianza.
« Fida germana, qual error di guerra,
Qual sorte insieme a battagliar ne guida?
Forse un sì reo misfatto ordisce Giuno?
Pria mi vedrà (benchè nefanda ed empia
Impresa fora) al fulmine trisulco
Opporre il petto, e contrastar feroce
Col mio gran padre. Dal mio ceppo scende
Emon; ma se tu l'odii, io lo ricuso:
Nè se contro Illo e contro Anfitrione
(Qualor tornasse in vita) il tuo Tidéo
Vibrasse l'asta, a lor farei riparo.
Ben mi sovvien, nè fia ch'unqua l'obblii,

Quantum haec diva manus, quoties sudaverit aegis
Ista mihi, duris famulus quum casibus omnes
Lustro vagus terras: ipsa heu! comes invia mecum
Tartara, ni Superos Acheron excluderet, isses.
Tu patrem, coelumque mihi: quis tanta relatu
Aequet? habe totas, si mens exscindere, Thebas.
Cedo equidem, veniamque precor.» Sic orsus abibat.
Pallada mulcet honos: rediit ardore remisso
Vultus, et erecti sederunt pectoris angues.
Sentit abisse deum: levius Cadmeius Haemon
Tela rotat, nulloque manum cognoscit in ictu.
Tunc magis atque magis vires animusque recedunt,
Nec pudor ire retro: cedentem Acheloius heros
Impetit, et librans uni sibi missile telum,
Direxit jactus, summae qua margine parmae
Ima sedet galea, et juguli vitalia lucent.
Nec frustrata manus, mortemque invenerat hasta;
Sed prohibet, paulumque humeri libare sinistri
Praebuit, et merito parcit Tritonia fratri.
Ille tamen nec stare loco, nec cominus ire
Amplius, aut vultus audet perferre cruenti
Tydeos: aegra animo vis, ac fiducia cessit.
Qualis setigeram Lucana cuspide frontem
Strictus aper, penitus cui non infossa cerebro
Vulnera, nec felix dextrae tenor, in latus iras
Frangit, et expertae jam non venit obvius hastae.
Ecce, ducem turmae, certa indignatus in hostem
Spicula, felici Prothoum torquere lacerto
Turbidus Oenides, una duo corpora pinu,
Cornipedemque equitemque ferit: ruit ille ruentem
In Prothoum, lapsasque manu quaerentis habenas
In vultus galeam, clypeumque in pectora calcat,
Saucius extremo donec cum sanguine frenos
Respuit, et juncta domino cervice recumbit.
Sic ulmus vitisque, duplex jactura coloni,
Gaurano de monte cadunt: sed moestior ulmus
Quaerit utrumque nemus, nec tam sua brachia labens,
Quam gemit assuetas, invitaque proterit uvas.
Sumpserat in Danaos Heliconius arma Coroebus.

Quanto per me questa tua destra invitta
Sudasse, e questo tuo gorgoneo scudo,
Allor che tutto andai vagando il mondo
Servo infelice in duri casi involto.
Ita saresti meco anche a gli abissi;
Ma i Dei superni non ammette Averno.
Tu il ciel, tu il padre a me donasti. A tante
Grazie qual mai potrò donar mercede?
Se vuoi Tebe appianar, io l'abbandono,
E cedo al tuo volere e perdon chieggio.»
Sì disse, e già partía: l'altera dea
Placossi al suono del parlar gentile,
E serenò il sembiante, e sul Gorgone
Sgonfiando i colli, si posâr le serpi.
Sente partirsi il nume, e già più lenti
I dardi vibra l'infelice Emone,
E ne' languidi colpi il vigor primo
Non riconosce, nè l'usata destra.
In lui manca l'ardire, e 'l timor cresce,
Nè si vergogna ritirarsi. Allora
Più feroce Tidéo l'incalza e preme,
E maneggevol solo alla sua mano
Libra un'asta ferrata, e a certo segno
La drizza, e al sommo dello scudo mira,
Ove confina la goletta, e 'l colpo
È più mortale, nè ingannollo il braccio.
Già portava la morte il crudo cerro;
Ma nol permette, e l'omero sinistro
Sol gli lascia lambir con lieve piaga
Grata al fratello la tritonia dea:
Più non sta fermo Emon, nè più s'appressa
Al gran nemico, e non ne soffre il volto,
E virtude e speranza in lui vien meno.
Qual setoso cinghial, cui nella fronte
Con non felice man confisse il ferro
Il cacciator, nè al cerebro pervenne:
L'ire esercita in fianco, e più non osa
Gir contro l'asta che provò sì fiera.
Ecco vede Tidéo Proteo tebano,
Condottier d'una squadra, i Greci suoi
Mandar con certi colpi a certa morte.
S'accende ad ira; vibra il pino, e lui
D'un colpo solo e 'l suo caval trafigge.
Cade il destrier sul cavaliero, e mentre
Cerca ei la briglia, su la faccia l'elmo
Gli calca, e sopra il sen preme lo scudo,
Sin che col sangue il fren gli esce di bocca,
E morto cade al suo signore accanto.
Così talora avviticchiati insieme
Cadon dal monte Gauro, e a doppio danno
Del povero cultor, l'olmo e la vite
Miseri al par; ma più scontento l'olmo,
Che i tronchi rami suoi non piange tanto,
Quanto de la campagna i tralci amati,
E l'uve amiche, suo mal grado infrante.
Prese avea l'armi contro il campo greco

Ante comes Musis, Stygii cui conscia pensi
Ipsa diu inspectis letum praedixerat astris
Uranie: cupit ille tamen, pugnasque viresque
Forsitan ut caneret: longa jacet ipse canendus
Laude, sed amissum mutae flevere sorores.

Pactus Agenoream primis Atys ibat ab annis
Ismenen (Tyrii juvenis non advena belli,
Quamvis Cyrrha domus: soceros nec tristibus actis
Adversatus erat) sponsam, cui castus amanti
Squalor, et indigni commendat gratia luctus.
Ipse quoque egregius: nec pectora virginis illi
Diversa, inque vicem, sineret Fortuna, placebant.
Bella vetant taedas, juvenique hinc major in hostes
Ira: ruit primis immixtus, et agmina Lernae
Nunc pedes ense vago, prensis nunc celsus habenis,
Ceu spectetur, agit: triplici velaverat ostro
Surgentes etiamnum humeros, et levia mater
Pectora: tunc auro phaleras, auroque sagittas
Cingulaque, et manicas, ne conjuge vilior iret,
Presserat, et mixtum cono crispaverat aurum.
Talibus heu! fidens vocat ultro in proelia Graios.
Ac primum faciles grassatus cuspide turmas
Arma refert sociis, et in agmina fida, peracta
Caede, redit: sic Hyrcana leo Caspius umbra
Nudus adhuc, nulloque jubae flaventis honore
Terribilis, magnique etiamnum sanguinis insons,
Haud procul a stabulis captat custode remoto
Segne pecus, teneraque famem consumit in agna.

Mox ignotum armis, ac solo corpore mensus
Tydea non timuit: fragilique lacessere telo
Saepius infrendentem aliis, aliosque sequentem
Ausus erat: tandem invalidos Aetolus ad ictus
Forte refert oculos, et formidabile ridens:
« Jamdudum video, magnum cupis, improbe, leti
Nomen, » ait. Simul audacem non ense, nec hasta
Dignatus, leviter digitis imbelle solutis

Corebo d'Elicona amico un tempo,
E compagno a le Muse. Il dì fatale,
Conscia de' stami inferni, e dalle stelle
Pria conosciuto, a lui predetto avea
Urania, e pur l'armi e le guerre agogna
(E forse per cantare) il garzon folle.
Ei cade, e nel cader degno si rende
Ch'altri lo canti; ma le afflitte Muse
Mute restaro, e l'onoràr co' pianti.

Fin da' più teneri anni era promessa
Ad Ati Ismene, e non venía straniero,
Benchè di Cirra, il giovane gentile
A questa guerra, e non avea in orrore
In suo favor de' suoceri le colpe:
La fa il casto pallore a lui più grata,
E le accresce beltà l'indegno lutto.
Era anch'egli leggiadro, e non nudría
La vergine da lui diverse voglie;
E l'un dell'altro, se fortuna a mezzo
Non troncava i disegni, erano amanti.
Ma la guerra crudel vieta le nozze;
Quinci di maggior ira acceso il seno
Vien furiando, e le lernée falangi
Ora pedon col ferro urta e scompiglia,
Ora sovra un corsier, quasi dall'alto
Il rimirasse Ismene, i Greci assalta.
Di triplicata porpora coperte
Le spalle ancor crescenti e 'l molle petto
Gli avea la madre, e del destrier gli arnesi,
E l'elmo e le saette erano d'oro,
E le maniche e 'l cinto, e sul cimiero
(Perch'ei non gisse men d'Ismene adorno)
L'oro increspato svolazzava al vento.
Misero! ei vano de' pomposi fregi
Osa i Greci sfidare; e fatta strage
Nelle men forti squadre, a' suoi sen riede
Colle acquistate spoglie, ed ora uccide
Un guerrier, or ritorna al suo drappello.

Qual giovane leon ne' boschi Ircani
Nudo ancora di pelo, e non tremendo
Per l'onor delle giubbe, e non ancora
Avvezzo a ber de' generosi il sangue,
Poco lungi a le stalle il vile armento,
Quando è il pastor lontano, ardito assalta,
E d'un tenero agnel pasce la fame.

Tal Ati, a cui noto non è il valore,
Nè l'armi di Tidéo, ma lo misura
Solo dal corpo, nol paventa, e ardisce
Con debil dardo, mentre quei minaccia
Gli altri e gl'incalza, di tentarlo. Al fine
Gli occhi il fiero rivolge a' colpi frali,
E amaramente ride: e, « Ben m'avveggio,
Temerario garzon, dice, che aspiri
A gloriosa morte. » Indi sdegnando
Usar contro un fanciul la spada e l'asta,
Apre appena le dita, e lieve strale

Abjecit jaculum : latebras tamen inguinis alte
Missile, ceu totis intortum viribus hausit.
Praeterit haud dubium fati, et spoliare superbit
Oenides : « Neque enim has Marti, aut tibi, bellica
Exuvias figemus, ait: procul arceat ipsum Pallas,
Ferre pudor : vix si bellum comitata relictis
Deiphile thalamis, illi illudenda tulissem. »
Sic ait : et belli majora ad praemia mente
Ducitur : innumeris veluti leo forte potitus
Caedibus imbelles vitulos, mollesque juvencas
Transmittit : magno furor est in sanguine mergi,
Nec nisi regnantis cervice recumbere tauri.
At non semianimi clamore Menoecea lapsus
Fallit Atys : praevertit equos, curruque citato
Desilit : instabat pubes Tegeaea jacenti,
Nec prohibent Tyrii. « Pudeat, Cadmea juventus,
Terrigenas mentita patres ! quo tenditis, inquit,
Degeneres ? meliusne jacet pro sanguine nostro
Hospes Atys? tantum hospes adhuc,et conjugis ultor
Infelix nondum iste suae : nos pignora tanta
Prodimus ? » Insurgunt justo firmata pudore
Agmina : cuique suae rediere in pectora curae.
Interea thalami secreta in parte sorores,
Par aliud morum, miserique innoxia proles
Oedipodae, varias miscent sermone querelas.
Nec mala quae juxta, sed longa ab origine fati,
Haec matris taedas, oculos ast illa paternos,
Altera regnantem, profugum gemit altera fratrem,
Bella ambae : gravis hinc miseri cunctatio voti.
Nutat utroque timor, quemnam hoc certamine victum,
Quem vicisse velint : tacite praeponderat exsul.
Sic Pandioniae repetunt ubi fida volucres
Hospitia, atque larem bruma pulsante relictum,
Stantque super nidos, veterisque exordia fati
Enarrant tectis, et truncum ac flebile murmur
Verba putant; voxque illa tamen non dissona verbis.
Atque ibi post lacrymas, et longa silentia rursus

Sfuggir ne lascia, che qual fosse un grave
Acuto cerro, e con vigor scagliato
Gli passa l'anguinaglia e 'l fere a morte.
Sdegna Tidéo spogliarlo : e, non fia mai,
Grida, che sì vil dono abbia la madre,
O che a te, Palla, tali spoglie appenda.
Me lo vieta il rossore ; e se nel campo
Qui Deifile fosse, appena a lei
Per suo trastullo te porrei davanti : »
Dice, e a gloria maggior, pugnando aspira.
Così leon per molte stragi altero
Sdegna i molli vitelli e 'l vile armento,
E sol de' generosi il sangue anela,
E al toro condottier del gregge agogna
Star su l'alta cervice a farne scempio.
Dal flebile clamor Meneceo accorto
Del caso d'Ati, e i suoi destrieri e il carro
Là volge a tutto corso, e in terra sbalza.
Già del Taigeto i giovani feroci
Stavan su lui, che giace : in abbandono
Lo lasciavano i Tirii. Alto rampogna
Meneceo i vili : « O voi da Cadmo scesi,
Che da' solchi guerrier vantate i padri,
E 'l valor ne mentite ; ove ne andate,
Ove fuggite ? oh eterna infamia ! oh scorno !
Dunque meglio per noi Ati sen giace ?
Ati stranier, che non aveva in Tebe
Cui vendicar che la diletta sposa,
E questa ancor non sua ? Noi tanti nostri
Pegni, le mogli, i figli, i tempii, i tetti
Tradirem dunque ? » Da vergogna punte
Fermârsi allor le schiere, e 'l patrio amore,
Tornò ne' petti, e rivoltâr la fronte.
Stavano intanto in solitaria cella
Del regio albergo le innocenti figlie
Di Edippo amabil coppia, e di costumi
Dal genitor diversa e da' germani,
Rammentando tra lor gli acerbi casi,
E de' vicini e de' primieri tempi ;
Della madre le nozze una, del padre
L'altra gli occhi rammenta ; or questa piange
Il fratello che regna, ora il ramingo
Quella mesta deplora ; ambe le guerre.
Quindi più grave a loro è la tardanza
Degl' infelici e non ben certi voti.
Sospese stan qual vincitor, qual vinto
Bramin veder nel barbaro duello,
Ma nell' interno l'esule prevale.
Così il garrulo augel di Pandione
Qualor ritorna al suo fidato albergo,
Onde cacciollo il verno, e sovra il nido
Va svolazzando, le sciagure antiche
A' tetti narra e al vento, ed il confuso
Flebile mormorio crede parole,
E ben rassembra a le parole il canto.
Dopo un lungo silenzio e dopo i pianti

Inchoat Ismene: « Quisnam hic mortalibus error?
Quae decepta fides? curam invigilare quieti,
Claraque per somnos animis simulacra reverti?
Ecce ego, quae thalamos, nec si pax alta maneret,
Tractarem sensu, (pudet heu!) connubia vidi
Nocte, soror: sponsum (unde?) mihi sopor attulit amens
Vix notum visu: semel his in sedibus illum,
Dum mea nescio quo spondentur foedera pacto
Respexi non sponte, soror: turbata repente
Omnia cernebam, subitusque intercidit ignis,
Meque sequebatur rabido clamore reposcens
Mater Atyn. Quaenam haec dubiae praesagia cladis?
Nec timeo, dum tuta domus, milesque recedat
Doricus, et tumidos liceat componere fratres. »
Talia nectebant, subito quum pigra tumultu
Expavit domus, et multo sudore receptus
Fertur Atys, servans animam jam sanguine nullo,
Cui manus in plaga, dependet languida cervix
Exterior clypeo, crinesque a fronte supini.
Prima videt, caramque tremens Iocasta vocabat
Ismenen: namque hoc solum moribunda precatur
Vox generi: solum hoc gelidis jam nomen inerrat
Faucibus. Exclamant famulae: tollebat in ora
Virgo manus: tenuit saevus pudor. Attamen ire
Cogitur, indulgent summum hoc Iocasta jacenti,
Ostenditque offertque: quater jam morte sub ipsa
Ad nomen visus, dejectaque fortiter ora
Sustulit: illam unam neglecto lumine coeli
Aspicit, et vultu non exsatiatur amato.
Tunc quia nec genitrix juxta, positusque beata
Morte pater, sponsae munus miserabile tradunt,
Declinare genas: ibi demum teste remoto
Fassa pios gemitus, lacrymasque in lumina fudit.
Dumque ea per Thebas, aliis serpentibus ardens,
Et face mutata bellum integrabat Enyo,

Parlò di nuovo a la sorella Ismene:
Qual terror turba i miseri mortali?
Quale ingannevol fede? In mezzo al sonno
Veglian le cure, e a la sopita mente
Tornan distinti e simulacri e larve?
Ecco io, che appena se profonda pace
Godesse il regno, i talami e le nozze
Volgerei nella mente (io mi vergogno,
Sorella, a dirlo) nella buia notte
Vidi le tede nuziali. Ahi come
Questo folle sopor mostrommi in sogno
Lo sposo appena visto! Una sol volta,
E involontaria, in questa reggia il vidi,
Mentre non so quai patti a le mie nozze
Stabilivan fra loro. A me parea
Tutto turbarsi d'improvviso, e spente
Mancar le faci, e la rabbiosa madre
Con urli e strida seguitarmi, ed Ati
Ridomandarmi. E quale annunzio infausto
È mai questo di strage? E pur non temo,
Se staran queste mura, e se lontane
Andran le greche schiere, e tra' fratelli
Se avremo tempo di compor la pace. »
Così dicean tra lor: quando improvviso
Mesto clamor la taciturna reggia
Turba e spaventa, ed ecco Ati ritolto
Con gran fatica a le nemiche genti,
Mal vivo si riporta, e senza sangue;
Ha la man su la piaga, e dallo scudo
Pende languido il capo, e su la fronte
Scomposto ha il crin; prima Giocasta il vede,
E pallida e tremante Ismene chiama.
Questa sol chiede con languente voce
Il moribondo genero; sol questo
Nome sta ancor su le gelate labbia.
Alzan le ancelle i gridi, e l'infelice
Vergin portava già le mani al crine;
Ma vergogna l'affrena: alfin costretta
Colà si porta: questo estremo dono
Giocasta accorda al genero che spira,
E a lui la mostra e l'offre. Al dolce nome
Ben quattro volte su' confin di morte
Girò gli occhi ecclissati, e a sè fe' forza,
E alzò il volto cadente, e ne' suoi lumi
Mirando sol, del ciel la luce ha a schivo;
Nè può saziarsi dell'amata vista.
Ma poi che lungi era la madre, e morto
Con miglior sorte era poc'anzi il padre,
Di chiudergli le luci il mesto uffizio
Dassi a l'afflitta ed infelice sposa;
Che quando restò sola, allentò il freno
A' gemiti, a' singulti, e gli cosperse
Di pie lagrime amare il morto viso.
Mentre ciò fassi in Tebe, Enio crudele
Di nuovi serpi e nuove faci armata
La battaglia rinforza. Ognuno l'armi

Arma volunt, primos veluti modo comminus ictus
Sustulerint, omnisque etiamnum luceat ensis.
Eminet Oenides; quamvis et arundine certa
Parthenopaeus agat, morientumque ora furenti
Hippomedon proculcet equo, Capaneaque pinus
Jam procul Aoniis volet agnoscenda catervis.
Tydeos illa dies: illum fugiuntque, tremuntque
Clamantem: « Quo terga datis? licet ecce peremptos
Ulcisci socios, moestamque rependere noctem.
Ille ego inexpletis solus qui caedibus hausi
Quinquaginta animas: totidem, totidemque gregati
Ferte manus: nulline patres, nulline jacentum
Unanimi fratres? quae tanta oblivia luctus?
Quam pudet Inachias contentum abiisse Mycenas!
Hinc super Thebis? haec robora regis? ubi autem
Egregius dux ille mihi? » Simul ordine laevo
Ipsum exhortantem cuneos, capitisque superbi
Insignem fulgore videt: nec segnius ardens
Accurrit, niveo quam flammiger ales olori
Imminet, et magna trepidum circumligat umbra.
Tunc prior: « Aoniae rex o justissime gentis,
Imus in arma palam, tandemque ostendimus enses?
An noctem et solitas placet exspectare tenebras? »
Ille nihil contra; sed stridula cornus in hostem
It referens mandata ducis, quam providus heros
Jam jam in fine viae percussam obliquat, et ipse
Telum ingens avide, et quanto non ante lacerto
Impulit: ibat atrox finem positura duello
Lancea: convertere oculos utrimque faventes
Sidonii Graiique dei: crudelis Erinnys
Obstat, et infando differt Eteoclea fratri.
Cuspis in armigerum Phlegyam peccavit, ubi ingens
Pugna virûm: stricto nam saevior irruit ense

Brama, come se allora il primo assalto
Fosse della tenzone, e ch'ogni brando
Splendesse ancora al sol lucido e terso.
Ma sopra tutti il gran figliuol d'Eneo
Si distingue quel giorno, ancor che molto
Partenopéo da l'infallibil arco
Scocchi dardi sicuri, e Ippomedonte
Col feroce destrier calpesti i volti
De' nemici abbattuti e moribondi,
E Capaneo vibri l'acuto pino
Pur troppo noto a le sidonie squadre.
Di Tidéo solo è quell'orribil giorno,
Lui sol si teme, e da lui sol si fugge,
E viene egli gridando: « Ove fuggite?
Perchè il tergo volgete? ora, ora è il tempo
Di vendicar vostri compagni uccisi,
E compensar quell'infelice notte.
Io son colui che cinquant'alme spinsi
Con brando ancor non sazio in grembo a Dite.
Vengan cinquanta, e cinquant'altri insieme,
Che io qui gli attendo. Quei che dianzi uccisi
Non han dunque fra voi padri o fratelli
Vindici di lor morte? Onde proviene
Questo sì vile oblío de' vostri lutti?
Io mi vergogno riveder Micene,
E star contento della prima strage.
Tali guerrier restano a Tebe? queste
Son le forze del re? Ma dove mai,
Dove s'asconde questo invitto duce?
Ed ecco il vede nel sinistro corno
Animando le schiere, e lo distingue
A lo splendor della superba fronte.
Non sì veloce piomba il grande augello
Portatore de' fulmini di Giove
Su bianco cigno, e cogl'immensi vanni
Tutto l'adombra; come allor Tidéo
Contro del re si scaglia e lo rampogna:
« O giusto re della sidonia gente,
Vuoi tu venir a manifesta guerra,
E meco alfin provar del pari il brando?
O sol ti fidi nell'amica notte,
E le tenebre aspetti? » Ei non risponde,
Ma di risposta invece a lui rimanda
Stridente dardo. L'Etolo campione
Con leggiera percossa il colpo torse,
Quando a lui fu vicino, e al fin del volo.
Indi con tutto il braccio, e dell'usato
Con maggior forza avidamente vibra
Contro il crudel tiranno asta maggiore.
Giva la ferrea trave, e ponea fine
Al fier duello, e l'applaudían dall'alto
De' Greci e de' Sidonii i Numi amici;
Ma vi si oppone la spietata Erinni,
Ed Eteocle al reo fratel riserba.
Andò il ferro a piagar Flegia scudiero,
Ove più ardea la pugna. Allor Tidéo

Aetolus, retroque datum Thebana tegebant
Arma ducem. Sic densa lupum jam nocte sub atra
Arcet ab apprenso pastorum turba juvenco:
Improbus erigitur contra; nec cura vetantes
Impetere, illum, illum, semel in quem venerat, urget.
Non secus objectas acies, turbamque minorem
Dissimulat, transitque manu: tamen ora Thoantis,
Pectora Deilochi, Clonii latus, ilia torvi
Perforat Hippotadae: truncis sua membra remittit
Interdum, galeasque rotat per nubila plenas.
Et jam corporibus sese, spoliisque cadentum
Clauserat: unum acies circum consumitur; unum
Omnia tela vovent: summis haec ossibus haerent;
Pars frustrata cadunt, partem Tritonia vellit,
Multa rigent clypeo: densis jam consitus hastis
Ferratum quatit umbo nemus, tergoque fatiscit
Atque humeris gentilis aper: nusquam ardua coni
Gloria, quique apicem torvae Gradivus habebat
Cassidis, haud laetum domino ruit omen: inusta
Temporibus nuda aera sedent, circumque sonori
Vertice percusso volvuntur in arma molares.
Jam cruor in galea, jam saucia proluit ater
Pectora permixtus sudore et sanguine torrens.
Respicit hortantes socios, et Pallada fidam,
Longius opposita celantem lumina parma:
Ibat enim magnum lacrymis inflectere patrem.
Ecce secat Zephyros ingentem fraxinus iram
Fortunamque ferens: teli non eminet auctor.
Astacides Menalippus erat; nec prodidit ipse,
Et vellet latuisse manum: sed gaudia turmae
Monstrabant trepidum: nam flexus in ilia Tydeus
Submissum latus, et clypei laxaverat orbem.
Clamorem Aonii miscent gemitumque Pelasgi,
Objectantque manus, indignantemque tuentur.
Ille per oppositos, longe rimatus, amarum
Astaciden, totis animae se cogit in ictum
Relliquiis, telumque jacit, quod proximus Hopleus

Il brando stringe, e più feroce corre
Contro il re, che già cede e si ritira;
E lo copron co' scudi i suoi Tebani.
Come vorace lupo in buia notte,
Che abbia assalito tenero giovenco,
S'è de' pastor da folto stuol respinto,
In rabbia monta, e disprezzando i dardi,
A lor rivolge l'affamato dente,
E in quel, per cui già venne, il torvo sguardo
Fiso tenendo, contro lui s'avventa,
Sempre fermo in desìo di farne preda.
Così Tidéo sdegna le opposte schiere
E la turba minore, e i colpi affrena.
Pure a Toante nel passare il viso,
A Deiloco il petto, a Clonio il fianco,
E ad Ippodamo truce il tergo fere.
Sovente a' corpi le lor membra rende,
E manda a l'aria le celate piene.
E già fatto a sè stesso argine e cerchio
Ha di corpi e di spoglie, ed in lui solo
Si consuma la guerra, e contro lui
Drizzansi tutti i dardi. Altri a la pelle
Giungono a vuoto, cadon altri a terra:
Altri Palla ne svelle, e già lo scudo
Sostien d'aste e di dardi orrida selva.
Ei d'ogni parte è cinto, e già da tergo
Squarciato pende il calidonio vello,
E con funesto augurio a terra cade
Marte, gloria ed onor del suo cimiero.
Già d'ogni fregio nudo in su le tempie
Posa l'elmo infiammato, e ripercosso
Da sassi e travi orribilmente suona.
Gli scorre per la fronte e per lo petto
Di sangue e di sudor tepido rio.
Ode i suoi che l'esortano a ritrarsi,
E lungi vede la sua fida duce
Collo scudo coprirsi il mesto volto.
Essa prendendo verso il cielo il volo
Giva a placar col pianto il genitore.
Ed ecco fende il vento immensa trave,
Che gran destino e gran vendetta porta,
E l'autor non è noto e non si scopre.
Menalippo, uomo vulgar d'Astaco figlio,
Fu colui che fe' il colpo, e non sen vanta,
E quanto può cerca occultar la mano,
Ma il clamor delle turme il fa palese;
Poichè al colpo mortal si piegò in dorso
Tidéo ferito, ed allentò lo scudo,
E tutto il fianco gli restò scoperto.
Alzan le grida allor le Aonie schiere,
E piangono i Pelasghi, e co' lor petti
A lui, che freme, fan riparo e schermo.
Egli a traverso le dircee falangi
Cerca coll'occhio il suo nemico, e tutte
Le reliquie dell'anima raccoglie,
E un'asta, che a lui porse Opléo vicino,

Praebuerat: perit expressus conamine sanguis.
Tunc tristes socii cupidum bellare, (quis ardor!)
Et poscentem hastas, mediaque in morte negantem
Exspirare, trahunt, summique in margine campi
Effultum gemina latera inclinantia parma
Ponunt, ac saevi rediturum ad proelia Martis
Promittunt flentes: sed et ipse recedere coelum,
Ingentesque animos extremo frigore labi
Sensit, et innixus terrae, « Miserescite, clamat,
Inachidae: non ossa precor referantur ut Argos,
Aetolumve larem: nec enim mihi cura supremi
Funeris: odi artus, fragilemque hunc corporis usum
Desertorem animi: caput, o caput, o mihi si quis
Apportet, Menalippe, tuum! nam volveris arvis:
Fido equidem; nec me virtus suprema fefellit.
I, precor, Atrei si quid tibi sanguinis unquam,
Hippomedon: vade, o primis puer inclyte bellis
Arcas, et Argolicae Capaneu jam maxime turmae.»
Moti omnes: sed primus abit, primusque repertum
Astaciden medio Capaneus e pulvere tollit
Spirantem, laevaque super cervice reportat
Terga cruentantem concussi vulneris unda.
Qualis ab Arcadio rediit Tirynthius antro,
Captivumque suem clamantibus intulit Argis.
Erigitur Tydeus, vultuque occurrit, et amens
Laetitiaque, iraque, ut singultantia vidit
Ora, trahique oculos, seseque agnovit in illo;
Imperat abscissum porgi, laevaque receptum
Spectat atrox hostile caput, gliscitque tepentis
Lumina torva videns, et adhuc dubitantia figi.
Infelix contentus erat: plus exigit ultrix
Tisiphone. Jamque inflexo Tritonia patre
Venerat, et misero decus immortale ferebat;
Atque illum effracti perfusum tabe cerebri
Aspicit, et vivo scelerantem sanguine fauces.
Nec comites auferre valent: stetit aspera Gorgo

Contro gli scaglia, e per lo sforzo estremo
L'ultimo sangue dalle vene uscio.
Allor gli Etoli mesti il lor signore,
Che ancor combatter brama e l'aste chiede
(Ahi qual furor?) e della morte in braccio
Di morir nega, riportaro indietro,
E le languide membra e 'l corpo frale
Adagiàr su uno scudo, e lo posaro
Sul margine del campo, e fra i singulti
Gli fer sperar di rimandarlo in guerra.
Ed ei, che al fin vede mancarsi il giorno,
E nel gelo mortal sente le membra
Sciogliersi, e già fuggir l'alma superba,
S'alza qual può sul debil braccio, e dice:
« Pietà vi prenda del mio caso acerbo,
Greci; non già che questa inutil salma
In Argo si riporti, od a Pleurone;
Chè l'esequie io non curo, e sempre odiai
Queste caduche membra, e 'l debil uso
Del corpo frale, e peregrina spoglia
Che presto manca ed abbandona l'alma;
Ma se fia che 'l tuo capo alcun mi porti,
Solo il tuo capo, o Menalippo! e certo
So che tu mordi il suolo, e che gli estremi
Sforzi non m' ingannâr di mia virtude.
Va, Ippomedonte, se in te ferve il sangue
D' Atreo: vanne, garzon, d'Arcadia onore,
E già famoso nelle prime guerre;
E tu fra tutti i Greci il più sublime,
Muoviti, o Capaneo. » Corsero a gara;
Ma Capaneo giunge primiero, e trova
Menalippo spirante, e se lo getta
Su la sinistra spalla, ancor che il sangue,
Che dall'aperta piaga esce a torrenti,
Gli lordi il largo petto e 'l ferreo arnese.
Dall'arcadico speco in cotal guisa
Il predato cinghial riportò Alcide
A' desiosi ed acclamanti Argivi.
Tidéo s'alza di nuovo, e al suo nemico
Corre incontro col guardo, e poi che 'l vede
Gir boccheggiando ne' singulti estremi,
E colle luci languide ed erranti,
E la sua morte riconosce in lui:
D'allegrezza e di sdegno ebbro e furente
Vuol che 'l capo sen tronchi, e se gli porga.
Il prende, e torvo il guarda, e si compiace
In rimirarlo, ancor che tronco, in giro
Rivolger gli occhi torbidi e tremanti.
Tanto bastava al misero: ma chiede
Maggior misfatto l'empia Furia ultrice.
E già scendea dal ciel, placato il padre,
Pallade non più mesta, e a l'infelice
Dell' immortalità portava il dono.
Ma quando il vide di cervella e sangue
Ancor fumante satollar le labbra,
Nè poterlo staccar dal fiero pasto

Crinibus emissis, rectique ante ora cerastae	Inorriditi i Greci, in sul Gorgone Si drizzaro le serpi, e della Dea
Velavere deam: fugit aversata jacentem,	Velàr la faccia; ed essa abbominando,
Nec prius astra subit, quam mystica lampas, et insons	Il capo torse, e pria di gire a gli astri, Purgò la vista con il sacro fuoco,
Ilissos multa purgavit lumina lympha	E dell' Eliso si purgò nell'onda.

PUBLII PAPINII STATII

T H E B A I D O S

LIBER NONUS

Asperat Aonios rabies audita cruenti
Tydeos: ipsi etiam minus ingemuere jacentem
Inachidae, culpantque virum, et rupissè queruntur
Fas odii: quin te, divûm implacidissime, quamquam
Praecipuum tunc caedis opus, Gradive, furebas,
Offensum virtute ferunt: nec cominus ipsum
Ora, sed et trepidos retro torsisse jugales.
Ergo profanatum Menalippi funus acerbo
Vulnere non aliis ultum Cadmeia pubes
Insurgunt stimulis, quam si turbata sepulcris 10
Ossa pàtrum, monstrisque datae crudelibus urnae.
Accendit rex ipse super: « Quisquamne Pelasgis
Mitis adhuc, hominemque gerit? jam morsibus uncis
(Pro furor! usque adeo tela exsatiavimus?) artus
Dilacerant. Nonne Hyrcanis bellare putatis
Tigribus? aut saevos Libyae contra ire leones?
Et nunc ille jacet (pulchra o solatia leti!)
Ore tenens hostile caput, dulcique nefandus
Immoritur tabo: « Nos ferrum mite, facesque:
Illis nuda odia, et feritas jam non eget armis. 20
Sic peragant rabidi, claraque hac luce fruantur,

L' atroce rabbia di Tidéo crudele
Inasprì i Tirii, e mitigò ne' Greci
Il dolor di sua morte, e l'atto indegno
Tutti biasmâr, che di vendetta ruppe
Ogni legge, ogni dritto. E tu de' Numi
Marte il più fiero, ancor che la gran pugna,
Tua mercè, fosse nel maggior calore,
Fama è tra noi che non il volto solo
Torcesti altrove, ma i destrieri e 'l carro.
Dunque la gioventù da Cadmo scesa
Non altrimenti a vendicar si muove
Di Menalippo la spietata morte,
L'esequie profanate e 'l fiero scempio,
Che se l'ossa e le ceneri degli avi
Fossero sparse al vento, e l'urne aperte,
E date in preda ad esecrandi mostri.
Il re vie più gli accende: « E chi pietoso,
Grida, fia più co' Greci? e chi da loro
Spera nulla d'umano? O non più inteso
E ferino furore! han dunque in noi
Tutte vuotate le faretre e gli archi,
Che d'uopo sia che colle adunche zanne
Squarcino a brano a bran le membra tronche?
Con tigri Ircane e co' leon feroci
Non vi sembra pugnar di Libia adusta?
Ed or colui sen giace (o della morte
Nobil conforto!) e con i denti afferra
I teschio ostile, e le dure ossa e 'l sangue
Rode e sugge l' infame, e muor contento.
« Adopriamo noi pure il ferro e 'l fuoco,
Che basta lor la ferità natía,
E gli odii soli, senz'usare altr'armi.
Ma sieno pur crudeli, e questa luce
Godano lieti; pur che 'l sommo Giove
Rivolga in lor gli occhi da l'alto e 'l veggia.

Dum videas haec, summe pater: sed enim hiscere campos
Conquesti, terraeque fugam miserantur. An istos
Vel sua portet humus? » Magno sic fatus agebat
Procursu fremituque viros: furor omnibus idem
Tydeos invisi spoliis, raptoque potiri
Corpore. Non aliter subtexunt astra catervae
Incestarum avium, longe quibus aura nocentem
Aëra, desertasque tulit sine funere mortes.
Illo avidae cum voce ruunt: sonat arduus aether
Plausibus, et coelo volucres cessere minores.

Fama per Aonium rapido vaga murmure campum
Spargitur in turmas, solito pernicior index
Quum lugenda refert; donec cui maxima fando
Damna vehit, trepidas lapsa est Polynicis ad aures.
Diriguit juvenis, lacrymaeque haesere paratae,
Et cunctata fides: nimium nam cognita virtus
Oenidae credi letum suadetque vetatque.
Sed postquam haud dubio clades auctore reperta est,
Nox oculos, mentemque rapit: tum sanguine fixo
Membra simul, simul arma ruunt: madet ardua fletu
Jam galea, atque ocreae clypeum excepere cadentem.
It moestus genua aegra trahens, hastamque sequentem,
Vulneribus ceu mille gravis, totosque per artus
Saucius: assistunt socii, monstrantque gementes.
Tandem ille abjectis, vix quae portaverat, armis,
Nudus in egregii vacuum jam corpus amici
Procidit, et tali lacrymas cum voce profudit:

« Hasne tibi, armorum spes o suprema meorum,
Oenide, grates? haec praemia digna rependi?
Nudus ut invisa Cadmi tellure jaceres
Sospite me? nunc exsul ego aeternumque fugatus,
Quando alius misero, ac melior mihi frater ademptus.
Nec jam sortitus veteres, regnique nocentis
Perjurum diadema peto: quo gaudia tanti
Empta mihi, aut sceptrum, quod non tua dextera tradet?
Ite, viri, solumque fero me linquite fratri.
Nil opus arma ultra tentare, et perdere mortes:
Ite, precor: quid jam dabitis mihi denique majus?
Tydea consumpsi: quanam hoc ego morte piabo?
O socer, o Argi! et primae bona jurgia noctis,

E si stupiscon poi che s'apra il suolo,
E fugga lor di sotto a' piedi? Io sento
Maraviglia maggior che anche li porti
Il lor terren natío. » Così ragiona,
E fremendo e scorrendo innanzi spinge
Le schiere. Tutti un sol furore infiamma
A rapir di Tidéo le spoglie e 'l corpo.
Così veggiam stuolo d' ingordi augelli
Velar co' vanni il ciel, qualor da lungi
Senton l'aria spirar corrotta e guasta
Da' cadaveri putridi e insepolti:
Vengon gracchiando, e l'etere rimbomba,
E gli augelli minor cedono il campo.

La fama intanto più veloce e pronta
Nelle infauste novelle era trascorsa
Di schiera in schiera per lo campo argivo,
E giunta a Polinice, a cui maggiore
Era per recar doglia. Al duro avviso
Inorridissi il giovane, e su gli occhi,
Già pronti a uscir, gli si arrestaro i pianti.
Ei sta in dubbio se 'l creda, e di Tidéo
La virtù conosciuta, a la sua morte
Il prestar fede persuade e vieta.
Poichè certo ne fu, le luci e 'l senso
Gli si adombraro, e ristagnato il sangue
Languir le membra, e l'armi, e già di pianto
Asperso è 'l lucid'elmo, ed a'suoi piedi
Lo scudo cade. Con tremanti passi
Se ne va mesto strascinando l'asta,
Qual se di mille piaghe il sen trafitto
Ed ogni membro lacerato avesse.
Giunge ove Tidéo giace intorno cinto
Da' fidi amici, che 'l mostrâr piangenti
A lui che 'l chiede. Allor l'armi, che appena
Seco avea tratte, lungi scaglia, e nudo
Sul cadavere esangue s'abbandona,
E a le lagrime il fren scioglie e la voce:
« Dunque, o caro Tidéo, delle mie guerre
Unica speme, tal mercè ti rendo?
Son questi i premii a tua virtù dovuti?
Che tu, me salvo, sul terreno infame
Di Cadmo giaccia? Or sì che vinto io sono:
Or sempre esule andrò, or che m'è tolto
Un fratel d' Eteócle assai migliore.
Io più l'antiche sorti, e più non chieggio
La violata mia corona e 'l regno.
Qual cosa esser mai può che a tanto prezzo
Lieta mi sembri? O qual gradito scettro
Che non mi porga la tua forte mano?
Itene pure, amici, e me qui solo
Al reo fratel lasciate. A che più giova
L'armi tentare, e invan perder tant'alme?
Che più dar mi potete? Ecco ch'io stesso
Tidéo condussi a morte: or con qual morte
Purgar giammai potrò tanto delitto?
Oh suocero! oh Pelasghi! oh della prima

Alternaeque manus, et longi pignus amoris
Ira brevis: non me ense tuo tunc, maxime Tydeu
(Et poteras), nostri mactatum in limine Adrasti?
Quin etiam Thebas me propter, et impia fratris
Tecta libens, unde haud alius remeasset, adisti:
Ceu tibim et sceptra et proprios laturus honores.
Jam Telamona pium, jam Thesea fama tacebat.
Qualis et ecce jaces? quae primum vulnera mirer?
Quis tuus hic, quis ab hoste cruor? quae te agmina, quive
Innumeri stravere globi? Ni fallor, et ipse
Invidit pater, et tota Mars impulit hasta. »
Sic ait, et moerens etiamnum lubrica tabo
Ora viri tergit lacrymis, dextramque reponit.
« Tune meos hostes hucusque exosus? et ultra
Sospes ego? » Exuerat vagina turbidus ensem,
Aptabatque neci: comites tenuere, socerque
Castigat, bellique vices ac fata revolvens
Solatur tumidum, longeque a corpore caro
Paulatim, unde dolor, letique animosa voluntas,
Amovet, ac tacite ferrum inter verba reponit.
Ducitur, amisso qualis consorte laborum
Deserit inceptum media inter jugera sulcum
Taurus iners, colloque jugum deforme remisso
Parte trahit, partem lacrymans sustentat arator.
Ecce autem hortatus Eteoclis, et arma secuti,
Lecta manus, juvenes, quos nec Tritonia bello,
Nec prope collata sprevisset cuspide Mavors,
Adventant. Contra collecta ut pectora parmae
Fixerat, atque hastam longe protenderat, haeret
Arduus Hippomedon: ceu fluctibus obvia rupes,
Cui neque de coelo metus, et fracta aequora cedunt,
Stat cunctis immota minis: timet ipse rigentem
Pontus, et ex alto miserae novere carinae.
Tunc prior Aonides (validam simul elicit hastam):
« Non pudet hos Manes, haec infamantia bellum
Funera, dis coram, et coelo inspectante tueri?
Scilicet egregius sudor memorandaque virtus
Hanc tumulare feram? ne non moerentibus Argos
Exsequiis lacrymandus eat? mollique feretro

Notte, risse gradite e pugne alterne!
Oh brevi sdegni d'un sì lungo amore
Forieri e pegno! Ah perchè mai 'l tuo ferro
(E ben tu lo potevi) in su le soglie
Non mi svenò d'Adrasto, o gran Tidéo?
Anzi per me, qual se i tuoi proprii onori
E 'l tuo regno chiedessi, a' tetti infidi,
Onde tu sol tornar potevi illeso,
Del reo fratello volontario andasti.
Taccia il pio Telamon, taccia Teséo
L'antica fama. Ed ora ohimè qual giaci!
Ahi quali prima ammirerò ferite?
E qual è il tuo, qual l'inimico sangue?
Qual folta schiera di guerrieri eletti
Fu che t'oppresse? Il padre, il padre stesso,
Invidiando tua virtù, la morte
Ti diede: Marte fu quel che t'uccise. »
Così dice, e co' pianti il morto viso
Di sozzo sangue deformato e lordo
Lava, e sul petto gli compon le braccia.
Indi ripiglia: « Adunque tu cotanto
I miei nemici odiasti, ed io ancor vivo? »
E di già tratto il ferro, in sè crudele
Sel rivolgeva al sen per darsi morte:
Ma il ritengon gli amici, e lo riprende
Adrasto, e delle guerre i veri casi
A lui narrando, e del destin la forza,
L'accheta e lo consola, e a poco a poco
Dal corpo amato, onde s'avviva il duolo,
E in lui s'accresce di morir la brama,
Lungi lo guida, e destramente il ferro
Tra' discorsi di man gli toglie e il cela.
Ei parte, come toro afflitto e lasso,
Cui venne meno il suo fedel compagno,
E lasciò il solco non finito ancora:
Mezzo il giogo sostien sopra il suo collo,
Mezzo ne regge il villanel piangente.
Ed ecco d'Eteócle i detti e l'armi
Seguendo vien di giovani feroci
Eletto stuolo, cui Bellona e Marte
Non sprezzerieno in guerra. Ippomedonte
Fermo su' piedi collo scudo al petto
Abbassa l'asta, e a quanti son si oppone.
Qual rupe incontro a' flutti, e che del cielo
L'ire non teme, e 'l mar respinge e frange,
Sta immota a le minacce, e la paventa
L'Oceàn procelloso, e d'alto mare
La conoscon da lungi i naviganti.
Viene Eteócle, e l'asta scote e grida:
« E non vi vergognate in faccia a' Numi,
Del cielo a vista e della pura luce,
Difender queste scellerate membra
Che fur della milizia obbrobrio eterno?
O nobile sudor, rara virtude
Per dar tomba a una fera! Adunque in Argo
Porterassi costui con mesta pompa,

Infandam ejectans saniem? Dimittite curam.
Nullae illum volucres, nulla impia monstra, nec ipse,
Si demus, pius ignis edat. » Nec plura: sed ingens
Intorquet jaculum, duro quod in aere moratum,
Transmissumque tamen clypei stetit orbe secundo.
Inde Pheres, acerque Lycus: sed cassa Pheretis
Hasta redit, Lycus excelso terrore comantem
Perstrinxit galeam: convulsae cuspide longe
Diffugere jubae, patuitque ingloria cassis.
Ipse nec ire retro, nec in obvia concitus arma
Exsilit, inque eadem sese vestigia semper
Obversus cunctis profert, recipitque, nec unquam
Longius indulget dextrae, motusque per omnes
Corpus amat: corpus servans, circumque, supraque
Vertitur. Imbellem non sic amplexa juvencum
Infestante lupo, quum primum feta tuetur
Mater, et ancipiti circumfert cornua gyro:
Ipsa nihil metuens, sexusque oblita minoris,
Spumat, et ingentes imitatur foemina tauros.
Tandem intermissa jaculantum nube potestas
Reddere tela fuit: namque et Sicyonius Alcon
Venerat auxilio, Pisaeaque praepetis Idae
Turba subit, cuneumque replent: his fretus in hostes
Lernaeam jacit ipse trabem: volat illa sagittis
Aequa fuga, mediumque nihil cunctata Politen
Transabit, et juncti clypeum cavat improba Mopsi.
Phocea tunc Cydona, Tanagraeumque Phalantum,
Atque Erycem, hunc retro conversum, et tela petentem,
Dum spes nulla necis, crinito a vertice figit.
Faucibus ille cavis hastam non ore receptam
Miratur moriens, pariterque et murmure plenus
Sanguis, et expulsi salierunt cuspide dentes.
Ausus erat furto dextram injectare Leonteus
Pone viros atque arma latens, positumque trahebat
Prenso crine caput: vidit, quamquam undique crebrae
Hippomedon ante ora minae, saevoque protervam
Abstulit ense manum; simul increpat: « Hanc tibi
Tydeus ipse rapit: post et confecta virorum Tydeus,
Fata time, magnosque miser fuge tangere manes.»

E del rio sangue lorderà il ferétro?
Si tralasci tal cura: augelli e mostri
Nol toccheranno, e dello stesso rogo,
Se gliel darem, l'abborriran le fiamme. »
Tacque, e scagliò sì smisurato dardo,
Che ritardato ancor dal primo cerchio
Del forte scudo, penetrò al secondo.
Indi l'aste vibràr Ferete e Lica;
Ma il colpo di Ferete indarno cadde,
E con sorte miglior l'asta di Lica
Lambígli l'elmo orribile chiomato.
Svelte dal ferro le superbe piume
Volaron lungi, e inonorata apparve,
E de' suoi pregi la celata priva.
Non si arretra il guerrier, nè contro l'armi
Provocato si lancia; in giro volge
Su l'orme stesse la terribil fronte,
E a' nemici resiste, e 'l suo valore
Tien che lungi non scorra. In ogni moto
Guarda l'amato corpo e lo difende,
E al cadavere intorno si raggira.
Non con tanto valor, con tanta cura
L'ardita vacca il suo vitel difende
Dal lupo assalitor, ruotando intorno
Le dubbïose corna; essa non teme,
Ma del sesso scordata e freme e sbuffa,
E i forti tori generosa imita.
Ma pure al fine a Ippomedonte è dato,
Poichè cessaro le saette ostili,
Di rilanciar suoi dardi e far vendetta.
Già il Sicionio Alcone e già i veloci
Pisani erano accorsi in sua difesa,
E fatto gruppo di guerrieri e d'aste,
Affidato in costor, trave lernea
Ei scaglia, e quella va non men veloce
Di cretica saetta, ed a Polite
Il petto passa, e a Mopso a lui congiunto
Fora e varca la scudo; indi Cidone
Di Focida, e Balante di Tanagro,
Ed Erice trafigge: Erice addietro
S'era rivolto, e mentre sta sicuro,
E la morte non teme, e chiede l'aste,
Nella nuca lo coglie, e i denti spezza,
E per la bocca, u' non entrò, sen' esce.
Leonteo intanto dietro l'armi ascoso
E dietro i combattenti avea di furto
Stesa la mano, e per lo crin prendendo
Tidéo, seco il traeva. Ippomedonte,
Quantunque cinto di minacce e d'armi,
Il vide, e a terra con un colpo solo
Gli fa cader la temeraria mano,
E grida: « Questa a te Tidéo rapisce,
Tidéo stesso l'ha tronca, e quindi apprendi
De' magnanimi eroi, benchè consunti,
A rispettare i fati, e le grand'ombre
In avvenire a non tentare impara. »

Ter Cadmaea phalanx torvum abduxere cadaver,
Ter retrahunt Danai. Siculi velut anxia puppis
Seditione maris, nequicquam obstante magistro,
Errat, et averso redit in vestigia velo.

Non ibi Sidoniae valuissent pellere coepto
Hippomedonta manus: non illum impacta moverent
Tormenta oppositum, formidatique superbis
Turribus impulsus tentato umbone redissent.
Sed memor Elysii regis, noxasque retexens
Tydeos, in medios astu subit impia campos
Tisiphone. Sensere acies, subitusque cucurrit
Sudor equis, sudorque viris; quamquam ore remisso
Inachium fingebat Halyn: nusquam impius ignis,
Verberaque, et jussi tenuere silentia crines.
Arma gerit, juxtaque feri latus Hippomedontis
Blanda genas, vocemque venit: tamen ille loquentis
Extimuit vultus, admiraturque timorem.
Ille autem lacrymans, «Tu nunc, ait, inclyte, frustra
Exanimes socios, inhumataque corpora Graiûm
(Scilicet is nobis metus? aut jam cura sepulcri?)
Protegis; ipse manu Tyria tibi captus Adrastus
Raptatur, teque ante alios, te voce, manuque
Invocat: heu qualem lapsare in sanguine vidi,
Exutum canos lacero diademate crines!
Nec procul hinc, adverte oculos: ubi plurimus ille
Pulvis, ubi ille globus.» Paulum stetit anxius heros,
Librabatque metus: premit aspera virgo: «Quid
Imus? an hi retinent manes? et vilior ille haeres?
Qui superest?» Miserum sociis opus, et sua mandat
Proelia, et unanimi vadit desertor amici,
Respiciens tamen, et revocent si forte paratus.
Inde legens turbata trucis vestigia divae,
Huc illuc frustra ruit avius: impia donec
Eumenis ex oculis rejecta caerula parma
Fugit, et innumeri galeam rupere cerastae.

Aspicit infelix discussa nube quietos
Inachidas, currumque nihil metuentis Adrasti.

Tre volte i Tirii avean l'orribil corpo
Rapito, ed altrettante i Greci audaci
Loro l'avean ritolto. In cotal guisa
Sta del siculo mar fra le procelle
Nave agitata, e del nocchiero in onta
A gonfie vele e con in poppa il vento
S'aggira e torna ne' medesmi flutti.

Nè di Sidonia avrían tutte le schiere
Respinto Ippomedonte, nè di loco
Smosso l'avrían le macchine murali,
Ed a le torri eccelse anche tremendi
Nel forte scudo foran vani e cassi
Caduti gli urti, e ritornati indietro:
Ma la Furia crudel, che ha fermo in mente
Di Plutone il comando, e di Tidéo
Le colpe in sè rivolge, in mezzo al campo
Ingannevol si mostra e in finto aspetto.
La sentiron le schiere, e un sudor freddo
Scorse per l'ossa a gli uomini e a' destrieri,
Ancor ch'ella d' Alì prendesse il volto,
E il ceffo suo coprisse, nascondendo
Le sferze ed i flagelli: in cotal forma
Vestita d'armi, e in placido sembiante,
Con dolce voce, a Ippomedonte a canto
Fermossi; e pur mentre ella parla, ei teme,
E del nuovo timore ha maraviglia;
Ed essa allor piangendo: « Ed a che invano,
Generoso guerriero, adopri l'armi
A difendere i morti? Adunque solo
Degl' insepolti corpi e delle tombe
Avrem noi cura? Ma si mena intanto
Da l'altra parte prigioniero Adrasto,
E pur te solo ei chiama, e colla mano
E colla voce il tuo soccorso implora.
Ahi quale il vidi sdrucciolar nel sangue
Privo di serto la canuta chioma!
Nè quinci è lungi. In quella parte volgi
Gli occhi, ove s'alza un turbine di polve,
U' più folto è lo stuol. Fra due timori
Sta il dubbio cavalier mesto e sospeso;
Ma la Furia lo preme. A che più tardi?
Chè non andiamo? queste morte spoglie
Ti ritengono forse, e non ti cale
Di chi ancor vive? » Al fin vincer si lascia
Ippomedonte, e a' forti suoi compagni
Il corpo raccomanda e le sue pugne.
Parte e abbandona il suo fedele amico:
Pur indietro si volge, e attento ascolta,
Pronto a tornar, se a sorte altri 'l richiami.
Del finto Alì l' orme seguendo intanto
Di qua di là per traviate strade
S' aggira indarno: fin che l' empio mostro
Gettò lo scudo e sparve, e le ceraste
Spezzaron l' elmo, e sibilando usciro.

Sciolta l' infernal nube, egli rimira
Starsi sul carro suo sicuro Adrasto,

Et Tyrii jam corpus habent: jam gaudia magnae
Testantur voces: victorque ululatus aderrat
Auribus, occultoque ferit praecordia luctu.
Ducitur hostili (pro dura potentia fati!)
Tydeus ille solo, modo cui Thebana sequenti
Agmina, sive gradum, seu frena effunderet, ingens
Limes utrimque datus: nusquam arma, manusque quiescunt,
Nulla viri feritas: juvat ora rigentia leto,
Et formidatos impune lacessere vultus.
Hic amor, hoc una timidi, fortesque sequuntur
Nobilitare manus, infectaque sanguine tela
Conjugibus servant, parvisque ostendere natis.
Sic ubi Maura diu populatum rura leonem,
Quem propter clausique greges, vigilantque magistri,
Pastorum lassae debellavere cohortes;
Gaudet ager, magno subeunt clamore coloni,
Praecerpuntque jubas, immaniaque ora recludunt,
Damnaque commemorant, seu jam sub culmine fixus
Excubat, antiquo seu pendet gloria luco.
At ferus Hippomedon, quamquam jam sentit inane
Auxilium, et seram rapto pro corpore pugnam,
It tamen, et caecum rotat irrevocabilis ensem,
Vix socios hostemque, nihil dum tardet euntem,
Secernens. Sed caede nova jam lubrica tellus,
Armaque, seminecesque viri, currusque soluti
Impediunt, laevumque femur, quod cuspide fixum
Regis Echionii, seu dissimulaverat ardens,
Sive ibi nescierat: moestum videt Hoplea tandem.
Tydeos hic magni fidus comes, et modo frustra
Armiger: alipedem prona cervice tenebat
Fatorum ignarum domini, solumque frementem
Quod vacet, inque acies audentior ille pedestres.
Hunc aspernantem tumido nova pondera tergo
(Unam quippe manum domitis expertus ab annis)
Corripit, affaturque: « Quid o nova jussa recusas,

E intorno a lui le guardie sue tranquille.
Ma i Tirii intanto han preso il corpo, e lungi
Il palesàr colle festive voci;
E a lui ferir gli orecchi, e di segreta
Doglia strinsero il core, e gli urli e i gridi
De' vincitor superbi. O del destino
Tiranna forza! Ecco Tidéo si tragge
Per l'ostil campo: quel Tidéo che dianzi,
Quando i Tirii incalzava, o sul destriero
O pedon combattesse, a lui davanti
S'aprian di qua di là tutte le schiere.
Non stan l'armi in riposo, e non le destre:
Nè li ritien, ora che 'l ponno impuni,
Da l'oltraggiar le già temute membra
Quella ferocità che pur conserva
Nel terribil sembiante, ancor ch' estinto.
Una sol brama i vili e i forti accende
Nobilitar le mani, e i dardi tinti
Serbar nel costui sangue, ed in trionfo
Mostrarli poscia a le consorti e a' figli.
Così terror de' Mauritani campi
Leon feroce, per cui steron chiuse
Le gregge, e in armi i buon custodi e desti,
Se cade alfine da' pastori oppresso,
Il prato se ne allegra, e d'ogni parte
Con liete grida accorrono i bifolchi,
E gli strappan le giubbe, e l'ampia gola
Spalancan, rammentando i proprii danni.
Ei su l'ovile, o da una pianta pende,
Trionfo e gloria dell' antico bosco.
Ma il fiero Ippomedonte, ancor che vano
Vegga il soccorso, e per la tolta spoglia
Tarda la pugna, pur ruotando il ferro
Irrevocabilmente il passo avanza;
Nè l'inimico da l'amico scerne,
Se lo ritarda; ma la fresca strage
Lubrico fa il terreno, e i semivivi
E i carri al suolo rovesciati e infranti
Gl' impediscono il passo, e 'l fianco aperto
Da lo stral d'Eteócle (o della pugna
Nel calor non sentillo, o di vendetta
Per troppo amor dissimulò la piaga)
Vede Opleo al fin, che fu nelle battaglie
Al gran Tidéo compagno, ed or ne porta
Inutilmente l'armi, e per lo crine
Tiene il destrier del cavaliero estinto,
Il buon destrier che del signore amato
Il caso ignora, e co' nitriti il chiama,
E si duol che di sè lo lasci vuoto
E che più goda di pugnare a' piedi.
Ippomedonte (ancor che il nuovo peso
Portar ricusi su l'altero dorso,
Siccome avvezzo a quella sola mano
Che lo domò nella primiera etade)
Il prende, lo corregge e gli favella:
« Infelice corsier, perchè ripugni

Infelix sonipes? nusquam tibi dulce superbi
Regis onus: non jam Aetolo satiabere campo,
Gaudentemque jubam per stagna Acheloia solves.
Quod superest, caros, i, saltem ulciscere manes,
Aut sequere; extorrem neu tu quoque laeseris umbram
Captivus, tumidumque equitem post Tydea portes.»
Audisse, accensumque putes: hoc fulmine raptum
Abstulit, et similes minus indignatur habenas.
Semifer aëria talis Centaurus ab Ossa
Desilit in valles: ipsum nemora alta tremiscunt,
Campus equum. Trepidi cursu glomerantur anhelo
Labdacidae: premit ille super, necopinaque ferro
Colla metens linquit truncos post terga cadentes.
Ventum erat ad fluvium: solito tunc plenior alveo,
Signa mali, magna se mole Ismenos agebat.
Illa brevis requies; illo timida agmina lassam
De campis egere fugam: stupet hospita belli
Unda viros, claraque armorum incenditur umbra.
Insiluere vadis: magnoque fragore solutus
Agger, et adversae latuerunt pulvere ripae.
Ille quoque hostiles saltu majore per undas
Irruit attonitis (longum dimittere habenas),
Sicut erat, tantum viridi defixa parumper
Cespite, populeo commendat spicula trunco.
Tunc vero exanimes tradunt rapientibus ultro
Arma vadis: alii dimissa casside, quantum
Tendere conatus animae valuere sub undis,
Turpe latent: multi fluvium transmittere nando
Aggressi; sed vincla tenent, laterique repugnat.
Balteus, et madidus deducit pectora thorax.
Qualis caeruleis tumido sub gurgite terror
Piscibus, arcani quoties devexa profundi
Scrutantem delphina vident: fugit omnis in imos
Turba lacus, viridesque metu stipantur in algas;
Nec prius emersi, quam summa per aequora flexus
Emicet, et visis malit certare carinis.

Al nuovo impero? Il dolce peso amato
Del tuo primiero eroe più non avrai,
Tu più non pascerai d'Etolia i campi
E più non scuoterai le altere chiome
Nell'acque d'Acheléo; quel che ci resta
Eseguiscasi almen: le care spoglie
Vien meco a vendicare, o pur mi siegui,
Perchè tu ancor l'ombra raminga errante
Prigionier non offenda, e dopo lui
Altro superbo cavalier non porti.»
Parve ch'egl'intendesse, e d'ira acceso
Si mosse al corso, e'l cavalier sostenne,
Meno sdegnando un condottier simile.
Tal se da l'Ossa a precipizio cala
Un biforme Centauro a l'ime valli;
Temono i boschi l'uom, la belva i campi.
Fuggono stretti insieme ed anelanti
Spaventati i Tebani. Ei sta lor sopra,
Ed improvviso i capi tronca, e a tergo
Lascia i tronchi cadaveri cadenti.
Eran giunti a l'Ismeno, oltre l'usato
(Funesto augurio!) per gran mole d'acque
Gonfio e spumante. Ivi pigliàr respiro
Per breve tempo i miseri Tebani,
E timorosi ivi fermàr la fuga.
Stupì l'onda non usa a le battaglie
In mirar tante schiere, e ripercossa
Tutta s'accese di tant'armi a' lampi.
Al fin cacciati dal timor ne' gorghi
Si lanciarono a gara; e dal gran peso
L'argine rotto, un turbine di polve
Involò a gli occhi la contraria sponda.
Ma con salto maggior ne' flutti ostili
Così com'era Ippomedonte allora
Balzò, (nè già ritenne il fren, chè troppo
Avría tardato) e l'atterite turbe
Terribil sopraggiunse, avendo prima
I dardi appesi d'un gran pioppo antico
Al verde tronco, e a quel lasciati in cura.
Trepidi allora i miseri Tebani
Al flutto rapitor cedono l'armi.
Molti vi fur che pria l'elmo deposto,
Per quanto il fiato ritener potero,
Stetter sott'acqua infamemente ascosi;
Altri il fiume passar tentaro a nuoto;
Ma gl'impediscon l'armi, e lor dà impaccio
Il cinto al fianco e la corazza al petto.
Qual si desta terror ne' pesci allora
Che per le vie del mar sotto dell'onde,
Il fallace delfin stare a la preda
Mirano inteso; la squammosa turba
Al fondo fugge, e per timor s'unisce
Nell'alghe verdi, e vi si addensa e asconde;
E non ardisce uscirne, in fin che sorto
Nol veggion sopra i flutti, e colle navi
Da lungi viste gareggiar nel nuoto.

Talis agit sparsos, mediisque in fluctibus heros
Frena manu pariter, pariter regit arma, pedumque
Remigio sustentat equum; consuetaque campo
Fluctuat, et mersas levis ungula quaerit arenas.
Sternit Iona Chromis, Chromin Antiphos, Antiphon Hypseus,
Hypseus Astyagen, evasurumque relicto
Amne Linum, ni fata vetent, et stamine primo
Ablatum tellure mori: premit agmina Thebes
Hippomedon, turbat Danaos Asopius Hypseus:
Amnis utrumque timet: crasso vada mutat uterque
Sanguine, et a fluvio neutri fatale reverti.
Jam laceri pronis volvuntur cursibus artus,
Oraque, et abscissae redeunt in pectora dextrae.
Spicula jam clypeosque leves arcusque remissos
Unda vehit, galeasque vetant descendere cristae.
Summa vagis late sternuntur flumina telis,
Ima viris: illic luctantur corpora leto,
Efflantesque animas retro premit obvius amnis.
Flumineam rapiente vado puer Agrius ulmum
Prenderat, insignes humeros ferus ense Menoeceus
Amputat: ille cadens, nondum conamine adempto,
Truncus in excelsis spectat sua brachia ramis.
Hypseos hasta Sagen ingenti vulnere mersit:
Ille manet fundo, rediit pro corpore sanguis.
Desiluit ripis fratrem rapturus Agenor
Heu miser, et tenuit; sed saucius ille levantem
Degravat amplexu: poterat resolutus Agenor
Emersisse vadis, puduit sine fratre reverti.
Surgentem dextra Chaletum, vulnusque minantem
Sorbebat rapidus nodato gurgite vortex:
Jam vultu, jam crine latet, jam dextera nusquam,
Ultimus abruptas ensis descendit in undas.
Mille modis leti miseros mors una fatigat.
Induit a tergo Mycalesia cuspis Agyrten:
Respexit, nusquam auctor erat; sed, concita tractu
Gurgitis, effugiens invenerat hasta cruorem.

Tale il guerrier caccia i Tebani, e in mezzo
Del fiume alto sostiene il freno, e l'armi
Regge, e sostenta il suo destrier su' piedi
Di remi invece: la ferrata zampa,
Avvezza al suolo, ondeggia, e al fiume in fondo
Cerca indarno toccar l'usata arena.
Iòn da Cromi è ucciso; uccide Cromi
Antifo; Antifo Ipséo: quindi del pari
Astiage a morte manda, e seco Lino,
Che già dal fiume uscía; ma vieta il fato
E la Parca crudel ch'in terra ei muoia.
Preme i Tebani Ippomedonte, e i Greci
Turba figlio d'Asopo il grand' Ipséo.
Ambi teme l'Ismeno, ed ambi i flutti
Macchian dell' ostil sangue, ed ambi il fato
Nega l'uscir del profanato fiume.
E già su l'onde volteggiando vanno
Membra e capi recisi, e spesso a' busti
Riporta il flutto le già tronche destre.
Si vedon galleggiare e dardi e scudi,
E gli archi lievi, ed il calare al fondo
Tolgon le piume eccelse a gli elmi vuoti.
Vanno intorno a fior d'acqua armi vaganti,
E i miseri guerrier giacciono al fondo:
Ivi lottando stan coll' empia morte
I corpi offesi, e l'anime spiranti
Il fiume incontra, e le respinge indietro.
Da la corrente in giù rapito aveva
Agrio fanciul della vicina sponda
Afferrata una pianta: a lui da tergo
Meneceo sopraggiunge, e da le spalle
Gli recide le braccia. Egli l'impresa
Imperfetta abbandona, e in giù cadendo
Mira le braccia sue pender dal tronco.
L'asta d'Ipséo d'immensa piaga uccide
Sago, e al fondo lo caccia e sol di lui
Resta l'orma sanguigna in cima a l'onde.
Per dar soccorso al suo fratel discese
Agenor da la sponda, ed afferrollo,
Misero! chè il ferito a lui le braccia
Al collo stende, e col suo peso il grava.
Potea Agenòr da gl' importuni amplessi
Sciogliersi, e uscir dal periglioso guado;
Ma arrossì di tornar senza il fratello.
Alza Calete di ferire in atto
Minaccevole il braccio. Il rio crudele
Ne' girevoli gorghi ecco l'involge:
Già la faccia, già il crin, la man si cela:
Ultimo il ferro fu che si sommerse.
In varie guise una sol morte affligge
I miseri. Ad Argite il tergo passa
De' Micalesi un' asta: ei si rivolta,
E cerca il feritor; ma non appare.
Il fiume stesso col veloce corso
Portò quell' asta micidial sull' onde,
Che a ber sen gì dell' infelice il sangue.

Figitur et validos sonipes Aetolus in armos,
Exsiluitque alte vi mortis, et aëra pendens
Verberat: haud tamen est turbatus flumine ductor:
Sed miseratur equum, magnoque e vulnere telum
Exuit ipse gemens, et sponte remisit habenas.
Inde pedes repetit pugnas, gressuque, manuque
Certior, et segnem Nomium, fortemque Mimanta,
Thisbaeumque Lichan, Anthedoniumque Lycetum
Continuat ferro, geminisque e fratribus unum
Thespiaden. Eadem poscenti fata Panemo,
« Vive superstes, ait, diraeque ad moenia Thebes
Solus abi, miseros non decepture parentes.
Di bene, quod pugnas rapidum dejecit in amnem
Sanguinea Bellona manu: trahit unda timentes,
Gurgite gentili, nuda nec flebilis umbra
Stridebit vestros Tydeus inhumatus ad ignes.
Ibitis aequoreis crudelia pabula monstris:
Illum terra vehit, suaque in primordia solvit. »

Sic premit adversos, et acerbat vulnera dictis.
Ac nunc ense furit, nunc tela natantia raptans
Ingerit: innuptae comitem Therona Dianae,
Ruricolamque Gyan, cum fluctivago Ergino,
Intonsumque Hersen, contemptoremque profundi
Crethea, nimbosam qui saepe Caphareos arcem
Euboicasque hiemes parva transfugerat alno.
Quid non fata queant? trajectus pectora ferro
Volvitur in fluctus: heu cujus naufragus undae!

Te quoque sublimi transnantem flumina curru,
Dum socios, Pharsale, petis, resupinat ademptis
Dorica cuspis equis: illos violentia saevi
Gurgitis, infelixque jugi concordia mergit.

Nunc age, quis tumidis magnum expugnaverit undis
Hippomedonta labor, cur ipse excitus in arma
Ismenos, doctae nosse indulgete sorores:
Vestrum opus ire retro, et senium defendere famae.

Gaudebat Fauno nymphaque Ismenide natus
Maternis bellare tener Crenaeus in undis:
Crenaeus, cui prima dies in gurgite fido,
Et natale vadum, et virides cunabula ripae.

Ma l'Etolo destrier riman ferito
Nella spalla: a l'ambascia, al violento
Dolor di morte su due piedi s'alza,
E sospeso così l'aria flagella
Colle ferrate zampe, e versa il sangue.
Già non paventa i procellosi gorghi
Il cavalier; ma del caval pietade
Sente, e di propria man l'asta ne svelle
Dolente, e lascia in libertade il freno;
Indi sbalza di sella, e più sicuro
E di mano e di piè pugna di nuovo,
E Nomio vile e Mimanto feroce,
E Antedonio Licéo, Lica di Tisbe,
L'un dopo l'altro uccide, ed il minore
De' due figli di Tespio. A Panemone,
Che chiede anch'ei la morte, insulta: e, « Vivi,
Dice, e ritorna a la profana Tebe
Solo senza il fratel, che non sarai
Più dolce inganno a' genitori afflitti:
Sien grazie a' Dei, che nel rapace fiume
Bellona mi guidò con man sanguigna.
U' da l'onda natia tratti n'andrete
Timidi, in pasto de' marini mostri;
Nè l'ombra ignuda di Tidéo insepolto
A' vostri fuochi striderà dintorno:
Ei giace in terra, e al suo principio torna. »

Così gl'incalza, e con i detti acerbi
Inaspra le ferite, ed or col brando
Infuria, or scaglia li nuotanti dardi.
Terone amico della casta dea,
E Gía di ville abitator; Ergino
Per li flutti vagante Erse chiomato
A morte manda, indi Cretea v'aggiunge
Sprezzatore del mare, e che sovente
Lo scoglio Cafareo su picciol legno,
E l'Euboiche procelle ardito vinse.
Ma che non puote il fato? Il sen trafitto
Dal fero micidial naufrago cade,
Ed oh in qual flutto! della Doric'asta
Tu pur Farsalo fosti al primo colpo
Da l'alto carro rovesciato, in cui,
A soccorso de' tuoi, varcavi il fiume;
E rimasti i destrier senza governo,
Da' vortici rapiti, insiem congiunti,
La funesta unione ambi sommerse.

Ma quanta ebber fatica i flutti insani
Ad atterrar Ippomedonte, e quale
L'Ismeno ebbe cagion di prender l'armi
Fate a me noto, alme Castalie Dee.
Vostr'opra è il riandar gli scorsi tempi,
E da l'oscuro obblio sottrar la fama.

Godea di guerreggiar per le materne
Onde il giovin Creneo d'un Fauno nato,
E d'una ninfa dell'Ismeno figlia.
Egli aprì gli occhi al giorno in queste ripe:
A lui fur patria il fiume, e cuna l'alghe.

Ergo ratus nihil Elysias ibi posse sorores,
Laetus adulantem nunc hoc nunc margine ab illo
Transit avum: levat unda gradus, seu defluus ille,
Sive obliquus eat; nec quum subit obvius, ullas
Stagna dedere moras, pariterque revertitur amnis.
Non Anthedonii tegit hospitis inguina pontus
Blandior, aestivo nec se magis aequore Triton
Exerit, aut carae festinus ad oscula matris
Quum remeat, tardumque ferit delphina Palaemon.
Arma decent humeros, clypeusque insignis, et auro
Lucidus, Aoniae caelatur origine gentis.
Sidonis hic blandi per candida terga juvenci
Jam secura maris, teneris jam cornua palmis
Non tenet: extremis alludunt aequora plantis.
Ire putes clypeo, fluctusque secare juvencum.
Adjuvat unda fidem, pelago nec discolor amnis.
Tunc audax pariter telis, et voce proterva
Hippomedonta petit: « Non haec fecunda veneno
Lerna, nec Herculeis haustae serpentibus undae.
Sacrum amnem, sacrum (et, miser, experiere), deûmque
Altrices irrumpis aquas. » Nihil ille, sed ibat
Cominus: opposuit cumulo se densior amnis,
Tardavitque manum: vulnus tamen illa retentum
Pertulit, atque animae tota in penetralia sedit.
Horruit unda nefas: silvae flevistis utraeque:
Et graviora cavae sonuerunt murmura ripae.
Ultimus ille sonus moribundo emersit ab ore,
« Mater! » in hanc miseri ceciderunt flumina vocem.
At genitrix, coetu glaucarum cincta sororum,
Protinus icta malo, vitrea de valle solutis
Exsiliit, furibunda comis, ac verbere crebro
Oraque, pectoraque, et viridem scidit horrida vestem.
Utque erupit aquis, iterumque, iterumque trementi
Ingeminat « Crenaee » sono: nusquam ille, sed index

Ei dunque non credea ch' entro quell' acque
Ragion avesser le crudeli Parche,
E lieto già da l' una a l' altra sponda.
Passando l' avo lusinghiero e l' onda,
O ne seguisse il corso, o pur col nuoto
Obbliquo la fendesse, alto il sostenta;
E se a ritroso va, non lo ritarda,
Ma lo seconda, e seco torna indietro.
Non più placido il mar bagna co' flutti
Dell' Antedonio Glauco il ventre e i fianchi;
Nè più leggier su la marina estiva
Triton galleggia; nè più pronto torna
Fra' dolci amplessi della cara madre
Palemone affrettando il suo delfino,
Che troppo lento su le spalle il porta.
Ben l' adornano l' armi, e per molt' oro
Fulgido e insigne il grave scudo porta,
In cui sta sculto dell' Aonia gente
L' origin prima: ne' Sidonii flutti
Del toro mansueto il dorso preme
La fanciulla di Tiro, e già sicura
Fatta del mar, non più le corna afferra
Colle tenere mani, e lussureggia
L' onda baciando a lei le molli piante.
Sembra veracemente entro lo scudo
Nuotare il divin toro e fender l' acque;
E l' acque sono tanto al ver simili,
Che acquistan fede ed han di mar sembianza.
Quindi Creneo, fatto più audace, sfida
Con orgogliosi detti Ippomedonte:
« Questa Lerna non è d' atro veleno
Infetta e tinta, nè l' Erculee serpi
Vengono a dissetarsi entro quest' onde.
È sacro il fiume, è sacro, e 'l proverai
Tu, che 'l profani, e sanguinoso scorri
Per l' acque ultrici de' superni Dei. »
Quel non risponde, e s' avvicina: opponsi
Il fiume a lui con maggior forza d' acque,
E gli tarda la man, ma non in guisa
Ch' essa il colpo non vibri, e nel più interno
Non giunga a penetrare u' l' alma ha sede.
Inoridissi il fiume, e voi piangeste,
Dell' una e l' altra sponda o afflitte selve,
E d' ululati rimbombàr le ripe.
Egli morendo profferì l' estremo
Suono, e chiamò la madre. I flutti intanto
Gli passar sopra, e soffocar la voce;
Ma la madre infelice intorno cinta
Da le cerulee sue meste sorelle,
D' improvviso dolore il cor trafitta,
Lascia le grotte cristalline, e i crini
Sparsi e confusi, e percuotendo il petto,
E lacerando il volto e 'l verde crine,
Accorre furibonda, e poi che fuori
Uscì da l' acque, con tremante voce,
Creneo, Creneo, ripete, e indarno il chiama,

Desuper, ah miserae nimium noscenda parenti,
Parma natat: jacet ipse procul, qua mixta supremum
Ismenon primi mutant confinia ponti.
Fluctivagam sic saepe domum, madidosque penates
Halcyone deserta gemit, quum pignora saevus
Auster, et algentes rapuit Thetis invida nidos.
Mergitur orba iterum, penitusque occulta sub undis
Limite non uno, liquidum qua subter eunti
Lucet iter, miseri nequicquam funera nati
Vestigat, plangitque tamen: saepe horridus amnis
Obstat, et obducto caligant sanguine visus.
Illa tamen praeceps in tela offendit et enses,
Scrutaturque manu galeas, et prona reclinat
Corpora: nec ponto submota intrabat amaram
Dorida, possessum donec jam fluctibus altis
Nereidum miserata cohors ad pectora matris
Impulit. Illa manu ceu vivum amplexa reportat,
Insternitque toris riparum, atque humida siccat
Mollibus ora comis, atque haec ululatibus addit:
« Hoc tibi semidei munus tribuere parentes?
Nec mortalis avus? sic nostro in gurgite regnas?
Mitior heu misero discors alienaque tellus,
Mitior unda maris, quae juxta flumina corpus
Rettulit, et miseram visa exspectasse parentem.
Hinc mei vultus? haec torvi lumina patris?
Hi crines undantis avi? tu nobile quondam
Undarum, nemorumque decus, quo sospite major
Diva, et nympharum longe regina ferebar.
Heus ubinam ille frequens modo circa limina matris
Ambitus? orantesque tibi servire Napaeae?
Cur nunc te melius saevo mansura profundo
Amplexu misero tumulis, Crenaee, reporto,
Non mihi? nec tantae pudet, heu! miseretque ruinae,
Dure parens? quae te alta et ineluctabilis imo
Condidit amne palus? quo jam nec cruda nepotis
Funera, nec nostri valeant perrumpere planctus?
Ecce furit, jactatque tuo se in gurgite major
Hippomedon: illum ripaeque undaeque tremiscunt,
Illius impulsu nostrum bibit unda cruorem.
Tu piger, et trucibus facilis servire Pelasgis.

Ma ben lo scudo galleggiar su l'onde
Ne vede: a lei troppo sicuro segno
Di sue sciagure. Egli ben lungi giace,
Ove l'Ismeno con il mar si mesce.
Così Alcione desolata geme,
Qualora vede per lo mar vagante
Il caro nido co' suoi figli, e vede
Ch'Austro piovoso ognor l'urta e l'incalza,
E finalmente dentro il mar gli asconde:
Ella al fondo si cala, e sotto i flutti
Ricerca i figli, ovunque l'onda splende,
E in ricercarli si lamenta e piange.
Tal la madre dolente si querela,
Nè però si ritiene; a' dardi e a l'aste
Intrepida va incontro, e colla mano
Gli elmi ricerca, e i tronchi busti esplora;
Ma respinta dal mar, ne' flutti amari
Gli è tolto entrar, fin che a pietà commosse
Le Ninfe di Neréo, nelle sue braccia
Meste portaro il già rapito figlio;
Ed essa allor, come s'ei fosse vivo
Al sen lo stringe, e sel riporta indietro,
E sulle sponde, qual su letto, il posa!
Indi con molle crin l'umido volto
Gli asciuga e terge, e singhiozzando esclama:
« Sì fiero dono i semidei parenti
E l'avo tuo immortal ti diero, o figlio?
Così tu regni nel materno fiume?
Più mite a te fu la straniera terra
E discorde da noi: più miti l'onde
Del mar, che te fino a l'estrema foce
Portàr del fiume, ed aspettar la madre.
Ah questo è dunque il volto a me simile?
Questo del torvo genitore il guardo?
Son questi i crini del grand'avo ondoso?
Tu di quest'acque e delle selve un tempo
Gloria fosti e decoro: io delle Ninfe,
Mentre vivesti, fui regina e Dea.
Or dove andrà l'ambizioso e folto
Stuolo che stava a le mie porte intorno?
E di servirti le Napée bramose?
Ed io, che teco dentro al mar profondo
Meglio poteva rimanere estinta,
Con infelici amplessi io ti riporto
Non a me, ma a la tomba; e tu crudele
Padre non hai rossor di tanta strage,
E pietà non ne senti? E qual t'asconde
Nell'imo centro torbida palude
Ove non giunga a le tue sorde orecchie
Del nipote la morte ed il mio pianto?
Ecco ne' gorghi tuoi va furibondo
Ippomedonte, e omai di te maggiore
Nel tuo letto trionfa, e l'acque e i lidi
N'hanno spavento, e le nostr'onde tinte
Sono per lui di sangue; e tu codardo
Non ricusi servire a' fieri Greci?

Ad cineres saltem, supremaque justa tuorum,
Saeve, veni, non hic solum accensure nepotem. »
Ilis miscet planctus, multumque indigna cruentat
Pectora: caeruleae referunt lamenta sorores.
Qualiter Isthmiaco nondum Nereida portu
Leucothean planxisse ferunt, dum pectore anhelo
Frigidus in matrem saevum mare respuit infans.
At pater arcano residens Ismenos in antro,
Unde aurae, nubesque bibunt, atque imbrifer Arcus
Pascitur, et Tyrios melior venit annus in agros,
Ut lamenta procul (quamquam obstrepit ipse) novosque
Accepit natae gemitus, levat aspera musco
Colla, gravemque gelu crinem, ceciditque soluta
Pinus adulta manu, dimissaque volvitur urna.
Illum per ripas annoso scrupea limo
Ora exertantem silvae, fluviique minores
Mirantur: tantus tumido de gurgite surgit,
Spumosum attollens apicem, lapsuque sonoro
Pectora caeruleae rivis manantia barbae.
Obvia cognatos gemitus, casumque nepotis
Nympharum docet una patrem, monstratque cruentum
Auctorem, dextramque premit: stetit arduus alto
Amne, manuque genas, et nexa virentibus ulvis
Cornua concutiens, sic turbidus ore profundo
Incipit: « Huncne mihi, Superûm regnator, honorem,
Quod toties hospesque tuis et conscius actis
(Nec memorare timor), falsa nunc improba fronte
Cornua, nunc vetitam currus disjungere Phoeben,
Dotalesque rogos, deceptaque fulmina vidi,
Praecipuosque alui natorum? an vilis et illis
Gratia? Ad hunc certe repsit Tirynthius amnem:
Hac tibi flagrantem Bromium restinximus unda.
Aspice, quas fluvio caedes, quae funera portem
Continuus telis, altoque adopertus acervo.
Omne vadum belli series tenet: omnis anhelat
Unda nefas, subterque animae supraque recentes
Errant, et geminas jungunt caligine ripas.

A' roghi almeno ed a l'esequie estreme
Vieni, o crudel, de' tuoi: non sarà solo
Il tuo nipote, che arderan le fiamme. »
E qui rinforza il pianto e squarcia il seno,
E l'altre Ninfe a' pianti suoi fann' eco.
Così dell' Istmo in su l'estrema spiaggia
(S' ha fede il ver) non ancor fatta dea
Leucotoe pianse in rimirare il figlio
Freddo versar da l'affannato petto
Il già bevuto mar nel sen materno.
Ma il padre Ismeno, ch' entro gelid' antro,
Onde s' imbevon l'aure e l'atre nubi,
E si nudrisce l'Iride piovosa,
E più fansi fecondi i Tirii campi,
Giacendo stava: poi che lungi intese
(Bench' egli stesso strepitando corra)
Della figlia i clamori e i nuovi pianti,
Alzò il muscoso collo e la di gelo
Gravosa chioma, e da le man gli cadde
L'eccelso pino, e l'urna a terra sparse.
Stupir le selve in su le ripe, e i fiumi
Minori inorridir, quando da l'onde
Tutta smaltata dell' antico loto
La faccia eresse. Tanto e tale innalza
Spumoso il crine, e per lo sen gli corrono
Giù da la barba risuonanti i rivi.
Della figlia il dolore, e del nipote
La morte a lui tutto per ordin narra
Ninfa, che lo rincontra, ed il feroce
Uccisor gli dimostra, e colla mano
La man gli preme. Egli su l'onde allora
Tutto si mostra, e colla man tergendo
L'umido volto, e di verdi alghe cinte
L'ardue corna scotendo, irato e gonfio,
Così forte esclamò dal sen profondo:
« Questo dunque è l'onor che a me tu rendi,
Rettor de' Numi? A me, che tante volte
Ospite a te divenni, e de' tuoi fatti
Consapevole fui? (nè già pavento
Di rammentarli) Tu d'inique corna
Vestisti pur la simulata fronte;
Tu gli umidi destrier sciogliere dal carro
Vietasti a Cintia, e i nuziali roghi,
E l'ingannevol folgore io mirai,
E i tuoi più cari figli io ti nudrii,
Così sprezzar miei doni? E pur fu visto
Pargoleggiare in questo seno Alcide,
E spense l'onda mia di Bacco il fuoco.
Mira con quante stragi al mar sen corra,
Quai cadaveri porti il nostro fiume
Tutto d'armi coperto, e di cataste
Di morti e di malvivi: entro il suo seno
Tutta la guerra è accolta: ogni onda spira
Scelleraggini e lutto; e in cima e al fondo
Vagando vanno alme novelle, e meste
Adombrano spirando ambe le sponde.

Ille ego clamatus sacris ululatibus amnis,
Qui molles thyrsos, Bacchaeaque cornua puro
Fonte lavare feror, stipatus caedibus arctas
In freta quaero vias: non Strymonos impia tanto
Stagna cruore natant, non spumifer altius Hebrus
Gradivo bellante rubet: nec te admonet altrix
Unda, tuasque manus, jampridem oblite parentum
Liber? an Eous melius pacatur Hydaspes?
At tu, qui tumidus spoliis, et sanguine gaudes
Insontis pueri, non hoc ex amne potentem
Inachon, aut saevas victor revehere Mycenas,
Ni mortalis ego, et tibi ductus ab aethere sanguis."
Sic ait infrendens, et sponte furentibus undis
Signa dedit: mittit gelidus montana Cithaeron
Auxilia, antiquasque nives, et pabula brumae
Ire jubet: frater tacitas Asopos eunti
Conciliat vires, et hiulcis flumina venis
Suggerit: ipse cavae scrutatur viscera terrae,
Stagnaque, torpentesque lacus, pigrasque paludes
Excutit, atque avidos tollens ad sidera vultus
Humentes nebulas exhaurit, et aëra siccat.
Jamque super ripas utroque exstantior ibat
Aggere, jam medium modo qui superaverat amnem
Hippomedon, intactus aquis humerosque manusque,
Miratur crevisse vadum, seseque minorem.
Hinc atque hinc tumidi fluctus, animosaque surgit
Tempestas instar pelagi, quum Pleiadas haurit,
Aut nigrum trepidis impingit Oriona nautis.
Non secus aequoreo jactat Theumesius amnis
Hippomedonta salo, semperque umbone sinistro
Tollitur, et clypeum nigrante supervenit aestu
Spumeus assultans, fractaque refunditur unda
Et cumulo majore redit: nec mole liquenti
Contentus, carpit putres servantia ripas
Arbusta, annosasque trabes, ejectaque fundo
Saxa rotat: stat pugna impar, amnisque virique,
Indignante deo: nec enim dat terga, nec ullis
Frangitur ille minis, venientesque obvius undas
Intrat, et objecta dispellit flumina parma.
Stant terra fugiente gradus; et poplite tenso

Pur quel son io che i sacri gridi accolgo
Delle Baccanti; e i tirsi imbelli e i corni
Mondar ne soglio con mie pure linfe.
Ed or ristretto da cotante stragi
Angusta strada mi procaccio al mare.
Non dell' empio Strimon corrono i fiumi
Di maggior sangue, nè rosseggia tanto,
Qualor Marte combatte, Ebro spumoso.
Nè te muove a pietà l' onda nudrice,
Nè le tue mani a l' armi irrita, o Bacco?
Così gli avi ti scordi? o in Oriente
Meglio Idaspe si doma? E tu, o crudele,
Che vai altero delle imbelli spoglie,
E d' un fanciul nell' innocente sangue
Trionfi e godi; non farai ritorno
Da questo fiume a la crudel Micene,
Nè vincitore, a l' Inaco potente,
Onde partisti, s' io mortal non sono,
Od uno tu degl' immortali Numi. "
Così sdegnoso parla, e in un istante
Dà il segno a l' onde: Citerone alpestre
Manda gli aiuti, e le sue antiche nevi,
Alimenti del verno, in giù discioglie.
Tacite forze per occulte vie
Manda a l' Ismeno il suo germano Asopo,
E somministra l' onde, ed egli stesso
Della terra le viscere ricerca,
E fuor ne caccia i stagni e i tardi laghi
E le pigre paludi: indi a le stelle
Avidamente il volto innalza, e i nembi
Umidi in seno attragge, e l' aria sugge,
E tumido soverchia ambe le sponde.
Ippomedonte, che già mezzo il fiume
Varcato avea solo coll' acqua a' fianchi,
Si maraviglia come tanto cresca
La torbid' onda, e che le braccia e 'l petto
Omai gli copra, e sè minor conosce:
Gonfiansi i flutti d' ogni parte, e sorge
Animosa tempesta al mar simile,
Quando assorbe le Pleiadi, e Orione
Torbido oppone a' timidi nocchieri.
Non altrimenti del marino assalto
Scuote il fiume Tebano Ippomedonte,
E più s' estolle nello scudo urtando,
E in quello infranto si dilata e spande,
E con onda maggiore indi ritorna;
Nè contento di ciò svelle ed atterra
Gli arbuscei da le ripe e i vecchi tronchi,
E solleva dal fondo arena e sassi.
Sta inegual la tenzon fra l' uomo e 'l fiume,
E la Divinità n' ha sdegno e scorno;
Perchè non cede il fier, non si ritira,
Nè paventa minacce, e a' flutti irati
Va incontro, e a' fiumi torbidi e sonori
Oppon lo scudo e li respinge indietro.
Sotto il terren gli sfugge, ed ei sta immoto

Lubrica saxa natant, genibusque obnixus, et haerens
Subruta fallaci servat vestigia limo,
Sic etiam increpitans: « Unde haec, Ismene, repente
Ira tibi? quove has traxisti gurgite vires
Imbelli famulate deo? solumque cruorem
Foemineis experte choris, quum Bacchica mugit
Buxus, et insanae maculant trieterida matres? »
Dixerat: atque illi sese deus obtulit ultro
Turbidus imbre genas, et nube natantis arenae:
Nec saevit dictis, trunca sed pectora quercu
Ter, quater, oppositi, quantum ira deusque valebant,
Impulit assurgens: tandem vestigia flexit,
Excussumque manu tegimen, conversaque lente
Terga refert: instant undae, sequiturque labantem
Amnis ovans; necnon saxis, et grandine ferri
Desuper infestant Tyrii, geminoque repellunt
Aggere. Quid faciat bellis obsessus et undis?
Nec fuga jam misero, nec magnae copia mortis.
Stabat gramineae producta crepidine ripae
Undarum ac terrae dubio, sed amicior undis
Fraxinus, ingentique vadum possederat umbra.
Hujus opem (nam qua terras invaderet?) unca
Arripuit dextra; nec pertulit illa trahentem;
Sed majore supra, quam stabat pondere victa
Solvitur, et qua stagna subit radice, quibusque
Arentem mordebat humum, demissa superne
Injecit trepido sese, ripamque, nec ultra
Passurum subitae vallavit ponte ruinae.
Huc undae coëunt, et ineluctabile coenum
Verticibusque cavis sedit, crescitque barathrum.
Jamque humeros, jam colla ducis sinuosa vorago
Circuit. Hic demum victus suprema fateri
Exclamat: « Fluvione (pudet!) Mars inclyte, merges
Hanc animam? segnesque lacus et stagna subibo,
Ceu pecoris custos, subiti torrentis iniquis
Interceptus aquis? adeone occumbere ferro
Non merui? » Tandem precibus commota Tonantem
Juno subit: « Quonam miseros, sator inclyte divûm,
Inachidas, quonam usque premes? jam Pallas et odit
Tydea, jam rapto tacuerunt augure Delphi.

Sovra i lubrici sassi, e le ginocchia
Tende, e si ferma sul fallace limo,
Ed oltraggiando parla: « E donde, Ismeno,
Questo nuovo furore? e da qual vena,
Servo d' imbelle dio, traesti l' acque?
O sol avvezzo a rimirare il sangue
Tra femminili cori, allor che i bossi
Suonan di Bacco, e le furenti madri
Svenan negli orgii triennali i figli. »
Disse: ed a lui tutto mostrossi il fiume
Torbido il viso di stillanti rivi,
Ed offuscato di nuotante arena;
Nè co' detti infierì, ma dell' opposto
Guerrier tre volte e quattro il petto audace,
Quando il suo Nume e l' ira sua valea,
Alzandosi percosse. Allora il passo
Ritrasse Ippomedonte, e da la mano
Cadde lo scudo, e tardi volse il tergo.
L' incalzan l' onde, e trionfante il fiume,
Mentr' ei vacilla, il preme. I Tirii d' alto
Scaglian d' aste e di sassi orrido nembo,
E gli vietano irati ambe le sponde.
Or che farà d' acque assediato e d' armi?
Non può fuggire il misero, e gli è tolto
Morir di grande e memorabil morte.
Stava frassino eccelso in su l' erbose
Ripe pendente fra la terra e l' acque;
Ma più a l' acque proclive, e di grand' ombra
Copriva il fiume. A questa Ippomedonte
Stende l' adunca mano e vi si appiglia;
(Qual rimangli altra via per gire a terra?)
Ma nol sostien la pianta; ed in giù tratta
Dal maggior peso, che l' aggrava in cima
Da le radici, con cui parte al fiume
S' astiene, e parte a l' arido terreno,
Divelta cade e seco trae la ripa,
E 'l trepido guerrier, come se un ponte
Su lui cadesse, col suo peso opprime.
Vi accorron l' onde, ed un tenace limo
Nel fondo siede, e i vortici profondi
Fan maggior la vorago: e già le spalle,
Già il collo del guerrier co' tortuosi
Gorghi circonda. Allor si dà per vinto
Il lasso Ippomedonte, e così parla:
« Non ti vergogni, inclito Marte, in questo
Fiume sommerger mia grand' alma? io dunque
Quasi vile pastor, cui d' improvviso
La piena oppresse, andrò cibo de' pesci
Dentro i torbidi laghi e i pigri stagni?
Degno dunque non fui morir di ferro? »
Da queste preci alfin mossa a pietade
Giuno parlò al Tonante: « E sino a quando,
Gran genitor de' Numi, i mesti Argivi
Opprimerai? già Pallade ha in orrore
Il suo Tidéo: già per lo vate assorto
Tacciono in Delfo i tripodi d' Apollo:

En meus Hippomedon, cui gentis origo Mycenae
Argolicique lares, numenque ante omnia Juno
(Sic ego fida meis?), pelagi crudelibus ibit
Praeda feris! Certe tumulos, supremaque victis
Busta dabas. Ubi Cecropiae post proelia flammae?
Theseos ignis ubi est? » Non spernit conjugis aequas
Ille preces: leviterque oculos ad moenia Cadmi
Rettulit, et viso sederunt flumina nutu.

Illius exsangues humeri, et perfossa patescunt
Pectora: ceu ventis alte quum elata resedit
Tempestas, surgunt scopuli, quaesitaque nautis
Terra, et ab infestis descendunt aequora saxis.

Quid ripas tenuisse juvat? premit undique nimbo
Telorum Phoenissa cohors: nec tegmina membris
Ulla, omnisque patet leto: tunc vulnera manant,
Quique sub amne diu stupuit cruor, aëre nudo
Solvitur, et tenues venarum laxat hiatus,
Incertique labant undarum frigore gressus.

Procumbit, Getico qualis procumbit in Haemo
Seu Boreae furiis, putri seu robore quercus
Coelo mixta comas, ingentemque aëra laxat.
Illam nutantem nemus, et mons ipse tremiscit
Qua tellure cadat, quas obruat ordine silvas.

Non tamen aut ensem, galeamve audacia cuiquam
Tangere: vix credunt oculis, ingentiaque horrent
Funera, et adstrictis accedunt cominus armis.
Tandem adiit Hypseus, capulumque in morte tenenti
Extrahit, et torvos laxavit casside vultus:
Itque per Aonios alte mucrone corusco
Suspensam ostentans galeam, et clamore superbit:
« Hic ferus Hippomedon: hic formidabilis ultor
Tydeos infandi, debellatorque cruenti
Gurgitis. » Agnovit longe, pressitque dolorem
Magnanimus Capaneus, telumque immane lacerto
Hortatur librans: « Ades o mihi, dextera, tantum
Tu praesens bellis, et inevitabile numen,
Te voco, te solam Superûm contemptor adoro. »

Sic ait, et voti sese facit ipse potentem.
It tremebunda abies clypeum per et aerea terga

Or ecco Ippomedonte, a cui Micene
Fu culla, ed Argo è patria, ed io son nume,
(Così a' miei son fedele?) andrà de' mostri
Marini in preda? Tu l'esequie estreme,
Tu pur le tombe promettesti a' vinti.
Che gioveranno a lui l'Attiche fiamme.
E i roghi di Teséo? » Non sprezzò Giove
Della consorte i giusti voti, e a Tebe
Volse placido il guardo, e al primo cenno
Calmarsi l'onde e si abbassaro i fiumi.

Scoprirsi allor del cavalier ferito
L'esangui spalle e il traforato petto;
Siccome avvien se le procelle scosse
Dallo spirar d'impetuosi venti
Cessano in mar, sorgon gli scogli in alto,
E la terra cercata a' naviganti
Si mostra, e l'onda da i sbattuti sassi
Al fondo cala. E già preme il terreno:
Ma che pro, se di strali un folto nembo
D'ogni parte il circonda, ed a le membra
Non ha riparo, e tutto esposto è a morte?
Gli si apron le ferite, e 'l congelato
Sangue, che istupidì sotto dell'onde,
A l'aria aperta esposto ogni meato
Scioglie a le vene, e giù piove a' torrenti,
E sotto gli vacilla istupidito
Dal gel del fiume il mal sicuro piede.

Alfine ei cade; quale in giù ruina
Nell'Emo Tracio, d'Aquilone a' fiati,
O perchè le radici il tempo edace
Le abbia corrose, altera quercia e grande
Ch'alzò il capo a le stelle, e di sua mole
Molt'aria sgombra: mentre essa vacilla,
Il pian la teme e il monte, e da qual parte
Cada non sanno, e quali selve opprima.

Non v'ha però chi di toccarne ardisca
L'elmo, la spada; e a gli occhi proprii appena
Prestano fede, ed han terror mirando
Quel cadavere immenso, e insiem ristretti
Coll'armi in pugno a lui si fan vicini.
Ma giunge al fine Ipseó, che da la mano
(Che morta ancor l'impugna) il ferro tragge,
E l'elmo scioglie da la torva faccia:
Indi in cima dell'asta a' suoi Tebani
Alto lo mostra, e così fiero esclama:
« Questi è il feroce Ippomedonte, e questi
Dell'immane Tidéo l'ultor temuto,
E il domator del nostro sacro fiume. »
Il fiero Capaneo da lungi il vede,
E il dolor reprimendo, immensa trave
Libra col braccio, e la sua destra invoca:
« Siimi propizia, o destra, a me sol una
Presente in guerra, e inevitabil nume;
Te sola adoro, e ogni altro nume sprezzo. »

Dice: ed ei stesso il proprio voto adempie.
Vola l'asta tremenda, e per lo scudo

Loricae, tandemque animam sub pectore magno
Deprendit: ruit haud alio quam celsa fragore
Turris, ubi innumeros penitus quassata per ictus
Labitur, effractamque aperit victoribus urbem.
Cui super assistens, « Non inficiamur honorem
Mortis, ait: refer huc oculos, ego vulneris auctor.
Laetus abi, multumque aliis jactantior umbris. »
Tunc ensem, galeamque rapit, clypeumque revellit
Ipsius, exanimemque tenens super Hippomedonta,
« Accipe, ait, simul hostiles, dux magne, tuasque
Exuvias; veniet cineri decus, et suus ordo
Manibus: interea justos dum reddimus ignes,
Hoc ultor Capaneus operit tua membra sepulcro.»
Sic anceps dura belli vice mutua Graiis
Sidoniisque simul nectebat vulnera Mavors.
Hic ferus Hippomedon, illic non segnior Hypseus
Fletur, et alterni praebent solatia luctus.
Tristibus interea somnum turbata figuris
Torva sagittiferi mater Tegeatis ephebi,
Crine dato passim, plantisque ex more solutis,
Ante diem gelidas ibat Ladonis ad undas
Purgatura malum fluvio vivente soporem.
Namque per attonitas curarum pondere noctes
Saepe et delapsas adytis, quas ipsa dicarat
Exuvias, seque ignotis errare sepulcris
Extorrem nemoris, Dryadumque a plebe fugatam,
Saepe novos nati bello rediisse triumphos,
Armaque, et alipedem notum, comitesque videbat,
Nusquam ipsum: nunc ex humeris fluxisse pharetras,
Effigiesque suas, simulacraque nota cremari.
Praecipuos sed enim illa metus portendere visa
Nox miserae, totoque erexit pectore matrem.
Nota per Arcadias felici robore silvas
Quercus erat, Triviae quam desacraverat ipsa
Electam turba nemorum, numenque colendo
Fecerat: hic arcus, et fessa reponere tela,

Passa l'usbergo, e mortalmente giunge
Là dove l'alma nel gran petto ha sede.
Allor sen cade Ipséo con quel fragore
Ch'eccelsa torre da più colpi scossa
In giù ruina, e al vincitor superbo
Lascia della cittade aperto il varco.
Capaneo gli sta sopra; e, « Della morte
Non ti fraudo l'onor, dice: rimira
Quello che ti ferì, quello son io.
Or va contento, che riporti il vanto
Sopra l'altr'ombre. » Indi la spada e l'elmo
Ripiglia, e a questi il vinto scudo aggiunge,
E su l'esangue Ippomedonte in alto
Le tien sospese; e, « Queste prendi, grida,
Spoglie tue, spoglie ostili, inclito duce;
Ben si daranno al cenere famoso
Gli onor dovuti, e tua magnanim'ombra
Non se n'andrà raminga e senz'avello:
Ma intanto che tu aspetti e fiamme e rogo,
Te con quest'armi, di sepolcro invece,
Vendicatore Capaneo ricopre. »
Così a vicenda fra i Tebani e i Greci
Dubbioso Marte dividea le stragi.
Piangono questi Ippomedonte fiero,
E quelli Ipséo non men feroce e pronto,
E dal dolore altrui traggon conforto.
Dell'Arcade garzon la fiera madre
Turbata intanto da funeste larve,
De' notturni riposi in mezzo a' sonni,
Col crin disciolto e colla piante ignude
(Secondo il rito), e prevenendo l'alba,
Se ne gía del Ladone a l'onde algenti,
Per purgar dentro il fiume il sonno infausto.
Perocchè fra i sopor dell'atre notti,
Fatte inquiete da' pensier molesti,
Vedute avea cader da' sacri altari
Quelle che di sua man spoglie vi appese,
E sè da' boschi esclusa, e da le Ninfe
Cacciata in bando, andar raminga e sola
Ad ignoti sepolcri errando intorno.
Spesso nuovi trofei tornar dal campo,
E l'armi e 'l destrier noto ed i compagni
Del figlio vide, e mai non vide il figlio;
Talor le parve la faretra a terra
Da le spalle caderle, e la sua immago
E i noti simulacri arder nel fuoco.
Ma presagio più certo e più funesto
Recò a la madre quella stessa notte
Che tutta a lei mise in tumulto l'alma.
Sorgea di Arcadia negli ameni boschi
Quercia famosa e di felici rami,
Che scelta fuor da le minori piante
Aveva di sua man sacra a Diana,
E col suo culto l'avea fatta dea.
A questa essa appendea sovente l'arco
E i rintuzzati dardi, e de' cinghiali

Armaque curva suum, et vacuorum terga leonum
Figere, et ingentes aequantia cornua silvas.
Vix ramis locus: agrestes adeo omnia cingunt
Exuviae, et viridem ferri nitor impedit umbram.
Hanc, ut forte jugis longo defessa redibat
Venatu, modo rapta ferox Erymanthidos ursae
Ora ferens, multo proscissam vulnere cernit
Deposuisse comam, et rorantes sanguine ramos
Exspirasse solo: quaerenti Nympha cruentas
Maenadas, atque hostem dixit saevisse Lyaeum.
Dum gemit, et planctu circumdat pectus inani,
Abrupere oculi noctem, moestoque cubili
Exsilit, et falsos quaerit per lumina fletus.

Ergo ut in amne nefas merso ter crine piavit,
Verbaque sollicitas matrum solantia curas
Addidit, armatae ruit ad delubra Dianae,
Rore sub Eoo, notasque ex ordine silvas,
Et quercum gavisa videt: tunc limine divae
Astitit, et tali nequicquam voce precatur:

« Virgo potens nemorum, cujus non mollia signa
Militiamque trucem, sexum indignata, frequento,
More nihil Graio; nec te gens aspera ritu
Colchis, Amazoniaeve magis coluere catervae:
Si mihi non unquam thiasi, ludusve protervae
Noctis, et inviso quamvis temerata cubili,
Non tamen aut teretes thyrsos, aut mollia gessi
Pensa, sed in tetricis et post connubia lustris,
Sic quoque venatrix, animumque innupta remansi:
Nec mihi secretis culpam occultare sub antris
Cura, sed ostendi natum, posuique trementem
Ante tuos confessa pedes: nec degener ille
Sanguinis, inque meos reptavit protinus arcus;
Tela puer lacrymis et prima voce poposcit.
Hunc mihi (quid trepidae noctes, somnusque minantur?),
Hunc, precor, audaci qui nunc ad proelia voto
Heu nimium tibi fisus abit, da visere belli
Victorem, vel, si ampla peto, da visere tantum.
Hic sudet, tuaque arma ferat: preme, diva, malorum
Signa: quid in nostris, nemoralis Delia, silvis

Le adunche zanne, e de' leoni uccisi
Le vuote spoglie, e de' fugaci cervi
Pari a le selve le ramose corna.
Appèna a' rami luogo resta, tante
La circondan per tutto agresti spoglie,
E 'l balenar di ferri e d'arme appese
Toglie della verd'ombra il grato orrore.
A lei parea, che dal cacciar le fiere
Scendea da' monti faticosa e lassa,
D'orsa feroce alto portando il teschio,
Terror dell' Erimanto: e quivi giunta
Vedea la pianta, da reo ferro tronca
Giacer, scosse le chiome, ed ogni ramo
Stillar di vivo sangue. E a lei, che il chiede,
Ninfa racconta che il nemico Bacco
E le sanguigne Menadi l' han svelta.
Mentr'ella piange e si percuote il seno,
Si scioglie il sonno; essa abbandona il letto,
E il falso pianto invan da gli occhi asciuga.

Dunque poichè attuffò, purgando il sogno,
Tre volte il crin nel fiume, e detti aggiunse
Delle madri a purgare atti le cure,
Dell'amata Diana al tempio corse
A lo spuntar del giorno, e lieta vide
Starsi la selva e la sua quercia intatta.
Fermossi allor sul limitar del tempio,
E in cotai voci pregò il nume invano:

« Vergine dea, c' hai sovra i boschi impero,
Di cui le forti insegne e gli aspri studii,
Sdegnando il sesso, oltre il costume greco
Sovente seguo, nè di me più fidi
Sono al tuo culto i popoli di Colco,
Nè delle scite Amazoni le schiere;
Non a me i balli ed i profani giuochi
Piacquer dell'empie notti; e benchè io giacqui
Contaminata in odioso letto,
Trattare i tirsi e la conocchia imbelle
Ebbi in orrore, e nelle selve ancora
Restai dopo le nozze, e dopo il parto
Vergine colla mente, e cacciatrice.
Nè già mi piacque entro remoti spechi
Celare il fallo; ma il fanciul tremante
A' piè ti posi, e confessai l'errore.
Ei non mentì il mio sangue, e nelle selve
Pargoleggiò fra gli archi, e con i pianti
E con le prime voci i dardi chiese.
Deh questo a me (che mai la spaventosa
Notte minaccia, e l'inquieto sonno?)
Questo, che in te fidato a le battaglie
Con audace desio pur or sen corse,
Dammi, o gran dea, che vincitore io miri
Tornar dal campo: e se pur troppo io chieggo,
Dammi almen che io lo veggia, e te seguendo,
Sudi dell'armi tue sotto l'incarco.
Fa vani, o dea, di mie sciagure i segni.
E quale han mai ragion nelle tue selve

Maenades hostiles, Thebanaque numina regnant?
Hei mihi! cur penitus (simque augur cassa futuri!),
Cur penitus, magnoque interpretor omine quercum?
Quod si vera sopor miserae praesagia mittit,
Per te, maternos, mitis Dictynna, labores,
Fraternumque decus, justis hunc fige sagittis
Infelicem uterum: miserae sine funera matris
Audiat ille prior. » Dixit, fletuque soluto
Aspicit et niveae saxum maduisse Dianae.

Illam diva ferox etiamnum in limine sacro
Expositam, et gelidas verrentem crinibus aras
Linquit, et in mediis frondentem Maenalon astris
Exsuperat gressu, saltumque ad moenia Cadmi
Destinat, interior coeli qua semita lucet
Dis tantum, et cunctas juxta videt ardua terras.
Jamque fere medium Parnassi frondea praeter
Colla tenebat iter, quum fratrem in nube corusca
Aspicit haud solitum visu. Remeabat ab armis
Moestus Echioniis, demersi funera lugens
Auguris. Irrubuit coeli plaga sidere mixto,
Occursuque sacro pariter jubar arsit utrimque,
Et coiere arcus, et respondere pharetrae.

Ille prior: « Scio, Labdacidas, germana, cohortes,
Et nimium fortes ausum petis Arcada pugnas.
Fida rogat genitrix: utinam indulgere precanti
Fata darent! En ipse mei (pudet) irritus arma
Cultoris, frondesque sacras, ad inania vidi
Tartara, et in memet versos descendere vultus:
Nec tenui currus, terraeque abrupta coëgi,
Saevus ego, immeritusque coli. Lugentia cernis
Antra, soror, mutasque domos: haec sola rependo
Dona pio comiti: nec tu peritura movere
Auxilia, et moestos in vanum perge labores.
Finis adest juveni: non hoc mutabile fatum;
Nec te nunc dubiis fraterna oracula fallunt. »

« At decus extremum misero, confusa vicissim
Virgo refert, duraeque licet solatia morti

Le Menadi inimiche e i Dei tebani?
Misera! (ahi sian fallaci i tristi augurii!)
Perchè la quercia tua, perchè il mio sogno
In così fiero e infausto senso io spiego?
Ma se i presagii miei veri pur sono,
Per lo dolor materno, e per quel lume
Che dal fratel ricevi, io ti scongiuro,
Co' dardi tuoi quest' infelice seno
Trafiggi, o Diva, e pria ch' io la sua morte,
Permetti ch'egli la mia morte intenda. »
Così diss'ella, e lasciò il freno al pianto,
E sudar vide il simulacro algente.

Lascia Trivia feroce entro il suo tempio
L'afflitta madre, che i suoi freddi altari
Terge col crin disciolto, e addietro lassa
Velocemente Menalo sublime,
Ch'alza fra gli astri la frondosa fronte:
E per quella del ciel strada più interna,
Che sol risplende ai Numi, il volo drizza
A le mura di Cadmo, e d'alto scorge
Sotto a' suoi piedi quanto è vasto il mondo.
E di già mezzo il suo cammin varcato
Tra i verdi colli di Parnaso avea,
Quando incontrò il fratel mesto in sembiante
Da risplendenti nubi intorno cinto.
Facea ritorno da' Tebani campi
Piangendo invano il suo gran vate assorto.
A l'union de' due maggior pianeti
Rosseggiò il cielo, e a quel divino incontro
Splendette accesa di più viva luce
D'ambo la chioma, e negli alterni amplessi
Ripercossi suonàr faretre ed archi.

Febo parlò primier: « So ben, germana,
Che all'arcade garzon, che troppo audace
Le tirie schiere e le feroci pugne
Tentare osò, brami recar salute:
La fida genitrice è che ten prega;
Deh così nol vietasse il Fato avverso!
Ecco che io stesso del fedel mio vate
Senza riparo (oh mia vergogna eterna!)
L'armi e le sacre bende al vuoto Inferno
Discender vidi, e lui l'avide luci
(Precipitando) in me tenere immote:
Nè il carro io gli ritenni, e non gli chiusi
La gran vorago. O veramente fiero,
E d'essere adorato indegno nume!
Non vedi, o suora, come stanno mesti
I nostri spechi, e taciturni i tempii?
Questo sol dono al mio fedele io rendo.
Cessa tu ancor da la tua vana aita,
Sorella, e non pigliar fatica indarno.
Immutabile è il Fato, e già al suo fine
Tende Partenopéo, nè sono oscuri
Gli oracoli fraterni, e non t' inganno. »

« Ma di gloria colmar quell' infelice,
(Rispose allor la vergine turbata)

Quaerere: nec fugiet poenas, quicumque nefandam
Insontis pueri scelerarit sanguine dextram
Impius: et nostris fas sit saevire sagittis. »
Sic effata movet gressus, libandaque fratri
Parcius ora tulit, Thebasque infesta petivit.
At pugna ereptis major crudescit utrimque
Regibus, alternosque ciet vindicta furores.
Hypseos hinc turmae, desolatumque magistro
Agmen, at hinc gravius fremit Hippomedontis adempti
Orba cohors: praebent obnixi pectora ferro:
Idem ardor rabidis externum haurire cruorem,
Ac fudisse suum: nec se vestigia mutant.
Stat cuneo defixa acies, hostique cruento
Dant animas, et terga negant: quum lapsa per auras
Vertice Dircaei velox Latonia montis
Astitit: agnoscunt colles, notamque tremiscit
Silva deam, saevis ubi quondam exerta sagittis
Fecundam lasso Nioben consumpserat arcu.
Illum acies inter medias, jam caede superbum,
Nescius armorum, et primas tunc passus habenas
Venator raptabat equus, quem discolor ambit
Tigris, et auratis adverberat unguibus armos.
Colla sedent, nodis et castigata jubarum
Libertas, nemorisque notae sub pectore primo
Jactantur, niveo lunata monilia dente.
Ipse bis Oebalio saturatam murice pallam,
Lucentesque auro tunicas (hoc neverat unum
Mater opus) tenui collectus in ilia vinclo,
Cornipedis laevo clypeum demiserat armo,
Ense gravis nimio: tereti juvat aurea morsu
Fibula pendentes circum latera aspera cinctus;
Vaginaeque sonum, tremulumque audire pharetrae
Murmur, et a cono missas in terga catenas,
Interdum cristas hilaris jactare comantes,
Et pictum gemmis galeae jubar. Ast ubi pugna
Cassis anhela calet, resoluto vertice nudus
Exoritur: tunc dulce comae, radiisque micantes
Dulce nitent visus, et, quas dolet ipse morari,

E dar alcun sollievo alla sua morte
Mi fia permesso. Le dovute pene
Non fuggirà il crudel, chè l'empia mano
Profanerà nell' innocente sangue.
Anche a' miei dardi incrudelire è dato. »
Parte, ciò detto, ed al fratel le gote
Più scarsa porge, e a Tebe irata vola.
Intanto più crudel ferve la pugna
Per li due regi estinti, e la vendetta
Maggior furor d'ambe le parti accende.
Piangono Ipséo i Tebani, e maggior duolo
A' Greci apporta Ippomedonte estinto:
Vengono a stretta pugna: un solo ardore
I cuori accende: uccidere, o morire,
E trar l'ostile, o dare il proprio sangue.
Non si arretran d'un passo, e corpo a corpo
S'azzuffano rabbiosi, ed a la fuga
Antepongon la morte. In su la cima
Del gran monte Dirceo fermossi allora
Cintia discesa per la via de' venti.
La sentirono i colli, e tremò il bosco
In riveder la conosciuta dea,
Che in mezzo a le sue piante, ignuda il petto,
Con saette crudeli a la feconda
Niobe spense la prole, e stancò l'arco.
Scorreva intanto per le schiere ostili
Partenopéo per poche stragi altero
Su cacciator destriero, a le battaglie
Non uso, e appena a' primi freni avvezzo,
Cui ricopriva il maculoso vello
Di tigre ircana, e colle zampe aurate
Flagellava le spalle: il collo in arco
Curvo e sottile, e la superba chioma
Ristretta in nodi, e gli pendean sul petto
Bianchi monili di ritorti denti
(Trofeo de' boschi) dell'uccise fiere.
Ei con nodo leggier succinto il fianco
Del manto d'ostro doppiamente tinto,
E della ricca d'ôr lucida veste,
(Unico della madre almo lavoro)
Pender lasciava dal sinistro arcione
Il forte scudo, e del suo grave brando
Con aurea fibbia alleggeriva il peso.
Che grato udir lo strepito, con cui
La vagina, il pendaglio e la faretra
Eco fanno al fragor delle catene,
Che, del collo a difesa, in su le spalle
Gli cadon da la cima dell'elmetto!
Baldanzoso scoteva egli talora
Le piume del cimier di gemme adorno.
Ma quando, stanco di pugnar, dal volto
Di sudor molle la celata scioglie,
E fa vedersi col bel capo ignudo,
Dolce allora il veder scherzar col vento
La bionda chioma, e di più viva luce
Sfolgoreggiare le pupille accese,

Nondum mutatae rosea lanugine malae.
Nec formae sibi laude placet, multumque severis
Asperat ora minis: sed frontis servat honorem
Ira decens: dat sponte locum Thebana juventus,
Natorum memores, intentaque tela retorquent:
Sed premit, et saevas miserantibus ingerit hastas.
Illum et Sidoniae juga per Theumesia nymphae
Bellantem, atque ipso sudore et pulvere gratum
Laudant, et tacito ducunt suspiria voto.

Talia cernenti mitis subit alta Dianae
Corda dolor, fletuque genas violata, « Quod, inquit,
Nunc tibi, quod leti quaeram dea fida propinqui
Effugium? haecne ultro properasti ad proelia, saeve
Ac miserande puer? cruda heu festinaque virtus
Suasit, et hortatrix animosi gloria leti.
Scilicet angustum jamdudum urgentibus annis
Maenalium tibi, parve, nemus, perque antra ferarum
Vix tutae sine matre viae, silvestria cujus
Nondum tela procax, arcumque implere valebas.
Et nunc illa meas ingentem plangit ad aras
Invidiam, surdasque fores, et limina lassat.
Tu dulces lituos, ululataque proelia gaudes,
Felix, et miserae tantum periture parenti. »

Ne tamen extremo frustra morientis honori
Adfuerit, venit in medios caligine fulva
Septa globos, primumque leves furata sagittas
Audacis tergo pueri, coelestibus implet
Coryton telis, quorum sine sanguine nullum
Effugit. Ambrosio tunc spargit membra liquore,
Spargit equum, ne quo temeretur vulnere corpus
Ante necem, cantusque sacros, et conscia miscet
Murmura, secretis quae Colchidas ipsa sub antris
Nocte docet, monstratque feras quaerentibus herbas.

Tunc vero exerto circumvolat igneus arcu,
Nec se mente regit, patriae, matrisque, suique
Immemor, et nimium coelestibus utitur armis.
Ut leo, cui parvo mater Gaetula cruentos

E le guance di rose, in cui non spunta
(Bench'ei sen dolga) il primo pelo ancora.
Egli di sua beltà sprezza le lodi,
E il volto inaspra; ma nel vago aspetto
Leggiadra è l'ira, e venustà gli accresce.
Cedongli volontarii, e altrove i dardi
In lui drizzati volgono i Tebani,
Rimembrando i lor figli; ed egli ingrato
Li tenta, e l'aste vibra, e ognor più fiero
Contro chi gli perdona incrudelisce.
Mentr'ei combatte, e più leggiadro appare
Tra la polve e il sudor, da' vicin colli
Lui vagheggiando le sidonie Ninfe
Lodanlo a prova, e co' sospiri interni
Van traendo del cor le occulte brame.
Mentre Cintia ciò vede, e in sen le serpe
Pietoso duolo, le virginee gote
Contamina di pianto, e così dice:
« E qual poss'io da la vicina morte
Tuo fido nume ritrovarti scampo?
Oh troppo audace e misero fanciullo!
Tu pur volesti della madre in onta
Gire a sì crude guerre? in te cotanto
Poteo virtù immatura, e ardente brama
Di glorioso e memorabil fine?
A te i Menali dunque ombrosi boschi
D'anni tenero ancor parvero angusti?
Tu, che senza la madre infra i covili
Delle fiere sicuro andavi appena,
Nè forza avevi a maneggiarne l'arco,
E le agresti saette; or che si lagna
La misera, e rinfaccia i sordi Numi,
E stanca i nostri tempii e i muti altari;
Tu godi altero infra le trombe e i gridi
Delle battaglie; e mentre te non curi,
Tu morrai solo a l'infelice madre. »
Ciò detto, cinta di purpurea nube
(Per non essere almen discesa indarno
Ad onorar del giovane la morte)
Ov'è lo stuol più folto ella si mesce;
Ma pria da la faretra i lievi dardi
Toglie al folle garzone, e la riempie
Di celesti infallibili saette.
Quindi il cavallo e 'l cavaliero asperge
D'ambrosia, e vuol che sino al punto estremo
A' colpi ostili, impenetrabil resti,
E i sacri carmi e i mormorii vi aggiunge
Ben noti a lei che ne' notturni tempi
Entro le grotte a le profane maghe
Gl'insegna, e addita lor l'erbe nocive.
Allor Partenopéo, tendendo l'arco,
Scorre per tutto, nè ragion l'affrena:
Già la patria, la madre e già sè stesso
Posto ha in obblío; ma più feroce e ardito
Usa soverchio de' celesti dardi.
Qual tenero leon, cui nella grotta

Suggerit ipsa cibos, quum primum crescere sensit
Colla jubis, torvusque novos respexit ad ungues,
Indignatur ali, tandemque effusus apertos
Liber amat campos, et nescit in antra reverti.
Quos, age, Parrhasio sternis, puer improbe, cornu?
Prima Tanagraeum turbavit arundo Coroebum
Extremo galeae, primoque in margine parmae
Angusta transmissa via: stat faucibus unda
Sanguinis, et sacri facies rubet igne veneni.
Saevius Eurytion, cui luminis orbe sinistri
Aspera tergeminis acies se condidit uncis.
Ille trahens oculo plenam labente sagittam
Ibat in auctorem: sed divûm fortia quid non
Tela queant? Alio geminatum lumine vulnus
Explevit tenebras: sequitur tamen improbus hostem
Qua meminit, fusum donec prolapsus in Idam
Decidit: hic saevi miser inter funera belli
Palpitat, et mortem, sociosque, hostesque precatur.
Addit Abantiadas, insignem crinibus Argum,
Et male dilectum miserae Cydona sorori.
Illi perfossum telo patefecerat inguen:
Huic geminum obliqua trajecit arundine tempus.
Exstitit hac ferrum, velox hac penna remansit;
Fluxit utrimque cruor. Nulli tela aspera mortis
Dant veniam: non forma Lamum, non infula Lygdum,
Non pubescentes texerunt Aeolon anni.
Figitur ora Lamus, flet saucius inguina Lygdus,
Perfossam telo niveam gemis, Aeole, frontem.
Te praeceps Euboea tulit, te candida Thisbe
Miserat, hunc virides non excipietis Amyclae.
Nunquam cassa manus, nullum sine vulnere fugit
Missile: nec requies dextrae, sonitumque priori
Jungit arundo sequens. Unum quis crederet arcum?
Aut unam saevire manum? modo dirigit ictus,
Nunc latere alterno dubius conamina mutat,
Nunc fugit instantes, et solo respicit arcu.
Et jam mirantes, indignantesque coibant
Labdacidae, primusque Jovis de sanguine claro
Amphion, ignarus adhuc, quae funera campis

La madre arreca il sanguinoso pasto,
Appena sente svolazzar la giubba
Su l'altera cervice, e torvo mira
Di novell'unghia il fiero piede armato,
Sdegna d'esser nudrito, e per li campi
Libero scorre, e gli antri angusti obblia.
Chi potrà raccontar, giovine ardito,
Color che da' tuoi strali ebbero morte?
Corebo Tanagréo cadde primiero,
Passando il dardo per angusta via
Tra l'orlo dello scudo e 'l fin dell'elmo;
Gli sgorga da la gola a rivi il sangue,
E il volto acceso ha del divin veleno.
Più crudelmente ad Etion trafigge
Tripartita saetta il manco ciglio:
Ei fuor la tragge insiem coll'occhio, e corre
Contro del feritore a far vendetta.
Ma che non pon l'armi celesti? un nuovo
Strale vola per l'aure, e l'altra luce
Colpisce, e tutto se gli oscura il giorno:
Egli pur segue furioso, dove
Il nemico rimembra, infin che d'Ida
Nel cadavere urtando, inciampa e cade.
Qui fra le stragi il misero si giace
Palpitando e fremendo, e a dargli morte
E i suoi Tebani e gl'inimici invoca.
D'Abante i figli a questi aggiunge; il biondo
Argo chiomato, e di lascivo amore
Il bel Cidon da la sorella amato.
Ferì del primo il ventre, e del secondo
Con colpo obbliquo penetrò le tempie.
Là passò il ferro, e qua restâr le penne,
E da due parti il caldo sangue uscío.
Chi da quei dardi può fuggir la morte?
Non Lamo la beltà, Ligdo le bende,
Nè l'età giovanile Eolo difese:
Nell'anguinaglia Ligdo, in volto Lamo,
Eolo è ferito nella bianca fronte.
Un la scoscesa Eubea, l'altro produsse
Tisbe nudrice di colombe; e il terzo
Voi più non rivedrete, o verdi Amicle.
Colpo in fallo non vibra, e senza piaga
Strale non parte, nè la man si stanca;
Ma il primo fischio d'un volante dardo
Segue il secondo. E chi mai creder puote
Che tanto faccia una sol destra, un arco?
O per lo dritto fere, ora inquieto
A destra ed a sinistra i colpi alterna.
Fugge talor, ma chi l'incalza mira
Solo coll'arco, e i dardi a tergo scocca:
E già maravigliando, e mossi a sdegno
S'univano i Tebani; ed Anfione,
Che il sangue tragge dal rettor de' Numi,
Cui fino allora erano state ignote
Le stragi, onde il garzon riempie i campi,
Primo a lui si fa incontro, e lo minaccia:

Ille daret: « Quonam usque moram lucrabere fati,
O multum meritos puer orbature parentes?
Quin etiam menti tumor atque audacia gliscit,
Congressus dum nemo tuos pugnamque minorem
Dignatur bellis, iramque relinqueris infra.
I, repete Arcadiam, mixtusque aequalibus illic,
Dum ferus hic vero desaevit pulvere Mavors,
Proelia lude domi: quod si te moesta sepulcri
Fama movet, dabimus; leto moriere virorum. »
Jamdudum hunc contra stimulis gravioribus ardet
Trux Atalantiades, nec dum ille quieverat, infit:
« Sera etiam in Thebas, quarum hic exercitus, arma
Profero: quisnam adeo puer, ut bellare recuset
Talibus? Arcadiae stirpem, et fera semina gentis,
Non Thebana vides: non me sub nocte silenti
Thyas Echionio genitrix famulata Lyaeo
Edidit: haud unquam deformes vertice mitras
Induimus, turpique manu jactavimus hastam.
Protinus astrictos didici reptare per amnes,
Horrendasque domos magnarum intrare ferarum:
Et quid plura loquar? ferrum mea semper et arcus
Mater habet, vestri feriunt cava tympana patres. »
Non tulit Amphion, vultumque et in ora loquentis
Telum immane rotat: sed ferri lumine diro
Turbatus sonipes, sese dominumque retorsit
In latus, atque avidam transmisit devius hastam.
Acrior hoc juvenem stricto mucrone petebat
Amphion; quum se medio Latonia campo
Injicit ante oculos: omni stetit obvia vultu.
Haerebat juveni devinctus amore pudico
Maenalius Dorceus, cui bella, suumque timorem
Mater, et audaces pueri mandaverat annos.
Hujus tum vultum dea dissimulata profatur:
« Hactenus Ogygias satis infestasse catervas,
Parthenopaee, satis: miserae jam parce parenti,
Parce deis, quicumque favent. » Nec territus ille,
« Hunc sine me (nec plura petam), fidissime Dorceu,
Sternere humi, qui tela meis gerit aemula telis,

« E fino a quando differir la morte
Speri, o fanciul, che dei lasciare in pianto
E di te privi i genitori afflitti?
Tanto l'ardire in te cresce e l'orgoglio,
Quanto fra tanti un sol guerrier non degna
Teco (perchè minor) provarsi in guerra,
E sei dell'ire nostre indegno oggetto.
Torna in Arcadia, e in fanciullesche guerre
Scherza co' tuoi compagni: in questa arena
Marte ferve davvero, e non da giuoco.
Che se pur brami di funesta fama
Ornare il tuo sepolcro e il cener freddo;
Ti fia concesso: morirai da forte. »
Da stimoli più gravi il sen trafitto
Già buona pezza d'Atalanta il figlio
Ardea di maggior ira, ed al Tebano,
Che non taceva ancor, fiero rispose:
« Troppo anche tardi a Tebe l'armi io porto
Contro sì vili schiere. E chi è cotanto
Fanciul che contro voi pugnar non possa?
Non i Tebani tuoi, ma in noi tu vedi
La gran stirpe d'Arcadia, e il fiero seme
Di valorosa infatigabil gente.
Nè i taciti silenzii della notte
Me già non partorì ministra a Bacco
Madre profana: di lascive mitre
Noi non orniamo il crin, nè con infame
Destra vibriamo i pampinosi tirsi.
Io pe' fiumi gelati a gir carpone
Fanciullo appresi, e delle immani belve
Osai entrar negli orridi covili.
Che più? la madre mia di ferro e d'arco
Va sempre armata. I genitor fra voi
Solo sanno suonar timpani e bossi. »
Più non soffrì Anfion, ma grave dardo
Vibrogli al viso: al balenar del ferro
Spaventato il destrier lanciossi in fianco,
E sè da morte e il suo signor sottrasse,
E cadde a vuoto il sitibondo colpo.
Quindi Anfion vie più sdegnoso il ferro
Ignudo stringe, ed al garzon si avventa;
Ma Cintia allor svelatamente in campo
Si fe' vedere, e al suo furor s'oppose.
Tra i seguaci dell'Arcade garzone
Stava Dorcéo Menalio, e n'era amante,
Ma di pudico amore, a cui la madre
Le guerre, i suoi timori e gli anni audaci
Dati avea in cura dell'amato figlio.
Sotto sembianza di costui la dea
Così parlò: « Partenopéo, ti basti
Turbate aver sin qui le tirie schiere;
Assai per te si è fatto: a la dolente
Madre perdona, e a' tutelari Numi. »
Non piegossi il garzone, e a lei rispose:
« Lascia fido Dorcéo (nè più ti chieggio)
Deh lascia almen che costui solo abbatta,

Et similes cultus, et frena sonantia jactat.
Frena regam: cultus Triviae pendebitis alto
Limine, captivis matrem donabo pharetris. »
Audiit, et mixto risit Latonia fletu.
Viderat hanc coeli jamdudum in parte remota
Gradivum complexa Venus, dumque anxia Thebas
Commemorat, Cadmumque viro, caraeque nepotes
Harmoniae, pressum tacito sub corde dolorem
Tempestiva movet. « Nonne hanc, Gradive, protervam
Virginitate vides mediam se ferre virorum
Coetibus? utque acies audax, et Martia signa
Temperet? en etiam donat, praebetque necandos
Tot nostra de gente viros: huic tradita virtus,
Huic furor? agrestes superest tibi figere damas. »
Desiluit justis commotus in arma querelis
Bellipotens, cui sola vagum per inane ruenti
Ira comes, reliqui sudant ad bella Furores.
Nec mora, quum moestam monitu Latoida duro
Increpat assistens: « Non haec tibi proelia divûm
Dat pater: armiferum ni protinus improba campum
Deseris, huic aequam nosces nec Pallada dextrae. »
Quid faciat contra? Premit hinc Mavortia cuspis;
Hinc plenae tibi, parve, colus; Jovis inde severi
Vultus: abit solo post haec devicta pudore.
At pater Ogygias Mavors circumspicit alas,
Horrendumque Dryanta movet, cui sanguinis auctor
Turbidus Orion, comitesque odisse Dianae.
Inde furit primum: hic turbatos arripit ense
Arcadas, exarmatque ducem: cadit agmine longo
Cyllenes populus, Tegeesque habitator opacae,
Aepitiique duces fugiunt, Pheneique phalanges.
Ipsum autem et lassa fidit prosternere dextra,
Nec servat vires: etenim huc jam fessus, et illuc,
Mutabat turmas: urgent praesagia mille
Funeris, et nigrae praecedunt nubila mortis.

Ch' emula co' suoi dardi i dardi miei,
Che come me s' adorna, e sul destriero
Alto s' asside, e scote il fren sonante.
Mie fien le briglie, e l' acquistate spoglie
Saranno appese di Diana al tempio,
E la faretra donerò a la madre. »
Malgrado del suo duol Cintia sorrise
Al semplice parlar del giovanetto:
La vide Citerea, che allor del cielo
In parte più remota e più segreta
Tenea fra le sue braccia il dio guerriero
E rammentava al suo feroce amante
I nipoti d' Armónia, e Cadmo e Tebe.
Prende scaltra il suo tempo, ed opportuna
L' interno duol, che dentro il cor si cela,
In cotai detti fra gli amplessi esprime:
« Vedi, Marte, costei fatta orgogliosa
Per sua virginità, che ne' tuoi campi
Tra i guerrieri si mesce; osserva come
E le schiere e le insegne ordina e regge.
Nè contenta di ciò, di nostra gente
Ve' quanti manda innanzi tempo a morte.
A costei la virtù dunque è concessa?
Di costei è il furor? a te sol resta
Ferir co' dardi le silvestri damme. »
Da sì giusti lamenti il fiero nume
Mosso a l' armi sen corre, e mentr' ei scende
Per lo vano del cielo ha sola al fianco
L' ira: gli altri Furor sudano in guerra.
Appena giunto minaccioso sgrida
La sconsolata dea: « Non a te Giove
Diede le guerre, temeraria; e tosto,
Se tu non parti dal sanguigno campo,
Vedrai che a questo braccio e a questa destra
Bellona stessa non può dirsi eguale.
Or che farà? Quinci di Marte il brando,
Quindi già colmo del fanciul lo stame
La preme, e il volto del Tonante irato.
Cede essa al fin da la vergogna vinta
E Marte allora infra le schiere sceglie
L' orribile Driante a la vendetta.
Dal torbido Orion nacque costui,
E del gran genitor l' innato sdegno
Contro i seguaci di Diana serba:
Questo è del suo furor prima cagione:
Quinci gli Arcadi turba, e i loro duci
Dell' armi spoglia: cade a lunghe file
Il popol di Cilene, e dell' opaca
Tegéa gli abitatori; e i capitani
Fuggon d' Epiro, e le Fenée falangi.
Spera Partenopéo mandare a morte
Anche costui, e pur la destra ha stanca,
Nè più le forze intere; e benchè lasso,
Or questa turma, ora quell' altra infesta.
Mille presagii del vicino fato,
E una tetra caligine di morte

Jamque miser raros comites, verumque videbat
Dorcea, jam vires paulatim abscedere sentit,
Sentit et exhaustas humero leviore pharetras.
Jam minus atque minus fert arma, puerque videtur
Et sibi, quum torva clypei metuendus obarsit
Luce Dryas: tremor ora repens ac viscera torsit
Arcados: utque feri vectorem fulminis albus
Quum supra respexit olor, cupit hiscere ripam
Strymonos, et trepidas in pectora contrahit alas;
Sic juvenem saevi conspecta mole Dryantis,
Jam non ira subit, sed leti nuntius horror.
Arma tamen, frustra Superos Triviamque precatus,
Molitur pallens, et surdos expedit arcus.
Jamque instat telis, et utramque obliquus in ulnam
Cornua contingit mucrone, et pectora nervo:
Quum ducis Aonii magno cita turbine cuspis
Fertur in adversum, nervique obliqua sonori
Vincla secat; pereunt ictus, manibusque remissis
Vana supinato ceciderunt spicula cornu.
Tunc miser et frenos turbatus, et arma remisit,
Vulneris impatiens, humeri qua tegmina dextri
Intrarat, facilemque cutem subit altera cuspis,
Cornipedisque fugam succiso poplite sistit.
Tunc cadit ipse Dryas (mirum) nec vulneris usquam
Conscius, olim auctor teli, caussaeque patebant.
At puer infusus sociis, in devia campi
Tollitur (heu simplex aetas!), moriensque jacentem
Flebat equum: cecidit laxata casside vultus,
Aegraque per trepidos exspirat gratia visus,
Et prensis concussa comis, ter colla, quaterque
Stare negant, ipsisque nefas lacrymabile Thebis,
Ibat purpureus niveo de pectore sanguis.
Tandem haec singultu verba incidente profatur:
« Labimur: i, miseram, Dorceu, solare parentem.
Illa quidem, si vera ferunt praesagia curae,
Aut somno jam triste nefas, aut omine vidit.

Gli si presenta. Già più raro e scemo
Scorge suo stuolo, e il vero Dórceo vede.
Sente che poco a poco il vigor manca,
E la faretra omai di dardi ha vuota;
Può l'armi appena sostenere, e tardi
Si conosce fanciul: ma quando a lui
L'orribile Driante appresentossi
Col risplendente scudo, un tremor freddo
Pel volto e per le viscere gli scorse.
Qual bianco cigno che venir si vede
Sovra del capo il grande augel che a Giove
Le folgori ministra; entro le sponde
Vorria celarsi di Strimon sotterra,
Ed i timidi vanni al petto stringe;
Tal di Driante in rimirar la mole
L'Arcade d'ira non s'accende, e sente
Un insolito orror nunzio di morte.
Pur l'armi appresta pallido, ed invano
I Numi e Cintia invoca, e l'arco tende
Sordo e impotente, e la saetta appresta:
Tira indietro la destra, e la sinistra
Innanzi spinge, e le due corna unisce,
E colla corda a sè già tocca il petto.
Ma più veloce del Tebano il dardo
Vola contro il nemico, e del sonoro
Nervo recide l'incurvato nodo,
E rende vano il colpo; e indebolite
Le mani, e l'arco rilassato, a terra
Cadono inutilmente le saette.
Lascia quell'infelice e il freno e l'armi,
Impaziente dell'acerba piaga,
Che nell'omero destro lo trafisse.
Ed ecco nuovo stral giunge e trapassa
La delicata pelle, e le ginocchia
Tronca al destriero, ed il fuggir gli toglie.
Ma nello stesso tempo (oh maraviglia!)
Cade Driante, e l'uccisore è ignoto;
Ma son note le cause e gli odii antichi.
Riportan mesti il lor signor ferito
Fra le braccia i compagni, ed ei si duole
(Oh semplicetta età!) più del destriero,
Che di sè stesso: sciolto l'elmo cade,
Qual fior reciso, dal leggiadro volto,
E ne' languidi lumi e moribondi
Spira la venustade, e manca il riso.
Tre volte e quattro sollevargli il capo
Tentàr gli amici, ed altrettante il collo
Ricusò sostenerlo. Il bianco petto
Sgorga purpureo sangue, anche a' Tebani
Lagrimevol spettacolo e funesto.
Tai voci infine da l'esangui labbra
Mandò interrotte da' singulti estremi.
« Noi già manchiam: vanne, Dorcéo, e l'afflitta
Madre consola. Certo io so (se il vero
Predicono le cure) essa nel sonno
Già la mia morte, o fra gli augurii intese.

Tu tamen arte pia trepidam suspende, diuque
Decipito: neu tu subitus, neve arma tenenti
Veneris, et tandem quum jam cogere fateri,
Dic: — Merui, genitrix, poenas, invita capessens
Arma puer rapui, nec te retinente quievi:
Nec tibi sollicitae saltem inter bella peperci.
Vive igitur, potiusque animis irascere nostris:
Et jam pone metus: frustra de colle Lycaei
Anxia prospectas, si quis per nubila longe
Aut sonus, aut nostro sublatus ab agmine pulvis.
Frigidus in nuda jaceo tellure, nec usquam
Tu prope, quae vultus, efflantiaque ora teneres.
Hunc tamen, orba parens, crinem (dextraque secandum
Praebuit), hunc toto capies pro corpore crinem,
Comere quem frustra me dedignante solebas.
Huic dabis exsequias: atque inter justa memento,
Ne quis inexpertis hebetet mea tela lacertis,
Dilectosque canes ullis agat amplius antris.
Haec autem primis arma infelicia castris
Ure, vel ingratae munus suspende Dianae. »

Ma vanne cauto, e con pietoso inganno
La tien sospesa, nè affrettarti, e tosto
Non darle il tristo annunzio; e quando parli,
Guarda che l' armi essa non tenga in mano.
Ma quando al fine vi sarai costretto,
Così parla in mio nome a l' infelice:
Madre, del mio fallir pago le pene,
Chè rapii l' armi ancor fanciullo, e sordo
A' tuoi consigli fui, nè mi ritenni;
Nè a mia salute ebbi per te riguardo,
Nè perdonai al tuo dolor. Tu vivi,
Vivi, e piuttosto il nostro ardire a sdegno
Muovati, che a pietade, e omai deponi
Il superfluo timore. Invan da i colli
Di Liceo miri, se da lungi scorga
Il mio drappello alzar la polve, o il suono
Se senti almen delle guerriere trombe.
Io giaccio freddo al terren nudo in braccio;
Nè tu chiudermi i lumi, e almen gli estremi
Spirti raccor colle tue labbra puoi.
Pur questo crine, (ed a tagliar l' offerse)
Questo mio crine, che tu ornar solevi
Contro mia voglia, o genitrice, avrai
Del corpo invece. A questo dona il rogo.
Ma nell' esequie mie deh ti ricorda
Che con mano inesperta altri non osi
Spuntar le mie saette, ed i diletti
Miei cani alcun più non adopri in caccia.
Quest' armi infauste nella prima guerra
Abbian le fiamme, o, se ti piace, in dono
Dell' ingrata Diana appendi al tempio. »

PUBLII PAPINII STATII

THEBAIDOS

LIBER DECIMUS

Obruit Hesperia Phoebum nox humida porta,
Imperiis properata Jovis: nec castra Pelasgûm
Aut Tyrias miseratus opes, sed triste, tot extra
Agmina et immeritas ferro decrescere gentes.
Panditur immenso deformis sanguine campus.
Illic arma, et equos, ibant quibus ante superbi,
Funeraque orba rogis, neglectaque membra relinquunt.
Tunc inhonora cohors laceris insignibus aegras
Secernunt acies, portaeque, ineuntibus arma
Angustae populis, late cepere reversos.
Par utrimque dolor: sed dant solatia Thebis
Quatuor errantes Danaum sine praeside turmae;
Ceu mare per tumidum viduae moderantibus alni,
Quas deus, et casus, tempestatesque gubernant.
Inde animus Tyriis, non jam sua castra, sed ultro
Hostilem servare fugam, ne forte Mycenas
Contenti rediisse petant: dat tessera signum
Excubiis, positaeque vices: dux noctis opertae
Sorte Meges, ultroque Lycus: jamque ordine jusso
Arma, dapes, ignemque ferunt: rex firmat euntes:
« Victores Danaum (nec enim lux crastina longe,
Nec quae pro timidis intercessere tenebrae
Semper erunt), augete animos, et digna secundis
Pectora ferte deis: jacet omnis gloria Lernae,

Sorse l'umida notte, e il sole ascose
Innanzi tempo nell'Esperie porte
Per comando di Giove. Ei già non sente
Delle tebane o delle argive schiere
Pietà; ma ben gli duol di tante genti
Senza colpa e straniere il grave scempio.
Per molto sangue apparve allor del campo
Orribil la sembianza, e l'armi sparse
Giaceano e i buon destrier, su cui superbi
Andâr poc'anzi, e senza rogo e tomba
Abbandonati i corpi, e i membri incisi.
Colle lacere insegne e senza pompa
Si dividon le schiere, e son le porte,
Che fur strette a l'uscir, larghe al ritorno.
D'ambe le parti è lutto, e pure in Tebe
Senton conforto in rimirar fra i Greci
Gir quattro squadre erranti e senza duci,
Di navi in guisa in burrascoso mare
Prive de' lor nocchieri, e abbandonate
A' Numi, a la fortuna, a le tempeste.
Quindi di non tornar entro le mura
Prendon consiglio, ed osservar che i Greci,
Contenti solo di salvar le vite,
Non fuggano notturni entro Micene.
Si dà il nome pel campo, e son le scolte
Per ordine disposte, ed a vicenda.
Fu tratto a sorte in quella oscura notte
Per capitan Megete, e a lui s'aggiunse
Spontaneo Lico: al comandar de' duci
Tosto s'apprestan l'armi e i cibi e i fuochi;
E il re, mentr'essi van, vie più gl'infiamma:
« Vincitori de' Greci, (il nuovo giorno
Non è lontano, e non saranno eterne
Queste che li salvâr cieche tenébre)
Accrescete l'ardire, e i forti petti
Mostrate eguali al gran favor de' Numi.

Praecipuaeque manus: subiit ultricia Tydeus
Tartara: mors subitam nigri stupet auguris umbram:
Ismenos raptis tumet Hippomedontis opimis:
Arcada belligeris pudet annumerare tropaeis.
In manibus merces: nusquam capita ardua belli,
Monstrataeque ducum septena per agmina cristae.
Scilicet Adrasti senium, fraterque juventa
Pejor, et insanis Capaneus metuendus in armis?
Ite age, et obsessis vigiles circumdate flammas.
Nulli ex hoste metus: praedam asservatis, opesque
Jam vestras. » Sic ille truces hortatibus implet
Labdacidas: juvat exhaustos iterare labores.
Sicut erat pulvis, sudorque, cruorque per artus
Mixtus adhuc, vertere gradum: vix obvia passi
Colloquia, amplexus etiam, dextrasque suorum
Excussere humeris: tunc frontem, aversaque terga
Partiti, laterumque sinus, vallum undique cingunt
Ignibus infestis: rabidi sic agmine multo
Sub noctem coiere lupi, quos omnibus agris
Nil non ausa fames longo tenuavit hiatu.
Jam stabula ipsa premunt: torquet spes irrita fauces,
Balatusque tremens, pinguesque ab ovilibus aurae.
Quod superest, duris affrangunt postibus ungues,
Pectoraque, et siccos minuunt in limine dentes.
At procul Argolici supplex in margine templi
Coetus, et ad patrias fusae Pelopeides aras
Sceptriferae Junonis opem, reditumque suorum
Exposcunt, pictasque fores, et frigida vultu
Saxa terunt, parvosque docent procumbere natos.
Condiderant jam vota diem: nox addita curas
Jungit, et aggestis vigilant altaria flammis.
Peplum etiam dono, cujus mirabile textum
Nulla manus sterilis, nec dissociata marito
Versarat, calathis castae velamina divae
Haud spernenda ferunt, variis ubi plurima floret
Purpura picta modis, mixtoque inceditur auro.
Ipsa illic magni thalamo desponsa Tonantis,
Expers connubii, et timide positura sororem,

Già la gloria di Lerna è in tutto spenta,
E caddero i migliori: entro l'Inferno
Della sua immanità porta le pene
Il barbaro Tidéo: del greco vate
L'ombra improvvisa fe' stupir la morte:
Gonfio è l'Ismeno delle spoglie opime
D' Ippomedonte, e l'Arcade garzone
Degno non è che fra i trofei si conti.
Stan nelle destre i premii: il campo ostile
Più non apparirà fiero e temuto
Per sette aurei cimieri e sette duci.
Forse d'Adrasto la cadente etade
Può ritenerci, o il mio fratel peggiore
Nella sua giovanezza, o pur l'insano
Sconsigliato furor di Capaneo?
Che più dunque si tarda? Ite, cingete
Di vigilie e di fuochi i vinti Argivi:
Nullo di essi timor: voi custodite
Le vostre prede e le ricchezze vostre.
Con tali detti i cuor feroci accende,
E le fatiche a rinnovar gli spinge.
Di polve aspersi, di sudor, di sangue
Molli e deformi ancor, tornano indietro.
Degli amici gl'incontri e le parole
Soffrono appena, e le consorti e i figli
Respingono da i baci e da gli amplessi.
Divisi in turme, d'inimici fuochi
Cingon per ogni parte il Greco vallo,
A fronte, a tergo, a l'uno e a l'altro fianco.
Così rabbiosi ed affannati lupi,
Che invan le prede ricercâr ne' boschi,
Dal digiun spinti a le rinchiuse stalle
Vengon fra l'ombre in isquadron ristretti.
Il belar degli agnelli, e il pingue odore
Che fuori n'esce, le narici pasce
Di vana speme; e poi ch' altro non ponno,
Provan contro le porte e l'unghie e il dente.
Ma d'altra parte delle donne d'Argo
La supplichevol turba a i patrii altari
Prostrata implora da Giunone aita,
Ed il ritorno de' consorti amati.
Tergon le pinte soglie e i freddi marmi
Col crin disciolto, ed adorare i Numi
Insegnano a' lor figli. Il dì si spense,
Ma non cessaro i voti, e nella notte
Vegliâr nel tempio e rinnovaro i fuochi.
A la pudica Diva offriro in dono,
Degno di lei, regio purpureo manto,
Di cui mano infeconda, o dal marito
Donna disgiunta non tessè il lavoro:
In varie guise ricamato e pinto
L'ostro risplende, e folgoreggia l'oro.
Ivi ella stessa non sposata ancora,
Ma promessa al Tonante, ed inesperta
Di talami e di nozze, e che ben tosto
Sta per deporre di sorella il nome,

Lumine demisso pueri Jovis oscula libat
Simplex, et nondum furtis offensa mariti.
Hoc tunc Argolicae sanctum velamine matres
Induerant ebur, et lacrymis questuque rogabant:
« Aspice sacrilegas Cadmeae pellicis arces,
Siderei regina poli, tumulumque rebellem
Disjice, et in Thebas aliud (potes) excute fulmen. »
Quid faciat? scit fata suis contraria Graiis,
Aversumque Jovem: sed nec periisse precatus
Tantaque dona velit: tempus tamen obvia magni
Fors dedit auxilii: videt alto ex aethere clausa
Moenia, et insomni vallum statione teneri.
Horruit irarum stimulis, motaque verendum
Turbavit diadema coma: non saevius arsit,
Herculeae quum matris onus, geminosque Tonantis
Concubitus vacuis indignaretur in astris.
Ergo intempesta somni dulcedine captos
Destinat Aonios leto praebere: suamque
Orbibus accingi solitis jubet Irin, et omne
Mandat opus: paret jussis dea clara, polumque
Linquit, et in terras longo suspenditur arcu.
Stat super occiduae nebulosa cubilia noctis,
Aethiopasque alios, nulli penetrabilis astro,
Lucus iners, subterque cavis grave rupibus antrum
It vacuum in montem, qua desidis atria Somni,
Securumque larem segnis Natura locavit.
Limen opaca Quies, et pigra Oblivia servant,
Et nunquam vigili torpens Ignavia vultu.
Otia vestibulo, pressisque Silentia pennis
Muta sedent, abiguntque truces a culmine ventos,
Et ramos errare vetant, et murmura demunt
Alitibus: non hic pelagi, licet omnia clament
Litora, non illic coeli fragor: ipse profundis
Vallibus effugiens speluncae proximus amnis
Saxa inter scopulosque tacet: nigrantia circum
Armenta, omne solo recubat pecus, et nova marcent
Germina, terrarumque inclinat spiritus herbas.
Mille intus simulacra dei caelaverat ardens
Mulciber: hic haeret lateri redimita Voluptas,

Cogli occhi bassi semplicetta e schiva
Liba di Giove pargoletto i baci,
Da' suoi furtivi amor non anche affesa.
Di cotal veste il simulacro santo
Ornâr le donne, e fra i singulti e i pianti
Dal profondo del cor così pregaro:
« Mira, del ciel regina, i tetti, e mira
Della tebana meretrice il nido.
Struggi l'infame tomba, e contro Tebe
Scaglia (che ben lo puoi) fulmin novello. »
Or che farà? sa ben che a' Greci suoi
Sono i fati contrarii e Giove irato,
Nè vorrebbe però mostrarsi ingrata
A tante preci, a così ricchi doni.
Ma il tempo a lei l'occasione appresta
Di memorabil fatto: essa da l'alto
Vede le chiuse mura, e il vallo Argivo
Di vigilie e di fuochi intorno cinto.
Punta da sdegno, inorridì il sembiante,
E scosse il crine e il venerabil serto.
Non di tant'ira ardè, quando d' Alcide
Alcmena vide avere il sen fecondo;
Nè quando, suo mal grado, i due gemelli
Innalzò Giove a popolar le stelle.
Dunque risolve di mandare a morte
Da intempestivo sonno i Tirii oppressi.
Iride chiama, e degli usati raggi
Fa che si cinga, e quanto occor le impone.
Ubbidì a' cenni la leggiadra dea,
E giù dal cielo si strisciò per l'arco.
Colà dove la notte alberga e giace
Fra caligini eterne, ove han soggiorno
Gli orientali Etíopi, s'innalza
Un pigro e a gli astri impenetrabil bosco.
Sotto fra cave rupi un antro s'apre
Nel vuoto monte. A l'ozioso Sonno
Ivi la reggia ed il sicuro albergo
Diè la stanca natura: in su le soglie
Stan la Quiete opaca e il lento Obblío,
E la languida Ignavia, e non mai desta:
Gli Ozii e i Silenzii senza batter penne
Siedon muti nell'atrio, e lungi scacciano
I rumurosi venti, e foglia in ramo
Non lascian che si scota, o che augel canti.
Ivi del mar, benchè per tutti i lidi
Romoreggi dintorno, ivi del cielo
Non si sente il fragor: lo stesso fiume,
Che va scorrendo le vicine valli,
Vicino all'antro infra gli scogli e i sassi
Il mormorio sospende: e i neri armenti
A terra stesi, ed ogni gregge giace:
Languiscono dintorno i nuovi fiori,
Ed un terreo vapor l'erbette aggrava.
Egli riposa sopra molli coltri,
Scarco di cure nel muscoso speco
Di sonnacchiosi fior tutto coperto:

Hic comes in requiem vergens Labor: est ubi Baccho,
Est ubi Martigenae socium pulvinar Amori
Obtinet: interius tectum in penetralibus altis
Et cum Morte jacet: nullique ea tristis imago.
Ipse autem, vacuus curis, humentia subter
Antra soporifero stipatus flore, tapetas
Incubat: exhalant vestes, et corpore pigro
Strata calent, supraque torum niger efflat anhelo
Ore vapor: manus haec fusos a tempore laevo
Sustentat crines; haec cornu oblita remisit.
Adsunt innumero circum vaga Somnia vultu,
Vera simul falsis, permixtaque tristia blandis,
Noctis opaca cohors, trabibusque, aut postibus haerent,
Aut tellure jacent: tenuis, qui circuit aulam,
Invalidusque nitor, primosque hortantia somnos
Languida succiduis exspirant lumina flammis.
Huc se caeruleo libravit ab aethere virgo
Discolor: effulgent silvae, tenebrosaque Tempe
Arrisere deae, et zonis lucentibus icta
Evigilat domus: ipse autem nec lampade clara,
Nec sonitu, nec voce deae perculsus, eodem
More jacet: donec radios Thaumantias omnes
Impulit, inque oculos penitus descendit inertes.
Tunc sic orsa loqui nimborum fulva creatrix:
« Sidonios te Juno duces, mitissime divûm
Somne, jubet populumque trucis defigere Cadmi,
Qui nunc eventu belli tumefactus, Achaeum
Pervigil asservat vallum, et tua jussa recusat.
Da precibus tantis (rara est hoc posse facultas),
Placatumque Jovem dextra Junone merere. »
Dixit, et increpitans languentia pectora dextra,
Ne pereant voces, iterumque, iterumque monebat.
Ille deae jussis dubium mixtumque sopori
Annuit: excedit gravior nigrantibus antris
Iris, et obtusum multo jubar excitat imbri.
Ipse quoque et volucrem gressum, et ventosa citavit
Tempora, et obscuri sinuatam frigore coeli
Implevit chlamydem, tacitoque per aethera cursu
Fertur, et Aoniis longe gravis imminet arvis.
Illius aura solo volucres, pecudesque, ferasque
Explicat, et penitus quacumque supervolat orbem,

Gli trasudan le vesti, e il corpo pigro
Scalda le piume; un vapor nero esala
Da l'anelante bocca; il crin sostenta,
Da la sinistra tempia in giù cadente,
Con una mano; abbandonato il corno
Cade da l'altra; mista a' falsi i veri,
A' tristi i lieti stangli intorno i sogni
Di varie innumerabili sembianze,
Tenebroso corteggio della notte:
Sono a guisa di pecchie a' travi affissi,
O su le porte, o stanno al suol distesi.
Pallida incerta luce intorno a l'antro
Moribonda s'aggira, e moribonde
Son le lucerne, che al primiero sonno
Con tremolante luce invitan gli occhi.
Da le cerulee sfere in questa grotta
Scese la vaga dea fregiata e pinta
Di ben mille colori: al suo passaggio
Si rischiarano i boschi e si rallegra
L'ombrosa Tempe: il sonnacchioso albergo
Da' rai percosso de' lucenti globi
Dal sopor si risveglia e si riscuote.
Non però si risente il pigro Sonno
A la luce, al rumore ed a la voce;
Ma nello stesso modo e russa e giace:
Finchè con tutti i rai nelle pupille
Oppresse e gravi lo ferì la dea:
Indi in tal guisa a favellar gli prese:
« O Sonno, o placidissimo fra i Numi,
La de' nembi regina e produttrice
Giunone a te mi manda, e vuol che gli occhi
Delli Sidonii duci e della fiera
Gente di Cadmo in gran letargo opprima;
Dell'empia gente che, superba e gonfia
Dell'esterno trionfo, il vallo Argivo
Osserva e cinge, e le tue leggi infrange;
Non ricusar di tanta Diva i preghi:
Rari son questi onori, e ben tu puoi
Per lei sperar renderti amico Giove. »
Così dice, e lo sgrida; e perch'ei senta,
Tre volte e quattro gli percote il petto.
Egli a' comandi, sonnachioso e ottuso,
Solo col capo d'ubbidir fa cenno.
Iride allor da quell'oscura grotta
Esce aggravata da' vapori, e i rai
Umidi e quasi spenti accende al giorno.
Il sonno intanto accelerando i passi,
E delle tempie dibattendo i vanni,
Fatto del manto un seno, entro v'accoglie
Le fredde nebbie dell'ombroso cielo:
Poi taciturno va per l'aria a volo,
E già tutto sovrasta ai tirii campi.
Al grave respirare, al pigro fiato
Cadono al suol distesi augelli e fere,
E greggi e armenti; e ovunque ei gira il volo,
Languido nel suo fondo si ritira

Languida de scopulis sidunt freta, pigrius haerent
Nubila, demittunt extrema cacumina silvae,
Pluraque laxato ceciderunt sidera coelo.
Primus adesse deum subita caligine sensit
Campus, et innumerae voces, fremitusque virorum
Submisere sonum: quum vero humentibus alis
Incubuit, piceaque haud unquam densior umbra
Castra subit, errare oculi, resolutaque colla,
Et medio affatu verba imperfecta relinqui.
Mox et fulgentes clypeos, et saeva remittunt
Pila manu, lassique cadunt in pectora vultus.
Et jam cuncta silent: ipsi jam stare recusant
Cornipedes: ipsos subitus cinis abstulit ignes.
At non et trepidis eadem Sopor otia Graiis
Suadet, et a junctis arcet sua nubila castris
Noctivagi vis blanda dei: stant undique in armis
Foedam indignantes noctem, vigilesque superbos.
Ecce repens, Superis animum lymphantibus, horror
Thiodamanta subit, formidandoque tumultu
Pandere fata jubet: sive hanc Saturnia mentem,
Sive novum comitem bonus instigabat Apollo.
Prosilit in medios, visu audituque tremendus,
Impatiensque dei, fragili quem mente receptum
Non capit: exundant stimuli, nudusque per ora
Stat furor, et trepidas incerto sanguine reddit,
Exhauritque genas: acies huc errat, et illuc,
Sertaque mixta comis sparsa cervice flagellat.
Sic Phryga terrificis genitrix Idaea cruentum
Elicit ex adytis, consumptaque brachia ferro
Scire vetat: quatit ille sacras in pectora pinus,
Sanguineosque rotat crines, et vulnera cursu
Exanimat: pavet omnis ager, respersaque cultris
Arbor, et attoniti currum crexere leones.
Ventum ad concilii penetrale, domumque verendam
Signorum, magnis ubi dudum cladibus aeger,
Rerum extrema movens, frustra consultat Adrastus.

Il mar da' scogli, ed ha co' venti pace:
Van più lente le nubi, e le alte cime
Piegan le selve; e fur veduti a terra
Cader molti astri dal sopito cielo.
A l' improvviso orror si accorse il campo
Dell' arrivo del nume, e i gridi e i fremiti
Del vulgo militare a poco a poco
Andar cessando, e si abbassar le voci,
Ma poi che tutto si posò su loro
Coll' umid' ale, e che distese l' ombre
Non mai più dense nelle aonie tende,
Si aggravar gli occhi e s' inchinaro i colli,
E restar tronche le parole a mezzo;
Indi gli scudi rilucenti e i pili
Cadder di mano, e sovra il petto i capi:
E già tutto è silenzio, e il campo tace:
Più non veggonsi in piedi i buon destrieri,
E un cenere improvviso i fuochi estingue.
Ma sovra i mesti e timorosi Greci
Tanta quiete non diffuse il Sonno;
E la forza piacevole del nume,
Per la notte vagante, i nembi oscuri
Allontanò da' padiglioni afflitti.
Stan d' ogni parte in arme, ed hanno sdegno
L' indegna notte e i vincitor superbi.
Quando Tiodamante, il petto invaso,
E da' Numi agitato, ecco repente
S' accende d' un furor che il preme e sforza
Con orribile strepito e tremendo
A rivelare i fati; o in lui Giunone
Tai sensi infonda, o al vate suo novello
Benigni i detti ispiri, e arrida Apollo.
Terribil nella voce e nell' aspetto
Se ne va in mezzo al campo impaziente
Del nume che l' invade e che 'l riempie,
Di cui non è capace il petto angusto.
Stimolato dal dio suda ed anela,
E l' interno furor nel volto appare:
Talora impallidisce, e talor tinge
D' incerto sangue le tremanti gote;
Travolge gli occhi, e l' agitato crine
Misto a le bende gli flagella il capo.
Tal da gli aditi orribili e tremendi
Cibele tragge il sanguinoso Frige,
E delle braccia lacerate e incise
Le ferite nasconde: egli col pino
Percote il petto, e la sanguigna chioma
Agita e scote, e delle piaghe il duolo
Disacerba col corso: i prati intorno
N' hanno terrore, e il pino stesso asperso
Di sangue, ed i leon traggono il carro
Con maggior fretta attoniti e confusi.
Giunge egli intanto al venerando ostello,
Ove stanno le insegne, e del concilio
Nella sala più interna, ove dolente
Per tante stragi, ed i perigli estremi

Stant circum subiti proceres, ut quisque perempto
Proximus, et magnis loca desolata tuentur
Regibus, haud laeti, seque huc crevisse dolentes.
Non secus amisso medium quum praeside puppis
Fregit iter, subit ad vidui moderamina clavi
Aut laterum custos, aut quem penes obvia ponto
Prora fuit: stupet ipsa ratis, tardeque sequuntur
Arma, nec accedit domino tutela minori.
Ergo alacer trepidos sic erigit augur Achivos:
«Magna deûm mandata, duces, monitusque verendos
Advehimus: non hac nostro de pectore voces.
Ille canit, cui me famulari, et sumere vittas
Vestra fides, ipso non discordante, subegit.
Nox fecunda operum, pulchraeque accommoda fraudi
Panditur augurio divûm: vocat obvia virtus,
Et poscit Fortuna manus: stupet obruta somno
Aonidum legio: tempus nunc funera regum
Ulcisci, miserumque diem: rapite arma, morasque
Frangite portarum: sociis hoc subdere flammas,
Hoc tumulare suos: equidem hoc et Marte diurno
Dum res infractae, pulsique in terga redimus
(Per tripodas juro, et rapti nova fata magistri),
Vidi, et me volucres circum plausere secundae.
Sed nunc certa fides: modo me sub nocte silenti
Ipse, ipse assurgens iterum tellure soluta,
Qualis erat (solos infecerat umbra jugales),
Amphiaraus adit: vanae nec monstra quietis,
Nec somno comperta loquor. Tune, inquit, inertes
Inachidas (redde haec Parnassia serta, meosque
Redde deos) tantam patiere amittere noctem,
Degener? haec egomet coeli secreta, vagosque
Edocui lapsus? vade eja, ulciscere ferro
Nos saltem. Dixit, meque haec ad limina visus
Cuspide sublata, totoque impellere curru.
Quare agite, utendum Superis: non cominus hostes
Sternendi: bellum jacet, et saevire potestas.
Ecqui aderunt? quos ingenti se attollere fama

Esaminando, invan consulta Adrasto.
Siedono a lui dintorno i nuovi duci
Più congiunti a gli estinti, e gli alti scanni
Vedovi fatti di sì grandi eroi
Occupan mesti, ed han dolor che a tanto
Onor gli abbia innalzati un tanto danno.
In cotal guisa se interrompe il corso,
Morto il primo nocchier, vedova nave,
Tosto prende il timon colui che in cura
Avea la prora o il fianco, e ne stupisce
Lo stesso legno abbandonato, e tardi
Ubbidiscono vele, arbori, e sarte;
E il Nume tutelar non siede al fianco
Dell' inesperto condottier novello.
Ma il vate intanto i dubitosi Achivi
In questi detti a miglior spene accende:
« Gli ordini venerabili de' Numi,
E i lor consigli vi portiamo, o duci:
Nostre non son le voci; a voi favella
Quegli, a cui mi donaste, e le cui bende,
Vostra mercè, lui consentendo, io cingo.
Questa mandano a noi notte opportuna
A le grand' opre ed a le insidie i Numi;
La virtude c' invita, e da noi chiede
La Fortuna le destre: in grave sonno
Pose l' oste tebana; or vendicate
Gli estinti regi, e l' infelice giorno:
Su via l' armi rapite, e delle porte
I ritegni spezzate: in questa guisa
Appresterem degni sepolcri e roghi
Ai corpi esangui de' compagni uccisi.
Io certo vidi nell' estrema pugna,
Quando più afflitte eran le cose, e il tergo
Davamo a' vincitori, io vidi (e il giuro
Per i tripodi sacri, e per l' onore
Del nuovo sacerdozio) a me dintorno
Volar con lieti vanni augei felici.
Ma certo ora ne son. Quale discese
Sotterra Anfiarao, tale mi apparve
Fra 'l notturno silenzio. I destrier soli
Eran tinti dall' ombre: io non vi narro
Notturne larve, e non racconto sogni.
Egli così mi disse: Adunque invano
Lascerai tu che i pigri Greci (rendi
A me le bende e gli affidati Dei)
Perdan cotanta notte? o di me indegno
Degenerante successore! I voli
Così apprendesti degli erranti augelli,
E gli arcani degli astri? a che più tardi?
Su, vanne, e almen di me prendi vendetta.
Sì disse, e mi sembrò che a queste soglie
M' incalzasse coll' asta e con il carro.
Ubbidiscasi dunque a i Numi, e intanto
Non fia d' uopo pugnar: nel sonno immersa
Giace la guerra, e incrudelir n' è dato:
Ma chi vien meco? e chi sarà che sprezzi,

Non pigeat, dum fata sinunt? iterum ecce benignae
Noctis aves: sequor, et comitum licet agmina cessent,
Solus eo, solus: venit ille, et quassat habenas. »
Talia vociferans, noctem exturbabat, euntque
Non secus accensi proceres, quam si omnibus idem
Corde deus: flagrant comitari et jungere casus.
Ter denos numero, turmarum robora, jussus
Ipse legit: circa fremit indignata juventus
Cetera, cur maneant castris, ignavaque servent
Otia: pars sublime genus, pars facta suorum,
Pars sua: sortem alii clamant, sortem undique poscunt.
Gaudet in adversis, animoque assurgit Adrastus.
Vertice sic Pholoës volucrum nutritor equorum,
Cui fetura gregem pecoroso vere novavit,
Laetatur, cernens hos montis in ardua niti,
Hos innare vadis, certare parentibus illos.
Tunc vacuo sub corde movet, qui molle domandi
Ferre jugum, qui terga boni, quis in arma tubasque
Natus, ad Eleas melior quis surgere palmas.
Talis erat turmae ductor longaevus Achivae.
Nec deest coeptis: « Unde haec tam sera repente
Numina? qui fractos Superi rediistis ad Argos?
Estne hic infelix virtus? gentique superstes
Sanguis, et in miseris animorum semina durant?
Laudo equidem, egregii juvenes, pulchraque meorum
Seditione fruor: sed fraudem, et operta paramus
Proelia: celandi motus: nunquam apta latenti
Turba dolo: servate animos: venit ultor in hostes
Ecce dies: tunc arma palam, tunc ibimus omnes.»
His tandem virtus juvenum frenata quievit.
Non aliter moto quam si pater Aeolus antro
Portam iterum saxo premat imperiosus, et omne
Claudat iter, jam jam sperantibus aequora ventis.
Insuper Herculeum sibi jungit Agyllea vates

Invitato da i fati, in sì grand'opra
Fregiare il nome suo d'eterna fama?
Ecco di nuovo i fausti augelli: io seguo
Il lieto augurio, ancor che ogni altro cessi,
E vado solo: ecco il suonar de' freni
Di nuovo sento, e il gran profeta io veggio. »
Così gridando in gran tumulto mette
La notte e il campo, e già son tutti accesi,
Qual se un medesimo Dio tutti riempia,
I maggior duci, e già son tutti mossi.
Voglion seguirlo e accomunar le sorti.
Trenta ei ne sceglie, i più robusti e audaci,
Nerbo e vigor del campo. A lui dintorno
Fremono gli altri, e di restar negletti
Recansi ad onta in ozio vile e lento:
Altri la stirpe illustre, altri de' suoi
Rammenta i gesti; altri le proprie imprese.
Altri voglion che i nomi insiem confusi
Si commettano al caso, e chiedon l'urna.
Quale il signor del generoso armento
Colà di Foloe su l'eccelse cime,
A cui son nati al rifiorir dell'anno
I nuovi parti, e rinnovato il gregge,
Gode in mirarli, altri per ardue coste
Gir saltellando, altri nuotar ne' fiumi,
Altri emulare i genitor correndo;
Indi tranquillo in suo pensier rivolge
Quale al giogo destini, e qual sul dorso
Vaglia a portare il cavaliero, e a l'armi
Qual sia nato e a le trombe, e qual prometta
Nell'arena acquistar le palme Elee:
Tal era allor fra i Greci il vecchio Adrasto.
Nè già manca a l'impresa, e così esclama:
« E d'onde in noi sì tardi e sì improvvisi
Scendono questi Numi? E quali siete,
O Dei, che a riveder le afflitte cose
D'Argo tornate? è forse il nuovo ardire
Una virtù infelice? o pure in noi
Ferve l'antico sangue, e ce l'ispira
Degli avi nostri il generoso seme?
Io certo approvo, o giovani feroci,
Vostro nobil tumulto, e men' compiaccio:
Ma noi tentiam notturna insidiosa
Guerra, e convien che stiano i moti ascosi,
E può la turba discoprir l'inganno.
Conservate l'ardire: il nuovo giorno
Vendicator si appressa: allor palesi
Saranno l'armi, allora tutti andremo. »
Con tali detti li raffrena e molce.
Non altrimenti avvien, quando il gran padre
Eolo incatena imperioso i venti,
Ch'eran già pronti a por sossopra il mare,
Nell'antro noto, e con il sasso chiude
La porta, e lor divieta ogni altra strada.
Sceglie allor per compagni a l'alta impresa
Tiodamante il gran figliuol di Alcide,

Actoraque: hic aptus suadere, hic robora jactat
Non cessisse patri: comites tribus ordine deni,
Horrendum Aoniis, et contra stantibus, agmen.
Ipse, novi gradiens furta ad Mavortia belli,
Ponit adoratas, Phoebea insignia, frondes,
Longaevique ducis gremio commendat honorem
Frontis, et oblatam Polynicis munere grato
Loricam galeamque subit: ferus Actora magno
Ense gravat Capaneus, ipse haud dignatus in hostem
Ire dolo, Superosque sequi: permutat Agylleus
Arma trucis Nomii: quid enim fallentibus umbris
Arcus, et Herculeae juvissent bella sagittae?
Inde per abruptas castrorum ex aggere pinnas,
Ne gravis exclamet portae mugitus ahenae,
Praecipitant saltu: nec longum, et protinus ingens
Praeda solo, ceu jam exanimes, multoque peracti
Ense jacent. « Ite, o socii, quacumque voluptas
Caedis inexhaustae, Superisque faventibus, oro,
Sufficite, hortatur clara jam voce sacerdos:
Cernitis expositas turpi marcore cohortes.
Pro pudor! Argolicas hinc ausi obsidere portas?
Hi servare viros? » Sic fatus et exuit ensem
Fulmineum, rapidaque manu morientia transit
Agmina: quis numeret caedes? aut nomine turbam
Exanimem signare queat? subit ordine nullo
Tergaque, pectoraque, et galeis inclusa relinquit
Murmura, permiscetque vagos in sanguine manes.
Hunc temere explicitum stratis, hunc sero remissis
Gressibus illapsum clypeo, et male tela tenentem:
Coetibus hos mediis vina inter, et arma jacentes:
Acclines clypeis alios, ut quemque ligatum
Infelix tellure sopor supremaque nubes
Obruerat: nec numen abest, armataque Juno
Lunarem quatiens exerta lampada dextra
Pandit iter, firmatque animos, et corpora monstrat.
Sentit adesse deam tacitus, sed gaudia celat
Thiodamas: jam tarda manus, jam debile ferrum,

Agilleo, e il saggio Attorre: è questi esperto
Nel facondo parlar; quegli presume
Essere per vigor eguale al padre.
Ciascun di lor dieci guerrieri ha seco,
Turba a i Tebani orribile e fatale,
Quando ancor stesser desti. Il vate intanto,
Che di furtivo Marte al nuovo assalto
Sen va inesperto, le adorate frondi
Di Apollo scioglie, e le depone in grembo
Del re canuto, e il sacro onor gli affida
Della sua fronte, e la corazza l'elmo,
Dono di Polinice, intorno cinge.
Ma il fiero Capaneo, che prende a sdegno
Usar le frodi ed ubbidire i Numi,
Del pesante suo brando il fianco aggrava
Al condottiero Attorre; ed Agilleo
L'armi cambiò con il feroce Nomi.
Ed a che pro fra l'ombre incerte gli archi
E l'armi usar dell'immortale Alcide?
Ma perchè lo stridor dell'alte porte
Lungi non s'oda, da i ripari a salti
Precipitaro, ond'era il campo cinto;
Nè molto andàr, che ritrovàr distesa
Immensa preda. Ivi di morti in guisa,
O come prima da più brandi uccisi,
Giacevano i Tebani. Il vate allora
Fatto sicuro, ad alta voce esclama:
« Ite, o compagni, d'inesausta strage
Ove il piacer vi alletta, ite, vi prego,
E siate eguali al gran favor de i Numi:
Eccovi tutte oppresse in vil letargo
Le inimiche coorti. Oh nostro scorno!
E questi osàr cinger l'argivo campo
D'assedio intorno? essi tenere a freno
Tanti invitti guerrieri? » Ei così dice,
E il ferro tragge fulminante, e il passa
Sul moribondo stuol con man veloce.
Chi può le stragi annoverar? chi i nomi
Rimembrar degli estinti? I terghi e i petti
Senz'ordine trafigge, e dentro gli elmi
Lascia rinchiusi i gemiti, e nel sangue
L'anime intorno erranti insiem confonde.
Quegli, che giace sopra molle strato;
Questi, che tardi cedè al sonno, e cadde
Sovra lo scudo, e male i dardi impugna;
Altri distesi fra le tazze e l'armi;
Altri inclinati su le targhe; come
Ciascuno aveva in feral sonno oppresso
L'infelice sopor, l'estrema notte;
Tutti senza pietade ei manda a morte:
Nè lungi è il nume: Giuno, ignuda il braccio,
Curva face sospende, ed il sentiero
Rischiara, e i cuori accende, e i corpi addita.
Tacito sente che la dea gli assiste
Il sacerdote, e il suo piacere occulta.
Ma già lenta è la man, già il ferro ottuso.

Et caligantes nimiis successibus irae.
Caspia non aliter magnorum in strage juvencûm
Tigris, ubi immenso rabies placata cruore,
Lassavitque genas, et crasso sordida tabo
Confudit maculas, spectat sua facta, doletque
Defecisse famem: victus sic augur inerrat
Caedibus Aoniis: optet nunc brachia centum,
Centenasque in bella manus: jam taedet inanes
Exhaurire minas, hostemque assurgere malit.
Parte alia segnes magno satus Hercule vastat
Sidonios, Actorque alia: sua quemque cruento
Limite turba subit: stagnant nigrantia tabo
Gramina, sanguineis nutant tentoria rivis.
Fumat humus, somnique et mortis anhelitus una
Volvitur: haud quisquam visus aut ora jacentum
Erexit: tali miseris deus aliger umbra
Incubat, et tantum morientia lumina solvit.
Traxerat insomnis cithara ludoque suprema
Sidera, jam nullos visurus Alimenus ortus,
Sidonium Paeana canens: huic languida cervix
In laevum cogente deo, mediaque jacebant
Colla relicta lyra: ferrum per pectus Agylleus
Exigit, aptatamque cava testudine dextram
Percutit, et digitos inter sua fila trementes.
Proturbat mensas dirus liquor: undique manant
Sanguine permixti latices, et Bacchus in altos
Crateras paterasque redit. Ferus occupat Actor
Implicitum fratri Thamyrum: Tagus haurit Ethecli
Terga coronati: Danaus caput amputat Hebri.
Nescius heu rapitur fatis, hilarisque sub umbras
Vita fugit, mortisque ferae lucrata dolores.
Stratus humo gelida subter juga fida rotasque
Palpetus Aonios gramen gentile metentes
Proflatu terrebat equos: madida ora redundant,
Accensusque mero sopor aestuat: ecce jacentis
Inachius vates jugulum fodit: expulit ingens
Vina cruor, fractumque perit in sanguine murmur.
Fors illi praesaga quies, nigrasque gravatus
Per somnum Thebas, et Thiodamanta videbat.
Quarta soporiferae superabant tempora nocti,
Quum vacuae nubes, et honor non omnibus astris.

E vacillanti in tante stragi l'ire.
In cotal guisa fiera tigre ircana,
Che ha fatto scempio de' maggiori armenti,
Poichè d'immenso sangue il ventre immane
Ha già satollo, e le mascelle stanche,
E le macchie del vello immonde, e guaste
Da la putrida strage; il suo trionfo
Contempla, e duolsi che mancò la fame.
Tal nell' Aonio strazio il sacerdote
Intorpidisce, e cento braccia e cento
Mani d'aver desía; già già gl' incresce
Perdere l'ire invano, e di già brama
Che sorga l'inimico a giusta guerra.
Da l'altra parte li Tebani uccide
D'Ercole il figlio, e da quell' altra Attorre.
Ciascuna turba per sentier sanguigno
Segue il suo duce: son di sangue infette
L'erbe, e di sangue un rapido torrente
Scote le tende. Fuma il suolo intorno,
E l'anelar del sonno e della morte
Si confondono insieme. Un sol Tebano
Non v' ha che il volto innalzi, o ch' apra gli occhi:
Cotanto il sonno gli avea oppressi, e solo
Loro apre in morte l'ecclissate luci.
Vedute avea cader l'estreme stelle,
Per non vedere il dì, fra i giuochi e i suoni,
Inni cantando in su la cetra a Bacco
Alcmeno, allor che il collo alto sopore
Gli fe' cader su la sinistra spalla,
E su la cetra il capo: Agilleo il fere
Al petto, e la man punge unita al plettro:
Tremâr le dita e fer suonar le corde.
Turba le mense un liquor tetro, e un rio
Scorre di sangue, e misto al sangue il vino
Torna a le prime tazze, a i primi vasi.
Giace abbracciato col fratel Tamiro,
E il fiero Attor l'uccide. Il tergo fora
D'Eteclo, coronato il crin di serti,
Tago: Danao d'un colpo il capo tronca
D'Ebro, che il fato non prevede: lieta
Fugge la vita sotto l'ombre, e il duolo
Della morte non sente: in sul terreno
Umido e freddo infra le ruote e il carro
Giacea Palpeto, e i corridori suoi,
Che dell' erbe natíe si facean pasto,
Spaventava russando: esala il volto
Un succido sudor, e ferve e anela
Soffocato nel vino il grave sonno:
Ecco di lui, che giace, entro la gola
Tiodamante il ferro immerge; il sangue
Il vino espelle, ed il russar gli tronca:
Forse presaga la quiete a lui
E Tebe e il vate avea mostrato in sogno.
La quarta parte del notturno corso
Restava ancora, allor che di rugiade
Il cielo i campi irrora, e molte stelle

Afflatusque fugit curru majore Bootes.
Jamque ipsum defecit opus, quum providus Actor
Thiodamanta vocat: « Satis haec inopina Pelasgis
Gaudia: vix ullos tanto reor agmine saevam
Effugisse necem, ni quos deformis in alto
Sanguine degeneres occultat vita: secundis
Pone modum: sunt et diris sua numina Thebis.
Forsitan et nobis modo quae favere, recedunt. »
Paruit, et madidas tollens ad sidera palmas:
« Phoebe, tibi exuvias monstratae praemia noctis,
Nondum ablutus aquis (tibi enim haec ego sacra litavi),
Trado ferus miles tripodum, fidusque sacerdos.
Si non dedecui tua jussa, tulique prementem,
Saepe veni: saepe hanc dignare irrumpere mentem.
Nunc tibi crudus honos, trunca arma, cruorque virorum:
At patrias si quando domos, optataque, Paean,
Templa, Lycie, dabis, tot ditia dona sacratis
Postibus, et totidem voti memor exige tauros. »
Dixerat, et laetis socios revocabat ab armis.
Venerat hos inter fato Calydonius Hopleus,
Maenaliusque Dymas, dilecti regibus ambo,
Regum ambo comites, quorum post funera moesti
Vitam indignantur: prior Arcada concitat Hopleus:
« Nullane post manes regis tibi cura perempti,
Care Dyma? teneant quem jam fortasse volucres
Thebanique canes: patriae quid deinde feretis,
Arcades? en reduces contra venit aspera mater.
Funus ubi? at nostro semper sub pectore Tydeus
Saevit inops tumuli: quamvis patientior artus
Ille, nec abruptis adeo lacrymabilis annis.
Ire tamen, saevumque libet nullo ordine passim
Scrutari campum, mediasque irrumpere Thebas. »
Excipit orsa Dymas: « Per ego haec vaga sidera juro,
Per ducis errantes instar mihi numinis umbras,
Idem ardor misero: comitem circumspicit olim

Perdono il lume, e da più ardente carro
Il carro di Boote in fuga è posto.
Nè più che far lor rimaneva; quando
Il saggio Attorre al sacerdote volto:
« Deh basti, disse, l'insperata gioia
Al greco campo: nè pur un da morte
Scampò, cred'io, fra tanta gente; solo
Se alcuno fra i cadaveri e fra'l sangue
Non si celò, per conservar la vita.
Pon modo a la fortuna: i rei Tebani
Hanno anch'essi i lor Numi: e forse i nostri,
Omai stanchi, da noi prendon congedo. »
Ubbidì il sacerdote, e al cielo alzando
Le sanguinose mani, orò in tal guisa:
« Queste, che tu additasti, eccelse spoglie,
Premii della tua notte, immondo e tinto
Di sangue ancora (perocchè al tuo nume
Fei sacrifizio) io sacerdote fido,
E de' tripodi tuoi guerrier feroce,
A te, gran Febo, ora consacro in dono.
Se a' tuoi cenni ubbidii, se il tuo furore
Sostenni, deh sovente in me ritorna,
E la mente m'infiamma. Or noi ti diamo
Crudele onor di sangue e d'armi tronche:
Ma se avverrà che le paterne case
Noi rivediamo, e i sacri tempii tuoi,
Memore allor del voto, o Licio Apollo,
Da noi chieder potrai cotanti doni
A le tue sacre soglie, e tanti tori,
Quanti per nostra man giacciono estinti. »
Tacque, ciò detto; e i forti suoi compagni
Ei richiamò da la felice impresa.
Eran fra questi il Calidonio Oplèo
E l'Arcade Dimante, ambi a' lor regi
Grati, ed ambi compagni, ed ambi a sdegno,
Dopo la morte loro, avean la vita.
Opleo a Dimante favellò primiero:
« Dunque, o caro Dimante, a te non cale
Dell'ombra errante del tuo rege estinto?
Del tuo signor, che forse è fatto preda
Delli cani di Tebe e degli augelli?
E che di lui riporterete indietro
A i patri lari? Ecco la fiera madre
Vi viene incontro, e vi domanda il figlio.
Ma privo di sepolcro il mio Tidéo
Mi tien l'alma agitata, e pur le membra
Ha del tuo più robuste, e come il tuo
Degno tanto non è de' nostri pianti,
Come reciso nel bel fior degli anni.
Ma gire io voglio, e dell'infame campo
Cercarlo in ogni parte, entrare in Tebe,
Qualora altrove ritrovar nol possa. »
Ascoltollo Dimante, indi rispose:
« Per queste vaghe stelle, e per l'erranti
Ombre del mio signor, che a me son nume,
Ti giuro, ahi lasso, che uno stesso ardore

Mens humilis luctu: sed nunc prior ibo: » viamque
Inchoat, et moesto conversus ad aethera vultu
Sic ait: « Arcanae moderatrix Cynthia noctis,
Si te tergeminis perhibent variare figuris
Numen, et in silvas alio descendere vultu,
Ille comes nuper, nemorumque insignis alumnus,
Ille tuus, Diana, puer (nunc respice saltem)
Quaeritur. » Incendit pronis dea curribus almum
Sidus, et admoto monstravit funera cornu.
Apparent campi, Thebaeque, altusque Cithaeron.
Sic ubi nocturnum tonitru malus aethera frangit
Juppiter, absiliunt nubes, et fulgure claro
Astra patent, subitusque oculis ostenditur orbis.
Accepit radios, et eadem percitus Hopleus
Tydea luce videt: longe dant signa per umbras
Mutua laetantes, et amicum pondus uterque,
Ceu reduces vitae, saevaque a morte remissos,
Subjecta cervice levant: nec verba, nec ausi
Flere diu: prope saeva dies, indexque minatur
Ortus: eunt taciti per moesta silentia magnis
Passibus, exhaustasque dolent pallere tenebras.
Invida fata piis, et fors ingentibus ausis
Rara comes: jam castra vident, armisque propinquant
Et decrescit onus; subiti quum pulveris umbra,
Et sonus a tergo: monitu ducis acer agebat
Amphion equites, noctem vigilataque castra
Explorare datus, primusque per avia campi
Usque procul (nec dum totas lux solverat umbras)
Nescio quid visu dubium, incertumque moveri,
Corporaque ire videt. Subitus mox fraude reperta
Exclamat: « Cohibete gradum quicumque. » Sed hostes
Esse patet: miseri pergunt anteire, timentque
Non sibi: tunc mortem trepidis minitatur, et hastam
Expulit, ac vanos alte levat eminus ictus,
Affectans errare manus: stetit illa Dymantis

Me ancora accende; ma lo spirto oppresso
Dal grave lutto richiedea compagno,
Ed ora andrò primiero. » E così detto,
Ponsi in cammino, e verso il cielo alzando
L'afflitto volto, in cotal guisa prega:
« O dea, che reggi il cheto orror notturno,
S'egli è pur ver che in triplicate forme
Il nume muti, e nelle selve scendi
Sotto altro volto; quel già tuo seguace,
E de' tuoi boschi alunno, il tuo fanciullo,
(Or lo riguarda almen) quello si cerca. »
Abbassò il carro allor la diva, e i corni
Di maggior lume accese, e con un raggio
Additò lor de' regi i busti esangui:
Scoprirsi Citerone, i campi e Tebe.
Così qualor tonando irato Giove
Spezza l'aria notturna, e l'atre nubi
Sen' vanno in fuga, ed al baleno e al lampo
Chiari veggonsi gli astri, e di repente
A gli occhi appare l'oscurato mondo.
Seguì di Cintia il raggio il buon Dimante,
Ed Opleo ancora ravvisò Tidéo.
Lieti da lungi de' trovati corpi
Si diero il segno, e l'uno e l'altro al dolce
Peso del suo signor, come se in vita
Tornato fosse, o a fiera morte tolto,
Sottopongono il dorso, e non ardiscono
Di piangere o parlare. Il crudel giorno
Già s'avvicina, e lo minaccia il primo
Albor che spunta. Essi sen' vanno cheti
A lunghi passi fra i silenzii mesti,
E dolgonsi in veder pallide farsi
L'ombre notturne. Oh fati invidiosi
A le pietose imprese! oh rare volte
Fortuna amica a le magnanim' opre!
Già vagheggiano il campo, ed il desío
Più vicin lor l'addita, e più leggiero
Lor sembra il peso; quando polve e nembo
Vidersi a tergo, e udir fremito e suono.
Il feroce Anfione avea la notte
Per comando del re menato in giro
Stuolo di cavalieri. A lui fu dato
De' Greci l'osservar le guardie e il vallo.
Ved'egli, o pargli di veder da lungi
Errar pel campo (e non avea la luce
Ancor del tutto dileguate l'ombre)
Un non so che d'incerto, e che rassembra
Aver moto, aver vita; alfin discerne
Ch' uomini sono. Allor l'insidie scopre;
E, « Olà fermate il passo, altero grida,
Chiunque siete. » Alcun non parla, e certi
Si palesan nemici. Il lor cammino
Seguon, nè per sè stessi hanno timore.
Ei la morte minaccia, e l'asta vibra:
Ma con tal' arte, che a ferir non vada,
E d'errar finge. Iva Dimante il primo,

Ante oculos, qui forte prior, gressumque repressit.
At non magnanimus curavit perdere jactus
Aepytus, et fixo transverberat Hoplea tergo,
Pendentesque etiam perstrinxit Tydeos armos.
Labitur, egregii nondum ducis immemor, Hopleus,
Exspiratque tenens: felix, si corpus ademptum
Nesciat, ac saevas talis descendat ad umbras.
Viderat hoc retro conversus, et agmina sentit
Juncta Dymas, dubius precibusne subiret, an armis
Instantes: arma ira dabat; fortuna precari,
Non audere jubet: neutri fiducia coepto.
Distulit ira preces: ponit miserabile corpus
Ante pedes: tergoque graves quas forte gerebat
Tigridis exuvias in laevum torquet, et obstat
Exertum objectans mucronem, inque omnia tela
Versus, et ad caedem juxta, mortemque paratus:
Ut lea, quam saevo fetam pressere cubili
Venantes Numidae, natos erecta superstat
Mente sub incerta, torvum ac miserabile frendens.
Illa quidem turbare globos, et frangere morsu
Tela queat, sed prolis amor crudelia vincit
Pectora, et a media catulos circumspicit ira.
Et jam laeva viro, quamvis saevire vetaret
Amphion, erepta manus, puerique trahuntur
Ora supina comis: serus tunc denique supplex
Demisso mucrone rogat: « Moderatius, oro,
Ducite; fulminei per vos cunabula Bacchi,
Inoamque fugam, vestrique Palaemonis annos.
Si cui forte domi natorum gaudia, si quis
Hic pater, angusti puero date pulveris haustus,
Exiguamque facem: rogat, en rogat ipse jacentis
Vultus: ego infandas potior satiare volucres;
Me praebete feris: ego bella audere coëgi. »
« Imo, ait Amphion, regem si tanta cupido
Condere, quae timidis belli mens, ede, Pelasgis,
Quid fracti exsanguesque parent: cuncta ocius effer,
Et vita, tumuloque ducis donatus, abito. »
Horruit, et toto praecordia protinus Arcas
Implevit capulo. « Summumne hoc cladibus, inquit,
Deerat, ut afflictos turparem ego proditor Argos?

E il balenar del ferro innanzi a gli occhi
Gli passò, l'abbagliò, fermógli il passo.
Ma non già invano lanciar volle Epito,
E ferì ad Opleo il tergo, e di Tidéo,
Che ne pendeva, trapassò le spalle.
Cade il misero Opléo, nè del suo duce
Si scorda, nè morendo l'abbandona.
Felice lui, che nel morir non vede
Il cadavere tolto, e in questa spene
Scende contento infra le pallid'ombre.
Si rivolge Dimante, e il mira, e sente
Stargli già sopra le nemiche schiere;
Dubbioso sta, se preghi, o se combatta.
L'ira l'armi propon, ma la presente
Fortuna vuol ch'ei preghi, e che non osi.
D'ogni parte è periglio. Alfin lo sdegno
Differì le preghiere. Innanzi a i piedi
Depon l'amato corpo, e d'una tigre,
Ond'avea ornato il tergo, il vello avvolge
Al manco braccio, e ignudo il ferro stringe,
E la fronte rivolge a l'aste, a i dardi,
A uccidere e a morir pronto egualmente.
Qual leonessa in cavernoso monte,
Cui cinse intorno il cacciator Numida,
Sta sopra i figli con incerto core,
E freme in suono di pietà e di rabbia:
A saltar nello stuolo, a franger dardi
Furor la spinge, amor l'arresta e sforza
A riguardare i figli in mezzo a l'ira.
E quantunque Anfion divieti a' suoi
L'incrudelir, già la sinistra mano
È tronca a l'infelice, e per la chioma
Si trae Partenopéo supino il volto.
Tardi allor supplichevole Dimante
Abbassa l'armi, e in cotai detti prega:
« Deh più miti il traete. Io ve ne prego
Per le cune dal fulmine percosse
Del vostro Bacco; per la fuga d'Ino,
E del vostro Palémone per gli anni.
Se v'è tra voi cui scherzin figli intorno,
S'evvi tra voi un padre, al giovinetto
Poca terra donate e poca fiamma.
Deh il rimirate; il volto suo giacente,
Il bel volto ven' prega. A me piuttosto,
Me lasciate a le fiere ed a gli augelli.
Io sono il reo che a guerreggiar l'indussi. »
« Anzi, disse Anfion, s'hai tanto a core
Il dar tomba al tuo re, tosto ci narra,
Quali di guerra volgano consigli
I timidi tuoi Greci, e vinti e rotti
Che preparino ancora, e a te la vita
Diasi, e la tomba al tuo signore, e parti. »
Dimante inorridissi, e sino a l'elsa
S'immerse il ferro in sen: « Questo, gridando,
Sol manca a mie sciagure e a tante stragi.
Ch'io traditore Argo infelice infami;

Nil emimus tanti, nec sic velit ipse cremari. »
Sic ait, et magno proscissum vulnere pectus
Injecit puero, supremaque murmura volvens:
« Hoc tamen interea caro potiere sepulcro. »
Tales optatis regum in complexibus ambo,
Par insigne animis, Aetolus et inclytus Arcas,
Egregias efflant animas, letoque fruuntur.
Vos quoque sacrati, quamvis mea carmina surgant
Inferiore lyra, memores superabitis annos.
Forsitan et comites non aspernabitur umbras
Euryalus, Phrygiique admittet gloria Nisi. »
At ferus Amphion, regi qui facta reportent,
Edoceantque dolum, captivaque corpora reddant,
Mittit ovans: clausis ipse insultare Pelasgis
Tendit, et abscissos sociorum ostendere vultus.
Interea reducem murorum e culmine Graii
Thiodamanta vident: nec jam erumpentia celant
Gaudia, ut exertos enses, et caede recenti
Arma rubere notant: novus assilit aethera magnus
Clamor, et e summo pendent cupida agmina vallo
Noscere quisque suos: volucrum sic turba recentum,
Quum reducem longo prospexit in aethere matrem,
Ire cupit contra, summaque e margine nidi
Exstat hians; jam jamque cadat, ni pectore toto
Obstet aperta parens, et amantibus increpet alis.
Dumque opus arcanum, et taciti compendia Martis
Enumerant, laetisque suos complexibus implent,
Hopleaque exquirunt, tardumque Dymanta queruntur,
Ecce et Dircaeae juxta dux concitus alae
Venerat Amphion: non longum caede recenti
Laetatus, videt innumeris fervere catervis
Tellurem, atque una gentem exspirare ruina.
Qui tremor illicita coeli de lampade tactos,
Hic fixit juvenem, pariterque horrore sub uno
Vox, acies, sanguisque perit, gemitusque parantem
Ipse ultro convertit equus: fugit ala retorto
Pulvere. Nondum illi Thebarum claustra subibant,
Et jam argiva cohors nocturno freta triumpho

Nulla compro a tal prezzo, e a cotal prezzo
Lo stesso duce mio non cura i roghi. »
E di gran piaga già squarciato il petto,
Sopra l'amato corpo si abbandona,
E fra i singulti estremi mormorando,
« Me, dice, almeno avrai di tomba invece. »
Così de' loro re fra i grati amplessi,
Questa del pari generosa coppia,
L'Etolo forte e l'Arcade pietoso
Spiraron l'alme, e sen' morir contenti.
Or voi nomi già sacri, ancor che sorga
Con minor plettro il nostro canto, andrete
Vincitori degli anni e dell'obblio;
Nè forse sdegneranvi ombre compagne
Eurialo e il troian Niso, e di lor gloria
Ammetteranvi degli Elisi a parte.
Ma superbo Anfion del suo trionfo,
Ad Eteócle più d'un messo invia,
Che novella del fatto, e della frode
Scoperta, e i corpi de' già vinti regi
Racquistati pur ora, a lui riporti;
Ed egli segue ad insultar gli Argivi
Assediati nel vallo, alto portando
A' l'aste affisse le recise teste.
Ma da' ripari aveano i Greci intanto
Scorto Tiodamante, e la sua schiera;
E in vederli tornar co' brandi ignudi
Di fresco sangue aspersi, il gaudio nuovo
Ridonda sì, che contener nol sanno.
Alzano d'improvviso al cielo i gridi,
Pendon dal vallo, e ognuno i suoi ricerca.
Stuolo d'augelli non pennuti ancora
Così in vedendo ritornar la madre,
Bramano andarle incontro, e da l'estremo
Nido sporgonsi in fuori, e già in periglio
Stan di cadere; ma vi oppone il petto
La madre amante, e co' pietosi vanni
Addietro li respinge e li riprende.
Or mentre il fatto occulto, e del notturno
Marte narran l'impresa, e in dolci amplessi
Stan cogli amici, e d'Opleo e di Dimante
Van ricercando il ritornar sì tardi:
Collo stuolo tebano ecco Anfione;
Ma non andò di sua vittoria lieto
Gran tempo: vede d'infinito sangue
Fumar la terra, e ch'una sol ruina
Ha la sua gente in vasta strage oppressa.
Quello stesso terror ch'uomo sorprende
Del fulmine al cader, quello del duce
Commosse il petto, ed in un solo orrore
Mancargli e voce e vista, e gelò il sangue;
E mentre ei pianger vuol, lo volse in fuga
Volontario il destriero, e lui seguendo
Alzaro nuova polve i suoi Tebani.
Appena eran costor giunti alle porte
Di Tebe, quando dal trofeo notturno

Prosilit in campos: per et arma, et membra jacentum,
Tetraque congerie sola, semianimumque cruorem
Cornipedes, ipsique ruunt: gravis exterit artus
Ungula, sanguineus lavat imber, et impedit axes.
Dulce viris hac ire via, ceu tecta superbi
Sidonia, atque ipsas calcent in pulvere Thebas.

Hortatur Capaneus: « Satis occultata, Pelasgi,
Delituit virtus: nunc nunc mihi vincere pulchrum
Teste die: mecum clamore et pulvere aperto
Ite palam, juvenes: sunt et mihi provida dextrae
Omina, et horrendi stricto mucrone furores. »
Sic ait: ardentes alacer succendit Adrastus
Argolicusque gener: sequitur jam tristior augur.
Jamque premunt muros, et adhuc nova funera narrat
Amphion, miseramque intrabant protinus urbem,
Ni Megareus specula citus exclamasset ab alta:
« Claude, vigil: subeunt hostes: claude undique portas. »

Est ubi dat vires nimius timor: ocius omnis
Porta coit: solas dum tardius arctat Echion
Ogygias, audax animi Spartana juventus
Irrupit, caesique ruunt in limine primo,
Incola Taygeti Panopeus, rigidique natator
Oebalus Eurotae: tuque, o spectate palaestris
Omnibus, et nuper Nemeaeo in pulvere felix,
Alcidama, primis quem caestibus ipse ligarat
Tyndarides, nitidi moriens convexa magistri
Respicis: averso pariter deus occidit astro.
Te nemus Oebalium, te lubrica ripa Lacaenae
Virginis, et falso gurges cantatus olore
Flebit, Amyclaeis Triviae lugebere nymphis:
Et quae te leges, praeceptaque fortia belli
Erudiit genitrix, nimium didicisse queretur.

Talis Echionio Mavors in limine saevit.
Tandem humeris obnixus Acron, et pectore toto
Pronus Alimenides ferratae robora portae
Torserunt: quanta pariter cervice gementes

Fatti audaci gli Argivi usciro in campo
Su l'armi e su le membra a terra sparse.
Per cataste di morti e di mal vivi
In mezzo al sangue e cavalieri e fanti
Vengon correndo, e con le ferree zampe
Tritan l'ossa i destrieri; ed alle ruote
Ritarda il corso il sanguinoso umore.
Ma piace a i Greci l'orrido sentiero,
E già lor sembra le Sidonie case
Calcar co' piedi, e incenerita Tebe;
E Capaneo gl' instiga: « Assai, dic'egli,
Fu, o miei compagni, il valor nostro occulto;
Ora a me vincer giova: ora che il giorno
Testimonio è dell'opra. In campo aperto
Colle grida e coll'armi alla scoperta
Voi mi seguite, o giovani feroci.
Stanno gli augurii anche in man nostra, e il brando,
Qualor lo stringo, ha i suoi furori anch'egli. »
Sì dice: e lieto Adrasto e Polinice
Vie più gl' infiamman. Privo già del nume,
Men baldanzoso vien Tiodamante.
E già sono alle mura; ed Anfione
Narrava ancor la nuova strage; quando
Poco mancò che non entraron seco
Nella infelice e desolata terra.
Ma Megareo, ch'alla vedetta stava,
« Chiudi, gridò, chiudi, guardian, le porte;
Il nemico c' è sopra. » Anche talora
È padre di virtude un gran timore.
Tosto tutte son chiuse, e mentre solo
Echione a serrar l' Ogigia è lento,
V'entra lo stuol di Sparta. In su le prime
Soglie Panopeo cade: ei sul Taigeto
Avea il soggiorno, e seco Ebalo forte
Notator dell' Eurota. E tu cadesti,
Delle palestre onore e maraviglia,
Alcidamante vincitor felice
Nell'arena di Neme. A te Polluce
Adattò i primi cesti; or tu morendo
Del luminoso tuo maestro miri
La risplendente stella, ed ei per doglia
La volge altrove, e si nasconde e spegne.
Te piangeran l' Ebalie selve, e il lido
Grato tanto alle vergini spartane,
E il fiume, ove cantò cigno fallace,
E le ninfe Amiclee grate a Diana,
E colei, che a te diè le prime leggi
Di guerreggiar, che tu posto in oblio
L'abbia cotanto, si dorrà la madre.
Marte così sul limitar di Tebe
Incrudelisce; ma il robusto Acrone,
E Alimenide in un, quei con le spalle,
Questi col petto le ferrate porte
Sforzando a gara, le serraro in fine,
Non senza pena; in quella guisa appunto
Che fendon del Pangeo gl' inculti un tempo

Profringunt inarata diu Pangaea juvenci.
Par operis jactura lucro; quippe hoste retento
Exclusere suos: cadit intra moenia Graius
Ormenus, et pronas tendentis Amyntoris ulnas,
Fundentisque preces, penitus cervice recisa
Verba solo vultusque cadunt, colloque decorus
Torquis in hostiles cecidit per vulnus arenas.
Solvitur interea vallum, primaeque recusant
Stare morae: jam se peditum junxere catervae
Moenibus: at patulas saltu transmittere fossas
Horror equis: haerent trepidi, atque immane paventes
Abruptum mirantur agi: nunc impetus ire
Margine ab extremo, nunc sponte in frena recedunt.
Hi praefixa solo vellunt munimina: at illi
Portarum objectus minuunt, et ferrea sudant
Claustra remoliri, trabibusque arctata sonoro
Pellunt saxa loco: pars ad fastigia missas
Exsultant haesisse faces; pars ima lacessunt,
Scrutanturque cavas caeca testudine turres.
At Tyrii, quae sola salus, caput omne coronant
Murorum, nigrasque sudes, et lucida ferro
Spicula, et arsuras coeli per inania glandes,
Saxaque in adversos ipsis avulsa rotabant
Moenibus: exundant saevo fastigia nimbo,
Armataeque vomunt stridentia tela fenestrae.
Qualiter aut Malean, aut alta Ceraunia supra
Cessantes in nube sedent, nigrisque leguntur
Collibus, et subitae saliunt in vela procellae;
Talis Agenoreis Argivûm exercitus armis
Obruitur: non ora virûm, non pectora flectit
Imber atrox, rectosque tenent in moenia vultus
Immemores leti, et tantum sua tela videntes.
Anthea falcato lustrantem moenia curru
Desuper Ogygiae pepulit gravis impetus hastae.
Lora excussa manu, retroque in terga volutus
Semianimos artus ocreis retinentibus haeret:
Mirandum visu belli scelus! arma trahuntur,
Fumantesque rotae tellurem, et tertius hastae

Campi due buoi co' colli bassi e ansanti.
L'util fu pari al danno. Entro le mura
Chiuser molti nemici, e furor lasciaro
Molti de' loro; e di già il greco Ormeno
In su le porte è ucciso; e mentre stende
Amintore le mani, e parla e prega,
Recisa la cervice a terra cade,
E cadon seco le parole e il capo,
Ed il monile onde fregiava il collo
Lungi balzò su l'inimica arena.
E già abbattuto il vallo, e le dimore
Prendendo a sdegno, de i pedon de le schiere
Erano giunte alle Anfionie rocche;
Ma del fosso in mirare il salto immenso,
E il precipizio orribile e scosceso,
S'arretrano i destrieri, e paventando,
Hanno stupor ch'altri li spinga innanzi.
Talor per gir fann'impeto, e talora
Rivolti contro il fren, giransi addietro.
Altri intanto i steccati, altri i rastrelli,
E i ferri claustri dell'eccelse porte
Tentan spezzare; altri coll'ariéte
Muovon di luogo gl' incantati marmi.
E squarciano le mura. Altri han piacere
In rimirar le fiamme a i tetti accese,
Ch'essi avventaro; ed altri a l'ime parti
Muovono guerra, e ricoperti e ascosi
Sotto densa testuggine, a le torri
Scavano di sotterra i fondamenti.
Ma d'altra parte le Sidonie genti
Fanno a i muri corona (unica spene
Che loro avanza di salute), e aduste
Travi, e lucidi dardi, e le piombate
Palle, ch'ardon nell'aria, e i sassi stessi
Svelti da i muri, sovra i Greci a piombo
Fanno cadere: orrido e fiero nembo
Piove da l'alto, e da' forami armati
Volano mille stridule saette.
Come talor pigre procelle mosse
Da i vicin colli su gl' infami scogli
D' Acroceranno e di Malea sospese
Fermansi accolte in nembo; indi repente
Spezzansi, e vanno a flagellar le navi:
Tal da l'armi tebane eran gli Argivi
Da ogni parte percossi, e pesti e infranti.
Ma l'orribile grandine non piega
Gli audaci petti, ed i feroci volti
Sol mirano i ripari; e sol cogli occhi
Seguono i loro dardi, e della morte
Non prendon cura. Iva osservando i muri
Anteo correndo sul falcato carro,
Quando d'asta tebana impetuoso
E grave colpo lo rovescia al piano.
Le redini abbandona, e con un piede
(Orribile spettacolo di guerra!)
Pende dal carro, e le due ruote e l'asta

Sulcus arant: longo sequitur vaga pulvere cervix,
Et resupinarum patet orbita longa comarum.
At tuba luctificis pulsat clangoribus urbem,
Obseptasque fores sonitu perfringit amaro.
Divisere aditus, omnique in limine saevus
Signifer ante omnes sua damna et gaudia portat.
Dira intus facies: vix Mavors ipse videndo
Gaudeat: incertis lymphatam horroribus urbem
Scindunt dissensu vario, luctusque, furorque,
Et pavor, et caecis fuga circumfusa tenebris.
Bellum intrasse putes: fervent discursibus arces,
Miscentur clamore viae: ferrum undique, et ignes
Mente vident: saevas mente accepere catenas.
Consumpsit ventura timor: jam tecta replerant,
Templaque, et ingratae vallantur planctibus arae.
Una omnes eademque subit formido per annos.
Poscunt fata senes, ardet palletque juventus,
Atria foemineis trepidant ululata querelis,
Flent pueri, et flendi nequeunt cognoscere caussas
Attoniti, et tantum matrum lamenta timentes.
Illas cogit amor, nec habent extrema pudorem.
Ipsae tela viris, ipsae iram animosque ministrant,
Hortanturque, unaque ruunt, nec avita gementes
Limina, nec parvos cessant ostendere natos.
Sic ubi pumiceo pastor rapturus ab antro
Armatas erexit apes, fremit aspera nubes:
Inque vicem sese stridore hortantur, et omnes
Hostis in ora volant; mox deficientibus alis
Amplexae flavamque domum captivaque plangunt
Mella, laboratasque premunt ad pectora ceras.
Nec non ancipitis pugnat sententia vulgi,
Discordesque serit motus: hi reddere fratrem
Nec mussant; sed voce palam, claroque tumultu
Reddere regna jubent: periit reverentia regis
Sollicitis: « veniat, pactumque hic computet annum,
Cadmeosque lares exsul, patriasque salutet
Infelix tenebras: cur autem ego sanguine fraudes,

Forman triplice solco in sul terreno.
Va per la polve il capo, e resupini
Pendon del crin disciolti i lunghi giri.
Con strepito feral la tromba intanto
Tebe perturba, e con un suono amaro
Dentro penétra a le rinchiuse porte.
Si dividono in schiera i Greci, e ognuna
Una porta assalisce, e il suo stendardo
Minaccioso precede, e seco adduce
Le sue proprie speranze e gli altrui danni.
Dell'afflitta città l'orrido aspetto,
Di Marte stesso avria ammollito il core.
Dolor, rabbia, timore e fuga infame
In luoghi oscuri e ciechi, in varie forme
La sbigottita Tebe empie d'orrori.
Par che sian dentro gl' inimici: ferve
Di tumulto ogni rocca, e per le strade
S'odon grida confuse, e già davanti
Veggonsi 'l ferro e 'l fuoco, e nella mente
Già si figuran servitù e catene.
Quanto mai può accader, come presente
Lor dipinge il timore. E già le case
Son piene e i tempii, e le piangenti turme
Circondano gli altari e i Numi ingrati.
Questo stesso timor per tutti gli anni
Passa veloce: i vecchi omai cadenti
Braman la morte; impallidisce e suda
La gioventù robusta, ed ogni albergo
S'ode suonar di femminili pianti:
E gl' innocenti e teneri bambini
Piangono anch'essi, e lo perchè non sanno,
Ma delle madri lor seguon l'esempio.
Queste instiga l'amore, e negli estremi
Casi freno non han più di vergogna.
Esse l'armi a i guerrieri, esse il valore
Somministrano e l' ire, esse con loro
Van mischiate, e gli esortano, e non cessano
D'additar lor le patrie soglie e i figli.
Così qualor va per rapire il mele
Pastore ingordo, e muove l'api a sdegno,
Ferve l'armata nube, e col stridore
S'esortano a ferire, e tutte al viso
Del rapitor si avventano: ma stanche
L'ali nel volo, su le bionde case
Posansi alfine, e il dolce mel rapito
Piangono, e al sen stringon le amate cere.
Son divisi i parer del dubbio volgo;
Sorgon moti discordi, e già in palese
(Non con secreto e tacito susurro)
Gridan, che torni l'esule fratello,
Che gli si renda il regno. Ogni rispetto
Che si aveva del re, manca e si estingue
Ne' solleciti petti. « Oramai venga,
Gridan tumultuando, e l'anno alterno
Goda, e di Cadmo il naturale albergo,
E le paterne tenebre saluti. »

Et perjura luam regalis crimina noxae? »
Inde alii: « Sera ista fides, jam vincere mavult. »
Tiresian alii lacrymis et supplice coetu
Orant, quodque unum rebus solamen in arctis,
Nosse futura rogant: tenet ille inclusa, premitque
Fata deûm: « Quiane ante duci bene credita nostra
Consilia et monitus, quum perfida bella vetarem?
Te tamen, infelix, inquit, perituraque Thebe,
Si taceam, nequeo miser exaudire cadentem
Argolicumque oculis haurire vacantibus ignem.
Vincamur, pietas: pone eja altaria, virgo:
Quaeramus Superos. » Facit illa, acieque sagaci
Sanguineos flammarum apices, geminumque per aras
Ignem, et clara tamen mediae fastigia lucis
Orta docet: tunc in speciem serpentis inanem
Ancipiti gyro volvi, frangique rubore
Demonstrat dubio, patriasque illuminat umbras.
Ille coronatos jamdudum amplectitur ignes,
Fatidicum sorbens vultu flagrante vaporem.
Stant tristes horrore comae, vittasque trementes
Caesaries insana levat: diducta putares
Lumina, consumptumque genis rediisse nitorem.
Tandem exundanti permisit verba furori:
« Audite, o sontes, extrema litamina divûm,
Labdacidae: venit alma salus, sed limite duro.
Martius inferias et saeva efflagitat anguis
Sacra: cadat generis quicumque novissimus exstat
Viperei: datur hoc tantum victoria pacto.
Felix, qui tanta lucem mercede relinquet. »
Stabat fatidici prope saeva altaria vatis
Moestus adhuc, patriae tantum communia lugens
Fata Creon, grandem subiti quum fulminis ictum,
Non secus ac torta trajectus cuspide pectus,
Accipit exanimis, sentitque Menoecea posci.
Monstrat enim, suadetque timor: stupet anxius alto
Corda metu glaciante pater: Trinacria qualis

Altri all' incontro; « Questa nostra fede
È intempestiva e tarda. Egli, piuttosto
Che patteggiar, vincer vorrà coll'armi. »
Altri piangenti e in supplichevol schiera
Pregan Tiresia che il futuro sveli,
Unico in tanti mali a lor conforto.
Ma sta ritroso, e tien rinchiusi in seno
Gli oracoli de' Numi. « È certo, dice,
Certo, che dianzi i miei consigli attese
Il re, quand' io vietai l'enorme guerra;
Ma pur, Tebe infelice, e s' io non parlo,
Già vicina a perir, non fia ch' io senta
La tua caduta, e con la vuota fronte
Sorba le fiamme dell' incendio greco.
Vinca in noi la pietà. Vergine, poni,
Poni gli altari, e consultiamo i Dei: »
Essa eseguisce, e con sagace sguardo
Mira le punte della fiamma tinte
Di sanguigno colore, e in due diviso
Ergersi 'l fuoco su gli altari, e in mezzo
Chiara e serena sfavillar la fiamma;
Indi per l'aria raggirarsi in guisa
Di tortuosa serpe in varii modi,
E mancare il rossore: il vede e il narra
Al genitor dubbioso, e le paterne
Tenebre illustra. Ed ei già buona pezza
Tiene abbracciati i coronati altari,
E con la faccia rosseggiante e accesa
Va bevendo il fatidico vapore.
Le sue dimesse e scompigliate chiome
S'ergono in alto, e l'agitato e insano
Crine solleva le tremanti bende.
Par che gli occhi riapra, e che sul volto
Di giovanezza il primo fior ritorni.
Alfin lo strabbocchevole furore
Così esalò da l' infiammato petto:
« Quale tremendo sacrifizio estremo
Chiedano i Numi, empii Tebani, udite:
Verrà per aspra via l'alma salute.
Ma di Marte il dragon da noi richiede
Vittima umana, umano sangue: cada
Chi l'ultimo fra noi scese da l'angue.
Solo a tal patto Tebe avrà vittoria.
Oh lui felice, che darà la vita
A sì gran prezzo d' immortale onore! »
Del fatidico vate al fiero altare
Era vicin Creonte ansio e dolente
Del patrio suol per lo comun periglio.
Quando, come dal fulmine percosso,
O da ritorto dardo in sen trafitto,
Semivivo sentì chiedersi a morte
Meneceo il figlio, e glielo fa palese,
E gliel mostra il timor; stupido resta,
E intorno al cuor se gli restringe il sangue.
Così percossi di Trinacria i lidi
Sono dal mar, se contro d'essi il spinge

Ora repercussum Libyco mare sumit ab aestu.
Mox plenum Phoebo vatem et celerare jubentem
Nunc humilis genua amplectens, nunc ora canentis
Nequicquam reticere rogat: jam fama sacratam
Vocem amplexa volat, clamantque oracula Thebae.
Nunc, age, quis stimulos et pulchrae gaudia mortis
Addiderit juveni (neque enim haec absentibus unquam
Mens homini transmissa deis) memor incipe Clio,
Saecula te quoniam penes et digesta vetustas.
Diva Jovis solio juxta comes, unde per orbem
Rara dari, terrisque solet contingere virtus;
Seu pater omnipotens tribuit, sive ipsa capaces
Elegit penetrare viros, coelestibus ut nunc
Desiluit gavisa plagis: dant clara meanti
Astra locum, quosque ipsa polis affixerat ignes,
Jamque premit terras, nec vultus ab aethere longe;
Sed placuit mutare genas: fit provida Manto,
Responsis ut plana fides, et fraude priores
Exuitur vultus: abiit horrorque vigorque
Ex oculis, paulum decoris permansit, honosque
Mollior, et posito vatum gestamina ferro
Subdita: descendunt vestes, torvisque ligatur
Vitta comis (nam laurus erat); tamen aspera produnt
Ora deam, nimiique gradus: sic Lydia conjux
Amphitryoniaden exutum horrentia terga
Perdere Sidonios humeris ridebat amictus,
Et turbare colus, et tympana rumpere dextra.
Sed neque te indecorem sacris, dignumque juberi
Talia, Dircaea stantem pro turre, Menoeceu,
Invenit: immensae reserato limine portae
Sternebas Danaos: pariter Mavortius Haemon.
Sed consanguinei quamvis, atque omnia fratres,
Tu prior: exanimes circumcumulantur acervi.
Omne sedet telum: nulli sine caedibus ictus.
Necdum aderat virtus: non mens, non dextra quiescit,
Non avida arma vacant, ipsa insanire videtur

Austro talor da l'africana arena.
Del crudel vate, che di Febo ha colmo
Il vasto seno, le ginocchia abbraccia
Supplichevole in atto, e lo scongiura
A por silenzio al vaticinio orrendo;
Ma invan lo prega, e già la fama vola
Con le sacrate voci, e tutta Tebe
Risuona già della febea risposta.
Or chi aggiungesse generosi sproni,
E d'onorata morte almo desio
Nel giovane feroce (un cotal dono
Non scende a noi senza favor de' Numi)
Or tu rimembra, o Clio. Tu, che conservi
Ognor vivaci le memorie antiche
E i secoli vetusti, e del Tonante
Assisti al trono, onde sì raro in terra
Scender suol la virtude, o sia che Giove
La doni a i suoi più cari, o ch'ella scelga
Anime generose e di sè degne:
Siccome allor da le celesti piagge
Lieta e bella discese. Al suo passaggio
Dier luogo gli astri, e quelle stesse faci
Che di sua mano ella innalzò fra loro.
E di già è in terra, e pur l'eccelsa fronte
S'avvicina a le sfere. Il grande aspetto
Però mutar le piace, e la sembianza
Di Manto prende, onde più presto a i detti
Menecco porga e a i vaticinii fede.
Così mutata per celar l'inganno,
Sparver da gli occhi l'orridezza e il fuoco;
Ma il primiero decoro e più soave
La maestà ritien; deposto il ferro,
L'augural verga impugna; a terra il manto
Lascia cadere, e le confuse chiome
Attorciglia di bende, e lascia il lauro
Ch'era suo fregio; ma il feroce aspetto
La palesa per nume, e il passo altero.
Tale già si ridea del fiero Alcide
Onfale allor, che in femminili spoglie
Deposto del leon l'ispido vello,
Squarciava e manti e gonne, e colla mano
Troppo grave rompea cembali e fusi.
Te, forte Meneceo, trovò la dea
Non di lascive fogge adorno e molle;
Ma qual conviensi al sacrifizio, e degno
Del grande onor dell' immortal comando.
Della torre Dircea schiuse le porte
Facea strage de' Greci, e seco Emone:
Ma quantunque d'un sangue ambi e fratelli,
Menecco lo precede: a lui dintorno
Stan cumuli di morti e di malvivi.
Ogni dardo colpisce, ed ogni colpo
Seco porta la morte, e non ancora
Presente è la virtù. La mano, il core
Non trovan posa, e il sitibondo brando
Non cessa: sembra che la Sfinge stessa,

Sphinx galeae custos, visoque animata cruore
Emicat effigies, et sparsa orichalca renident;
Quum dea pugnantis capulum, dextramque repressit:
« Magnanime o juvenis, quo non agnoverit ullum
Certius armifero Cadmi de semine Mavors,
Linque humiles pugnas, non haec tibi debita virtus:
Astra vocant, coeloque animam (plus concipe) mittes.
Jamdudum hoc hilares genitor bacchatur ad aras,
Hoc ignes, fibraeque volunt, hoc urget Apollo.
Terrigenam cuncto patriae pro sanguine poscunt.
Fama canit monitus: gaudet Cadmeia plebes
Certa tui: rape mente deos, rape nobile fatum.
I, precor, accelera, ne proximus occupet Haemon.»
Sic ait, et magna cunctantis pectora dextra
Permulsit tacite, seseque in corde reliquit.
Fulminis haud citius radiis afflata cupressus
Combibit infestas et stirpe et vertice flammas,
Quam juvenis multo possessus numine pectus
Erexit sensus, letique invasit amorem.
Ut vero aversae gressumque habitumque notavit,
Et subitam a terris in nubila crescere Manto,
Obstupuit. « Sequimur, divûm quaecumque vocasti.
Nec tarde paremus, » ait: jam jamque recedens,
Instantem vallo Pylium tamen Agrea fixit.
Armigeri fessum excipiunt; tum vulgus euntem
Auctorem pacis, servatoremque deumque
Conclamat gaudens, atque ignibus implet honestis.
Jamque iter ad muros cursu festinus anhelo
Obtinet, et miseros gaudet vitasse parentes;
Quum genitor (steteruntque ambo, et vox haesit utrimque,
Dejectaeque genae) tandem pater ante profatur:
« Quis novus inceptis rapuit te casus ab armis?
Quae bello graviora paras? dic, nate, precanti,
Cur tibi torva acies? cur hic truculentus in ore
Pallor? et ad patrios non stant tua lumina vultus?
Audisti responsa, palam est: per ego oro tuosque,
Nate, meosque annos, miseraeque per ubera matris,
Ne vati, ne crede, puer. Superine profanum

Che sta in guardia dell'elmo, in rabbia monti,
E visto il sangue, l'animata immago
Fiammeggi e splenda, ed ei n'ha l'armi asperse.
Quando a lui, che combatte, il braccio arresta
La diva, e il brando, indi così favella:
« Generoso garzon, di cui maggiore
Marte non vide fra il guerriero seme
Di Cadmo, lascia queste pugne umili:
Non son degne di te vulgari imprese.
Te chiaman gli astri (a maggior cose aspira).
E renderai al ciel l'anima grande.»
Questo sol grida, a i lieti altari intorno.
Il genitor; questo le fibre e i fuochi
Mostrano; questo sol richiede Apollo:
Ch'uno de i figli della terra il sangue
Dia per la patria. Vola intorno il grido;
Tebe n'esulta. e in tuo valor si affida.
Rapisci i Numi colla mente; afferra
Il gran destino; va, corri t'affretta
Pria che t'involi un tanto onore Emone.»
Disse; e di lui, che tarda e sta sospeso,
Il petto molce colla destra, e tutta
In lui s'infonde, e di sè gli empie il core.
Non così ratta la celeste fiamma
Serpe da le radici a l'alte cime
Di cipresso dal fulmine percosso;
Come il garzon pieno del nume, i sensi
A gloria elesse, e s'invaghì di morte.
Ma poi che vide della finta Manto
Le vesti e il portamento, e che da terra
S'alza sovra le nubi, inorridissi.
« O chiunque tu sia, dea, che mi chiami,
Disse, io ti seguo, e ad ubbidir non tardo.»
Parte, e partendo Agrio di Pilo uccide,
Che ardito l'incalzava: in su le braccia
Lo riportaro estinto i suoi scudieri.
Dovunque passa, la festosa turba
Lieta gli applaude, e autor di pace il chiama.
Liberatore e nume, e sproni aggiunge,
E di fiamma d'onor tutto l'accende.
Già con ansante corso a l'alte mura
Era egli giunto, ed in suo cor godea
D'aver schivato i genitori afflitti;
Quando ecco il padre (ambi restaro immoti
Ed ambi muti, ed abbassâr le fronti)
Ma il padre in fine lo prevenne e disse:
« Qual nuovo caso le difese soglie
Fa che tu lasci? e quale impresa tenti
Della guerra peggiore? onde, ti prego,
Nasce il turbato ciglio? onde il pallore?
Perchè non alzi al genitore il guardo?
Ah veggio ben che la fatal risposta,
Figlio, a te giunse: il veggio certo. Ah figlio!
Per gli anni miei, pe' tuoi, figlio, ti prego,
E per lo sen dell'infelice madre,
Non prestar fede al vate. Adunque i Numi

Dignantur stimulare senem? cui vultus inanis,
Extinctique orbes, et poena simillima diro
Oedipodae? Quid si insidiis, et fraude dolosa
Rex agit? extrema est cui nostra in sorte timori
Nobilitas, tuaque ante duces notissima virtus.
Illius haec forsan remur, quae verba deorum
Ille monet: ne frena animo permitte calenti:
Da spatium, tenuemque moram: male cuncta ministrat
Impetus: hoc, oro, munus concede parenti.
Sic tua maturis signentur tempora canis,
Et sis ipse parens, et ad hunc, animose, timorem
Pervenias: ne perge meos orbare penates.
Externi te nempe patres, alienaque tangunt
Pignora? si pudor est, primum miserere tuorum.
Haec pietas, hic verus honos, ibi gloria tantum
Ventosumque decus, titulique in morte latentes.
Nec timidus te flecto parens: i, proelia misce,
Per Danaas acies, mediosque per obvius enses;
Non teneo: liceat misero tremebunda lavare
Vulnera, et undantem lacrymis siccare cruorem,
Teque iterum saevis, iterumque remittere bellis.
Hoc malunt Thebae. » Sic colla manusque tenebat
Implicitus: sed nec lacrymae nec verba movebant
Dis votum juvenem: quin et monstrantibus illis
Fraude patrem tacita subit, avertitque timorem:
« Falleris heu, verosque metus, pater optime, nescis.
Non me ulli monitus, nec vatum exorsa furentum
Sollicitant, manesque movent: sibi callidus ista
Tiresias, nataeque canat: non si ipse reclusis
Cominus ex adytis in me insaniret Apollo.
Sed gravis unanimi casus me fratris ad urbem
Sponte refert: gemit Inachia mihi saucius Haemon
Cuspide: vix illum medio de pulvere belli
Inter utrasque acies, jam jamque tenentibus Argis.
Sed moror: i, refove dubium, turbaeque ferenti
Dic, pareant, leviterque vehant: ego vulnera doctum
Jungere, supremique fugam revocare cruoris,

Si degneranno nel profano petto
Scender d'un veglio, che nel vuoto viso
Mostra il furore, e delle luci privo,
A l'empio Edippo è nella pena eguale?
Forse, chi sa! queste son frodi ordite
Dal crudo re, che nell'estrema sorte
Teme di noi, del nostro sangue, e teme
Il tuo valor che sovra ogni altro duce
Ti distingue e t' innalza. E questi detti
Non son de' Numi, qual Tiresia vanta,
Ma del tiranno. Deh ritieni a freno
L'animo ardente, e breve indugio accorda,
Breve dimora al genitor, che prega.
Ogni bel fatto l' impeto corrompe:
Così tu ancora a la canizie arrivi;
Tu pur sii padre, e questa stessa tema
Provi, che per te provo. I miei penati
Non far orbi di te. Dunque cotanto
De' genitori altrui, degli altrui pegni
Senti pietà? Se te vergogna muove,
Sentila pria de' tuoi. Questa è pietade,
Questo è onor vero. Ivi è sol gloria vana,
E un inutile nome, e nella morte
Un vano fregio che si asconde e cela:
Nè già codardo padre è che ti prega.
Va, pugna misto fra le Argive schiere,
Il petto opponi a l'aste e a l'armi ignude,
Io non tel vieto: a l' infelice padre
Almen si dia le gloriose e belle
Piaghe lavarti, o figlio, e con i pianti
Tergerne il sangue, e rimandarti in guerra.
Questo è quel che da te la patria chiede.
  Così dicendo, dell'amato figlio
Tien colle braccia e mani e collo avvinti;
Ma il giovane, che a i Dei s' è offerto in voto,
Non cede a i pianti e a le querele, e un nuovo
Ispirato da i Numi ordisce inganno,
Con cui dal suo timore il padre affida.
  « In error sei, buon padre, e di mia tema
La verace cagione ancor t' è ignota.
Me non muovon gli oracoli, o i clamori
De i furibondi vati, o l'ombre vane.
Canti le fole sue Tiresia astuto
A sè e a la figlia: non se Apollo stesso,
Le fatidiche grotte disserrando,
Col suo furore m' agitasse il petto;
Ma dentro la città mi riconduce
Dell' amato fratello il caso acerbo.
Langue ferito Emon da strale greco;
A fatica l' abbiam pur or ritolto,
Fra l' uno e l' altro esercito, dal campo
Ov' ei giaceva, e da le mani ostili:
Ma il tempo io perdo. Vanne, o padre, e prendi
Di lui tu cura, e di', che mollemente
La turba de i sergenti addietro il porti:
Io corro in traccia d' Etione esperto

Actiona petam. » Sic imperfecta locutus
Effugit: illi atra mersum caligine pectus
Confudit sensus: pietas incerta vagatur,
Discordantque metus: impellunt credere Parcae.
Turbidus interea ruptis venientia portis
Agmina belligeri Capaneus agit aequore campi.
Cornua nunc equitum, cuneos nunc ille pedestres,
Et proculcantes moderantum funera currus;
Idem altas turres saxis, et turbine crebro
Laxat: agit turmas idem, atque in sanguine fumat.
Nunc spargit torquens volucri nova vulnera plumbo,
Nunc jaculum excusso rotat in sublime lacerto,
Nullaque tectorum subit ad fastigia, quae non
Deferat hasta virum, perfusaque caede recurrat.
Nec jam aut Tydeum, aut Hippomedonta peremptos,
Aut vatem Pelopea phalanx, aut Arcada credunt:
Quin sociûm coïsse animas, et corpore in uno
Stare omnes: ita cuncta replet: non ullius aetas,
Non cultus, non forma movet: pugnantibus idem,
Supplicibusque furit: non quisquam obsistere contra,
Non belli tentare vices: procul arma furentis,
Terribilesque jubas, et frontem cassidis horrent.
At pius electa murorum in parte Menoeceus,
Jam sacer aspectu solitoque augustior ore,
Ceu subito in terras supero demissus ab axe,
Constitit, exempta manifestus casside nosci,
Despexitque acies hominum, et clamore profundo
Convertit campum, jussitque silentia bello.
« Armorum Superi, tuque o qui funere tanto
Indulges mihi, Phoebe, mori, date gaudia Thebis,
Quae pepigi, et toto quae sanguine prodigus emi.
Ferte retro bellum, captaeque impingite Lernae
Relliquias turpes, confixaque terga foventes
Inachus indecores pater aversetur alumnos.
At Tyriis templa, arva, domos, connubia, natos
Reddite morte mea: si vos placida hostia juvi,
Si non attonitis vatis consulta recepi

Le piaghe a risanar, stagnare il sangue. »
Qui tronca i detti, e fugge. Un altro orrore
Ingombra allor la mente, e i sensi turba
Dell' incerto Creonte: errando a caso
Va la pietà tra i due timor discordi.
Ma la Parca lo sforza, e fa che il creda.
Intanto Capaneo torbido e audace
I Tirii assale da le porte usciti
In campo aperto a guerreggiar co' Greci.
Ora le corna de' cavalli, ed ora
Le squadre de i pedoni urta e scompiglia:
Gli aurighi abbatte, e mette in fuga i carri,
Che passan sopra i condottier giacenti:
Or l' alte torri indebolisce e scote,
Lanciando spessa grandine di sassi:
Fuma nel sangue, e gli ordini perturba:
Lancia piombi volanti, e nuove piaghe
Piove sopra i Tebani: or vibra in alto
Con tutto il braccio fulminando i dardi.
A la cima de i muri asta non giunge
Ch' uom non abbatta, e non ricada al suolo
Di fresca strage sanguinosa e tinta.
Nè già più sembra a la falange argiva
Che Tidéo manchi loro, o Ippomedonte,
O il prisco vate, o l' arcade garzone.
Ma par che in lui tutte sien l' alme accolte
Di tanti eroi: così per tutti adempie.
Non età, non splendor, non vago aspetto
Muovono il fiero cor: del pari ei fere
Chi combatte e chi prega. Alcun non osa
Di stargli a fronte e di tentar la sorte:
Ma temon di lontan del furibondo
L' armi, le creste e l'orrido cimiero.
In parte eletta delle patrie mura
Fermossi intanto Menecéo pietoso,
Già sacro nell' aspetto e venerando,
Ed in sembianza, oltre l' usato, augusto,
Qual se da gli astri pur allor scendesse.
E già deposto l' elmo, e a tutti noto,
D' alto mirando le guerriere squadre,
Mise uno strido, e in sè rivolse il campo,
E tregua impose a la battaglia, e disse:
« Numi dell' armi, e tu, che a me concedi
Cader di sì gran morte, amico Apollo,
Quelle che patteggiai, gioia e riposo,
E che comprai con tutto il sangue mio,
Donate a Tebe. Rivolgete indietro
L' orrida guerra, e le reliquie infami.
Lerna vinta ne accolga, ed il superbo
Inaco abborra i figli indegni, il tergo
Impressi di bruttissime ferite.
Ma case, campi, tempii, e moglie e figli
Date a i Tebani di mia morte in prezzo
Se ubbidiente vittima a voi piacqui,
Se del gran vate le risposte accolsi
Con intrepido orecchio, e l' eseguii,

Auribus, et Thebis nondum credentibus hausi,
Haec Amphioniis pro me persolvite terris,
Ac mihi deceptum, precor, exorate parentem. »
Sic ait, insignemque animam mucrone corusco
Dedignantem artus pridem, moestamque teneri
Arripit, atque uno quaesitam vulnere rumpit.
Sanguine tunc spargit turres, et moenia lustrat,
Seque super medias acies, nondum ense remisso,
Jecit, et in saevos cadere est conatus Achivos.
Ast illum amplexae Pietas Virtusque ferebant
Leniter ad terras corpus; jam spiritus olim
Ante Jovem, et summis apicem sibi poscit in astris.
Jamque intra muros nullo sudore receptum
Gaudentes heroa ferunt: abscesserat ultro
Tantalidum venerata cohors: subit agmine longo
Colla inter juvenum, laetisque favoribus omni
Concinitur vulgo, Cadmum atque Amphiona supra
Conditor: hi sertis, hi veris honore soluto
Accumulant artus, patriaque in sede reponunt
Corpus adoratum: repetunt mox bella peractis
Laudibus: hic victa genitor lacrymabilis ira
Congemit, et tandem matri data flere potestas:
« Lustralemne feris ego te, puer inclyte Thebis,
Devotumque caput, vilis ceu mater alebam?
Quod molita nefas? cui tantum invisa deorum?
Non ego monstrifero coitu revoluta novavi
Pignora, nec nato peperi funesta nepotes.
Quid refert? habet ecce suos Iocasta, ducesque
Regnantesque videt: nos saeva piacula bello
Demus, ut alternis (placet hoc tibi fulminis auctor)
Oedipodionii mutent diademata fratres.
Quid Superos, hominesve queror? tu, saeve Menoeceu,
Tu miseram ante omnes properasti exstinguere matrem.
Unde hic mortis amor? quae sacra insania menti?
Quosve ego conceptus, aut quae mala pignora fudi
Tam diversa mihi? nimirum Martius anguis,
Quaeque novis proavum tellus effloruit armis.
Hinc animi tristes, nimiusque in pectore Mavors,
Et de matre nihil: sponte en ultroque peremptus
Irrumpis moestas fatis nolentibus umbras.
Ast egomet Danaos, Capaneaque tela verebar.
Haec erat, haec metuenda manus, ferrumque, quod amens

Tebe non lo credendo: al patrio suolo
Per me rendete la mercè ch'io chieggio,
E mi placate il genitor deluso. »
Sì disse, e l'alma generosa e schiva
Già di sua spoglia, e di più star rinchiusa
Impaziente, in libertà ripose
Con il lucido acciaro al primo colpo.
Di sangue asperse i muri e l'alte torri,
E si lanciò fra i combattenti in guisa,
Che andò a cader sovra gli odiati Argivi;
Ma Pietà, ma Virtude alto su l'ali
Portaro il corpo, e lo posaro in terra;
E già lo spirto sta di Giove al trono,
Ed ha fra gli astri la primiera sede.
Senza contese si riporta in Tebe
Il magnanimo eroe: cedero i Greci,
Venerando il gran fatto. A lunghe file
Vien ricondotto su gli alteri colli
De i giovani più scelti. Il vulgo applaude,
E fra gl'inni e fra i canti e i lieti gridi
Maggior di Cadmo e d'Anfion l'appella.
Altri l'ornan di serti, altri di fiori
Spargon le membra; e l'onorato corpo
Ripongono degli avi entro la tomba.
Dato fine a le lodi, in guerra riedono.
Ma il miserabil genitor, che l'ira
Conversa ha in lutto, piange, ed a la madre
È dato al fine il piangere e il dolersi:
« Io dunque ti nudrii, garzone invitto,
Quasi madre vulgar, vittima a Tebe,
E capo sacro a la comun salute?
E che mai feci? e perchè i Numi in ira
M'hanno cotanto? Io già d'impure fiamme
Non arsi, o al figlio partorii nepoti.
Ma che mi giova, se Giocasta i suoi
Parti ancor mira, e capitani e regi?
Noi diam l'ostie a la guerra, (e tu l'approvi
Crudo Tonante) perchè i rei fratelli
Seme d'Edippo cangin serto e regno.
Ma perchè i Numi incolpo? Ah che a la madre
Tu affretasti il morir, figlio crudele.
E donde in te questo desio di morte?
Qual Menecéo, diro furor t'invase?
Qual io mi partorii per mia sciagura
Figli da me diversi e appunto scesi
Dal dragone di Marte e da la terra,
Onde uscì l'avo di nuov'armi adorno!
Quinci l'alma feroce, e il troppo ardire
Che racchiudevi in sen: tu da la madre
Nulla traesti. A volontaria morte
Ecco tu corri, e delle Parche in onta
Scendi immaturo infra le pallid'Ombre.
Io per te ben temea gli Argivi, e l'armi
Di Capaneo; ma questa stessa mano,
Lo stesso ferro che a te, folle, io diedi,
Questi eran da temer: misera! come

Ipsa dedi: viden', ut jugulo consumpserit ensem?
Altius haud quisquam Danaûm mucrone subisset. »
Diceret infelix etiamnum et cuncta repleret
Questibus: abducunt comites, famulaeque perosam
Solantes thalamoque tenent: sedet eruta multo
Ungue genas: non illa diem, non verba precantum
Respicit, aut visus flectit tellure relictos,
Jam vocis, jam mentis inops: sic aspera tigris
Fetibus abreptis Scythico deserta sub antro
Accubat, et tepidi lambit vestigia saxi.
Nusquam irae: sedit rabies, feritasque, famesque
Oris, eunt praeter secura armenta, gregesque.
Aspicit illa jacens: ubi enim, quibus ubera pascat,
Aut quos ingenti premat exspectata rapina?
Hactenus arma, tubae, ferrumque, et vulnera: sed nunc
Cominus astrigeros Capaneus tollendus in axes.
Non mihi jam solito vatum de more canendum:
Major ab Aoniis sumenda audacia lucis.
Mecum omnes audete deae: sive ille profunda
Missus nocte furor, Capaneaque signa secutae
Arma Jovem contra Stygiae rapuere sorores,
Seu virtus egressa modum, seu gloria praeceps,
Seu magnae data fama neci, seu laeta malorum
Principia, et blandae Superûm mortalibus irae,
Jam sordent terrena viro, taedetque profundae
Caedis, et exhaustis olim Graiûmque suisque
Missilibus, lassa respexit in aethera dextra.
Ardua mox torvo metitur culmina visu,
Innumerosque gradus, gemina latus arbore clusus,
Aërium sibi portat iter, longeque timendus
Multifidam quercum flagranti lumine vibrat.
Arma rubent una, clypeoque incenditur ignis.
« Hac, ait, in Thebas, hac me jubet ardua virtus
Ire, Menoeceo qua lubrica sanguine turris.
Experiar, quid sacra juvent, an falsus Apollo. »

L'hai fino a l'elsa nella gola immerso!
Non t'avrebbe il più barbaro tra i Greci
Di più profonda piaga il seno aperto. »
Non dava fine a le querele, a i pianti
Quell'infelice, onde assordava il cielo.
Ma le amiche e le ancelle il suo dolore
Van consolando, e suo malgrado al fine
La riconducon nel rinchiuso ostello.
A terra siede, lacerando il volto,
Nè ascolta i detti, e non riguarda il giorno,
Ma i lumi tiene affissi al suolo e immoti.
Tale in Scitica grotta immane tigre,
Cui furò i figli il cacciatore alpestre,
Giace lambendo il tepido covile,
E l'ire scorda e il natural furore,
E la rabbia e la fame; armenti e greggi
Passan sicuri: essa sel vede e stassi.
E a chi colmar di nuovo latte il seno?
A chi portar la conquistata preda?
D'armi, d'aste, di trombe e di ferite
Basti fin qui: di Capaneo il valore
Or conviensi innalzar sino a le stelle.
Non basta a tanta impresa il plettro usato:
Uopo è di maggior suono, e che in me spiri
Nuov'aura, nuovo spirto e maggior fuoco
Da le selve d'Aonia, e il sen m'accenda.
Su tutte, o voi caste canore Dee,
Su tutte, meco osate, e al gran soggetto
Uniam le trombe, e solleviamo il canto.
O quel furor del cupo centro uscío
Del baratro profondo, e contro Giove
Di Capaneo seguendo il gran vessillo,
Rapiron l'armi le Tartaree suore:
O la virtù trapassò il segno, o il spinse
Gloria precipitosa, o colla morte
Prezzo mercò d'immortal fama e grande:
O che lieti principii hanno i disastri:
O lusinghiere son l'ire de i Numi.
Sdegna il feroce omai terrene imprese,
Nausea l'immensa strage: e già consunte
L'aste greche e le sue, lo sguardo innalza
Torvo, e con stanca mano il ciel minaccia.
Indi aereo cammin di cento e cento
Gradi fra due gran piante affissi e immoti
Alto sostenta, onde varcar de i venti
Osa gli spazii, e penetrare in Tebe.
Squadra con gli occhi da la cima al fondo
L'eccelse torri, e orribile in sembianza
Di secca quercia accesa face scuote.
Ne rosseggiano l'armi, e nello scudo
Ripercossa la fiamma, acquista lume.
« Questo è, grida, il sentier, per cui mi sforza
La virtude a salir: là, 've del sangue
Di Menecéo son l'alte mura sparse,
Ora vedrem se a lor salute giovi
Il sacrifizio, o sia fallace Apollo. »

Dixit, et alterno captiva in moenia gressu
Surgit ovans: quales mediis in nubibus aether
Vidit Aloidas, quum cresceret impia tellus
Despectura deos, nec adhuc immane veniret
Pelion, et trepidum jam tangeret Ossa Tonantem.
Tum vero attoniti fatorum in cardine summo,
Ceu suprema lues urbem, facibusque cruentis
Aequatura solo turres Bellona subiret,
Omnibus e tectis certatim ingentia saxa,
Roboraque, et gravidas fundae Balearis habenas
(Nam jaculis, coeloque vagis spes unde sagittis?),
Verum avidi et tormenta rotant, et molibus urgent.
Ille nec ingestis, nec terga sequentibus unquam
Detrahitur telis, vacuoque sub aëre pendens
Plana velut terra certus vestigia figat,
Tendit, et ingenti subit occurrente ruina.
Amnis ut incumbens longaevi robora pontis
Assiduis oppugnat aquis: jam saxa fatiscunt,
Emotaeque trabes: tanto violentior ille
(Saevit enim majore salo) quassatque, trahitque
Molem aegram, nexus donec celer alveus omnes
Abscidit, et cursu victor respirat aperto.
Utque petita diu celsus fastigia supra
Eminuit, trepidamque assurgens desuper urbem
Vidit, et ingenti Thebas exterruit umbra,
Increpat attonitos: « Humilesne Amphionis arces,
Pro pudor, hi faciles, carmenque imbelle secuti,
Et, mentita diu Thebarum fabula, muri?
Et quidnam egregium prosternere moenia molli
Structa lyra? » Simul insultans, gressuque, manuque
Molibus obstantes cuneos, tabulataque saevus
Destruit: absiliunt pontes, tectique trementis
Saxea frena labant, disseptoque aggere rursus
Utitur, et truncas rupes in templa, domosque
Praecipitat, frangitque suis jam moenibus urbem.
Jamque Jovem circa studiis diversa fremebant
Argolici, Tyriique dei: pater aequus utrisque
Aspicit ingentes ardentum cominus iras,
Seque obstare videt: gemit inservante noverca
Liber, et obliquo respectans lumine patrem:

Sì dice, e sale, e su i ripari vinti
Trionfante passeggia. In cotal guisa
Gl' immani figli d' Aloo tremendo
Giove mirò, quando a far guerra a i Numi
Sovra sè stessa s' innalzò la terra:
Nè Pelia era ancor giunto, e già toccava
Le timorose sfere Ossa sublime.
Nell' estremo periglio delle cose,
Attoniti i Tebani e timorosi,
Qual se l' ultimo eccidio, e se Bellona,
La man di face armata, entrasse in Tebe
Abbattendo e struggendo altari e tempii;
Piovon sopra di lui da i tetti a gara
Immense travi e smisurate pietre,
E ferrei globi da le frombe usciti.
(Perocchè quale nel vicin conflitto
Puot' esser luogo a le saette e a i dardi?)
Impazienti d' atterrarlo, in giuso
Versan l' intere moli, e le guerriere
Macchine istesse. Egli sicuro vassi,
E di colpi percosso il tergo e il petto,
Ei non s' arresta; ma per l' aere ascende
Sicuro sì, qual se posasse in terra,
Ed entra al fine con ruina estrema.
Tal con assidui flutti a ponte antico
Assalto muove impetuoso fiume.
Treman le travi, e svelti i sassi cadono,
Ed ei con maggior impeto l' incalza,
E preme e scuote: alfin l' inferma mole
Svelle, e seco la tragge, e vincitore
Respira, e corre più spedito al mare.
Ma poi che torreggiò sull' alte mura,
E sotto i piedi rimirossi Tebe,
E tutta oppressa la città dolente
Coll' ombra immensa del feroce corpo,
Così rampogna gli atterriti cuori:
« Son dunque, sono le Anfionie rocche
Deboli tanto? oh vostra infamia eterna!
Son dunque queste le incantate pietre
Che menâr danze al suon d' imbelle canto?
Son questi i vostri favolosi muri?
Che grande impresa è l' atterrar ripari,
Di fragil lira a l' armonia contesti! »
Così insultando il passo avanza, e abbatte
E moli e tavolati e ponti, e scioglie
Le compagi de' tetti, e i tetti atterra;
I macigni ne prende, e li rilancia
Contro i sublimi tempii e l' alte torri,
E Tebe pur con Tebe appiana e strugge.
Fremon fra lor discordi intorno a Giove
Intanto i Dei Tebani e i Numi d' Argo.
Già son vicini a l' ire: a tutti eguale,
Li mira il sommo padre, ed egli solo
Li tiene a freno. Geme Bacco e duolsi.
La madrigna l' osserva, e torva guata
Il Tonante marito. « Ov' è, dic' egli,

« Nunc ubi saeva manus, meaque heu cunabula flammae,
Fulmen, io ubi fulmen? » ait. Gemit auctor Apollo,
Quas dedit ipse, domos; Lernam, Thebasque rependit
Moestus, et intento dubitat Tirynthius arcu.
Maternos plangit volucer Danaëius Argos.
Flet Venus Harmoniae populos; metuensque mariti
Stat procul, et tacita Gradivum respicit ira.
Increpat Aonios audax Tritonia divos.
Junonem tacitam furibunda silentia torquent.
Non tamen haec turbant pacem Jovis: ecce quierant
Jurgia, quum mediis Capaneus auditus in astris:
« Nullane pro trepidis, clamabat, numina Thebis
Statis? ubi infandae segnes telluris alumni,
Bacchus et Alcides? piget instigare minores.
Tu potius venias (quis enim concurrere nobis
Dignior?): en cineres Semeleaque busta tenentur.
Nunc age, nunc totis in me connitere flammis,
Juppiter: an pavidas tonitru turbare puellas
Fortior, et soceri thalamos exscindere Cadmi? »
Ingemuit dictis Superûm dolor: ipse furentem
Risit, et incussa sanctarum mole comarum,
« Quaenam spes hominum tumidae post proelia Phlegrae?
Tune etiam feriendus? » ait: premit undique lentum
Turba deûm frendens, et tela ultricia poscit.
Nec jam audet fatis turbata obsistere conjux.
Ipsa dato nondum coelestis regia signo
Sponte tonat, coëunt ipsae sine flamine nubes,
Accurruntque imbres. Stygias rupisse catenas
Iapetum, aut victam supera ad convexa levari
Inarimen, Aetnamve putes. Pudet ista timere
Coelicolas: sed quum in media vertigine mundi
Stare virum, insanasque vident deposcere pugnas,
Mirantur taciti, et dubio pro fulmine pendent.
Coeperat Ogygiae supra fastigia turris
Arcanum mugire polus, coelumque tenebris

Tua mano onnipotente? ove le fiamme
Delle mie cune, e il fulmine ritorto?
Il fulmine dov' è? » Si lagna Apollo
Che cadan da sè eretti e tempii e case.
Stassi coll' arco teso incerto Alcide
Tra Lerna e Tebe da qual parte scocchi:
L' alato cavalier d' Argo materna
Sente pietade. Venere deplora
D' Armónia il sangue, e sta in disparte, e teme
Il geloso consorte, e l' ira ascosa
Palesa a Marte con furtivi sguardi.
Sgrida gli Aonii Dei Tritonia audace:
Giunon sta cheta; ma il silenzio amaro
Scopre il furore che nel sen racchiude.
Gli sdegni lor, le lor contese a Giove
Non giungono a turbar l'eterna pace;
E già tacean le risse, allor ch' al cielo
Giunse di Capaneo l' orribil voce:
« Nume, dicea, non v' ha che la difesa
Della città tremante in cura prenda?
E dove siete, dell' infame terra
Bacco ed Alcide cittadin codardi?
Ma perchè i Dei minori a guerra sfido?
Vieni tu stesso, o Giove, e chi più degno
È di pugnar con noi? vedi, io già premo
Di Semele le ceneri e l' avello.
Or ti risenti, e contro me fa pruova
Delle tue fiamme. O in atterrir donzelle
Solo sei forte, e in penetrar di Cadmo,
Suocero indegno, il violato albergo? »
Avvampar d' ira i Numi: udillo Giove,
E sorridendo crollò il capo, e disse:
« Dopo lo scempio de' giganti in Flegra,
Cotanto orgoglio in mortal petto vive?
È dunque d' uopo fulminar te ancora?
Stangli d' intorno i Dei sdegnosi, e lento
Lo chiaman tutti, e le saette ultrici
Chiedono a prova: non ardisce Giuno
Confusa e mesta al crudel Fato opporsi.
Senza il segno aspettare, il ciel turbato
Lampeggia e tuona, e gia le nubi insieme
Vanno a trovarsi, e non le spinge il vento:
E già i nembi s' addensano. Diresti
Le Tartaree catene avere infrante
Iapeto, ovvero alzar contro le stelle
Inarime già vinta il capo altero,
Ed Etna vomitar turbini ardenti.
Si vergognano i Dei del lor timore.
Ma in cotanta vertigine del mondo,
Vedendo un uom pieno d' orgoglio e d' ira
Star contro loro, e disfidarli a guerra,
Maravigliando stan taciti e mesti,
Nè dello stesso fulmine han fidanza.
Già sordamente su l' Ogigia torre
Muggiva il cielo, e stava involto il sole
Entro cieca caligine profonda:

Auferri: tenet ille tamen, quas non videt, arces;
Fulguraque attritis quoties micuere procellis,
« His, ait, in Thebas, his jam decet ignibus uti,
Hinc renovare facem, lassamque accendere quercum. »

Talia dicentem toto Jove fulmen adactum
Corripuit: primae fugere in nubila cristae,
Et clypei niger umbo cadit: jamque omnia lucent
Membra viri: cedunt acies, et terror utrimque,
Quo ruat, ardenti feriat quas corpore turmas.
Intra se stridere facem, galeamque, comasque
Sentit, et urentem thoraca repellere dextra
Conatus, ferri cinerem sub pectore tractat.
Stat tamen, extremumque in sidera versus anhelat,
Pectoraque invisis obicit fumantia muris,
Ne caderet: sed membra virum terrena relinquunt,
Exuiturque animus: paulum si tardius artus
Cessissent, potuit fulmen meruisse secundum.

Ma non teme il feroce, e afferra e scote
Le mura che non vede; e quando i lampi
Squarcian le nubi, e il fulmine discende;
« Questi, grida, son ben fuochi più degni
Per arder Tebe, e di mia stanca face
Per rinforzar la moribonda fiamma. »
Giove allora tuonò da tutto il cielo,
E scagliò il fatal fulmine trisulco.
Primo lungi volò l'alto cimiero;
Poi lo scudo abbronzato a terra cadde;
E l'indomito corpo è tutto fuoco.
Ritiransi i guerrieri, e da qual parte
Cada, non sanno, e con le ardenti membra
Quai schiere opprima. La celeste fiamma
Sent'ei, che gli arde il petto, e l'elmo e il crine.
Con disdegnosa man sveller l'usbergo
Tenta, e sol trova cenere e faville;
E pur sta ancora, e il viso ergendo in alto,
Spira contro del ciel l'alma sdegnosa:
Per non cadere, a l'odiate mura
Appoggia il petto e le fumanti membra;
Ma queste membra al fin disciolte in polve
Lasciano in libertà lo spirto immane.
Poco più che a cader tardato avesse,
Meritato avría il fulmine secondo.

PUBLII PAPINII STATII

THEBAIDOS

LIBER UNDECIMUS

Postquam magnanimus furias virtutis iniquae
Consumpsit Capaneus, exspiravitque receptum
Fulmen, et ad terras longe comitata cadentem
Signavit muros ultricis semita flammae;
Componit dextra victor concussa plagarum
Juppiter, et vultu coelumque diemque reducit.
Gratantur Superi, Phlegrae ceu fessus anhelet
Proelia, et Encelado fumantem impresserit Aetnam.
Ille jacet lacerae complexus fragmina turris,
Torvus adhuc visu, memorandaque facta relinquens
Gentibus, atque ipsi non illaudata Tonanti.
  Quantus Apollineae temerator matris Averno
Tenditur: ipsae horrent, si quando pectore ab alto
Emergunt volucres, immensaque membra jacentis
Spectant, dum miserae crescunt in pabula fibrae.
Sic gravat injectus terras, hostiliaque urit
Arva, et anhelantem coelesti sulphure campum.
Respirant Thebae, templisque jacentia surgunt
Agmina: jam finis votis, finisque supremis
Planctibus, et natos ausae deponere matres.
  At vaga palantes campo fuga volvit Achivos.
Nec jam hostes turmae, aut ferrum mortale timetur:
Omnibus ante oculos irae Jovis, omnibus ardent
Arma metu, galeaeque tonant, visusque paventes

Poichè tutto il furor d'empia virtude
Consumò il fiero Capaneo, spirando
Il ricevuto fulmine, e del fuoco
Vendicatore lungo orribil solco
Segnàr nel suolo le cadute membra;
Il turbamento delle sfere e i moti
Placò Giove col cenno, e con un guardo
Serenò il cielo, e rese il lume al sole.
Se n'allegraro i Dei seco non meno,
Che s'ei da Flegra ritornasse ansante,
E vincitor con tutto l'Etna il fiero
E fulminato Encelado premesse.
Orrido in volto ei giace al sen stringendo
Un grave masso di caduta torre;
Ma lascia dopo sè di grandi imprese
Memoria eterna, e degna ben che Giove
D'averlo vinto si compiaccia e vanti.
  Quale e quanto si stende il fiero drudo
Violator dell'Apollinea madre;
Se dal petto talor sospesi in alto
Stanno gli augelli, hanno terror mirando
Le immense membra, mentre al crudo pasto
Riproduce le viscere infelici:
Tale e cotanto Capaneo prostrato
L'inimico terreno ingombra e adugge
Col sulfureo vapor del divin lampo.
Tebe respira, e il supplichevol vulgo
Sorge da i tempii: dassi fine a i pianti;
Cessano i voti, e fatte già sicure
Depongono le madri i dolci figli.
  Van per lo campo dissipati e sparsi
I Greci intanto: non le turme ostili,
Non mortal ferro è che li caccia. Irato
Veggonsi Giove innanzi: a ciascun sembra
Sentir sull'elmo o dentro il ferreo arnese,
La fiamma, il lampo, la saetta, il tuono.

Ipse sequi, et profugis opponere Juppiter ignes.
Instat Agenoreus miles, coelique tumultu
Utitur; indomitos ut quum Massyla per arva
Armenti reges magno leo fregit hiatu,
Et contentus abit: rauci tunc cominus ursi,
Tunc avidi venere lupi, rabieque remissa,
Lambunt degeneres alienae vulnera praedae.

Hinc premit Eurymedon, cui rusticus horror in armis,
Rustica tela manu, patriumque agitare tumultum.
Pan illi genitor: tener hinc conatibus annos
Egreditur, juvenemque patrem puer aequat Alatreus.
Felices ambo; sed fortunatior ille,
Quem genuisse juvat, nec jam dignoscere promptum,
Quae magis arma sonent, quo plus eat hasta lacerto.
Arctatur denso fugientum examine vallum.

Quas volvis, Gradive, vices? modo moenia Cadmi
Scandebant, sua nunc defendunt tecta Pelasgi.
Ceu redeunt nubes, ceu circumflantibus Austris
Alternus procumbit ager, ceu gurgite cano
Nunc retegit bibulas, nunc obruit aestus arenas.

Procumbit late pubes Tirynthia, alumni
Exuvias imitata dei: trux moeret ab alto
Amphitryoniades Nemeaea in sanguine terga,
Et similes ramos, similesque videre pharetras.
Stabat in Argolicae ferrato margine turris
Egregius lituo dextri Mavortis Enipeus
Hortator; sed tunc miseris dabat utile signum,
Suadebatque fugam, et tutos in castra receptus:
Quum subitum obliquo descendit ab aëre vulnus,
Urgentisque sonum laeva manus aure retenta est,
Sicut erat: fugit in vacuas jam spiritus auras,
Jam gelida ora tacent; carmen tuba sola peregit.

Jamque potens scelerum, geminaeque exercita gentis
Sanguine, Tisiphone fraterna cludere quaerit
Bella tuba: nec se tanta in certamina retur
Sufficere, inferna comitem ni sede Megaeram,
Et consanguineos in proelia suscitet angues.
Ergo procul vacua consedit valle, solumque
Ense fodit Stygio, terraeque immurmurat absens

Gl' incalzano i Teban, l' ira e il tumulto
Del cielo irato in lor favore usando.
Così talor fiero leon Massile,
Se fatto scempio de' più forti tori,
Sazio sen parte: da i lor antri in frotta
Corrono gli orsi ed i voraci lupi
Sicuri a divorar la preda altrui.

Da una parte li preme Eurimedonte
Di rustic' armi adorno. Agresti dardi
Impugna, e mesce rustical tumulto,
Del padre a guisa, ed il gran Pane è il padre.
Da l' altra parte, superando gli anni,
Il leggiadro Alatreo gli Argivi incalza,
E del giovane padre egli fanciullo
Eguaglia la virtude; ambi felici,
Ma più felice il genitor, che tale
Sel vede a lato, e non sai ben nell' armi
Chi più risuoni, o con più forte braccio
Chi l' aste vibri ed i volanti dardi.
Fuggono i Greci in un raccolti e stretti,
E fassi angusto a tanta fuga il vallo.

Quali mai volgi, o Marte, aspre vicende!
Ecco costor che le Anfionie mura
Salìan poc' anzi; spaventati e rotti
Difender ponno i lor ripari appena.
Così riedon le nubi, e così i venti
Piegan di qua di là le bionde ariste,
E così copre il mar d' onde l' arena,
Così la scopre, in sè volgendo i flutti.
I giovani Tirinzii, imitatori
Del cittadin lor nume, armati il tergo
Di pelli di leon, cadon fuggendo:
Alcide freme in rimirar da l' alto
Della belva Nemea squarciato il dorso
Di brutte piaghe, e per lo campo sparse
Pari a le sue giacer faretre e clave.
Stava d' Argiva torre in su le soglie
Enipeo avvezzo con guerriera tromba
A concitare a le vittorie i Greci;
Ora con più util suono a la raccolta
Gl' invita, e chiama nel munito campo.
Ecco uno strale il coglie, e la sinistra
Mano a l' orecchio inchioda. In aura sciolto
Lo spirto fugge, ma il rinchiuso fiato
Nel ritorto oricalco il suono adempie.

Ma nelle scelleraggini potente
Tesifone crudel, che già nel sangue
Delle due genti esercitate a l' ire,
Colla tromba fraterna e col duello
Finir risolve la spietata guerra;
Nè crede bastar sola al gran delitto,
Se da l' inferna sede a sè non chiama
In soccorso Megera, e d' ambi i crini
Non sian congiunte le propinque serpi.
Dunque in rimota valle il passo arresta,
E scava il suolo col tartareo brando,

Nomen, et, Elysiis signum indubitabile regnis,
Crinalem attollit longo stridore cerasten.
Caeruleae dux ille comae, quo protinus omnis
Horruit audito tellus, pontusque polusque,
Et pater Aetnaeos iterum prospexit ad ignes.
Accipit illa sonum: stabat tunc forte parenti
Proxima, dum coetu Capaneus laudatur ab omni
Ditis, et insignem Stygiis fovet amnibus umbram.
Protinus abrupta terrarum mole sub astris
Constitit, exsultant Manes, quantumque profundae
Rarescunt tenebrae, tantum de luce recessit.
Excipit atra soror, dextraeque innexa profatur:
« Hac germana tenus Stygii metuenda parentis
Imperia, et jussos potui tolerare furores,
Sola super terras, hostilique obvia mundo,
Dum vos Elysium et faciles compescitis umbras.
Nec pretium deforme morae, cassique labores.
Hoc quodcumque madent campi, quod sanguine fumant
Stagna, quod innumero Lethaea examine gaudet
Ripa, meae vires, mea laeta insignia: sed quid
Haec ego? Mars habeat, vulgataque jactet Enyo.
Vidistis (Stygiis certe manifestus in umbris)
Sanguine foedatum rictus, atroque madentem
Ora ducem tabo: miserum insatiabilis edit
Me tradente caput: modo nempe horrendus ab astris
Descendit vos usque fragor: mea sacra premebat
Tempestas, ego mixta viri furialibus armis
Bella deum, et magnas ridebam fulminis iras.
Sed jam (effabor enim) longo sudore fatiscunt
Corda, soror, tardaeque manus: hebet infera coelo
Taxus, et insuetos angues nimia astra soporant.
Tu, cui totus adhuc furor, exsultantque recentes
Cocyti de fonte comae, da jungere vires.
Non solitas acies, nec Martia bella paramus,
Sed fratrum (licet alma fides, pietasque repugnent,
Vincentur), fratrum stringendi cominus enses.

Ed a nome la chiama, e il maggior angue
In alto ergendo del vipereo crine
Sibila e stride; orribil segno e certo,
A cui mai sordo non mostrossi Averno.
Al subito fragor tremàr le sfere,
La terra e il mare; e pur di nuovo Giove
A la fucina Etnea rivolse il guardo.
Udì Megera il suono. Ella si stava
Del suo padre Acheronte in su la sponda,
Mentre di Capaneo le furie e l'ire
Colmavano d'applauso i Numi inferni,
E spegnea l'ombra spaventosa il fuoco
Nell'onda Stigia del celeste dardo.
Squarcia l'oscuro chiostro, e fuor si mostra:
Respiran l'alme, e quanto al suo partire
Scema d'orrore al tenebroso Inferno,
Tanto manca quassù di luce al giorno.
Tesifone l'accolse, e l'empia destra
A lei porgendo favellò in tal guisa:
« Potei fin qui del sommo padre inferno,
Germana, sostenere il grande impero,
E gl'imposti furori io sola in terra,
Del mondo esposta a l'odiato lume,
Mentre voi neghittose i muti Elisi
Reggete, e l'ombre facili e ubbidienti.
Mira di quante stragi è pingue il suolo,
Di quanto sangue fervon fiumi e laghi;
Quante vanno alme erranti a Lete intorno:
Tutte son opre mie. Ma che mi vanto
Di sì volgari imprese? abbiale Marte,
Abbiale Enio, che importa? un fiero duce
(Certo so ben che nell'Inferno suona
Di ciò la fama) tu pur or vedesti
In torvo aspetto, da l'immane bocca
Stillar putrido sangue: io quella fui
Che il tronco teschio a manicar gli porsi.
Lo strepito e il furor del cielo irato
Guari non ha, fin negli abissi è giunto.
Un capo a me già sacro il fiero nembo
Minacciava in quel punto. Ed io fra l'armi
Del furibondo eroe schernía gli sdegni,
E le guerre de i Numi, e mi ridea
Del fulmine di Giove e de' suoi lampi.
Ma ti confesso, o suora, al lungo affanno
Langue l'ardire, e già la destra ho stanca:
Scema l'infernal face al cielo aperto,
E il troppo lume ha di sopore oppresse
Mie serpi avvezze nell'eterna notte.
Tu, che ancor serbi i tuoi furori interi,
Le cui ceraste di Cocito a l'onda
Si dissetaro, e rinnovaro il tosco,
Tu mie forze ristora, e a me t'unisci.
Non le solite schiere e non di Marte
Le usate pugne prepariam: le spade
(Invan pietade, invan la fè si oppone)
Concitar ne convien de i due fratelli.

Grande opus: ipsae odiis, ipsae discordibus armis
Aptemur: quid lenta venis? agedum elige, cujus
Signa feras: ambo faciles nostrique; sed anceps
Vulgus, et affatus matris, blandamque precatu
Antigonen timeo, paulum ne nostra retardet
Consilia: ipse etiam, qui nos lassare precando
Suetus, et ultrices oculorum exsposcere diras,
Jam pater est: coetu fertur jam solus ab omni
Flere sibi: atque adeo moror ipsa irrumpere Thebas.
Assuetumque larem: tibi parcat impius exsul,
Argolicumque impelle nefas; neu mitis Adrastus
Praevaleat, plebesque, cave, Lernaea moretur.
Vade, et in alternas inimica revertere pugnas. »

Talia partitae diversum abiere sorores.
Ut Notus et Boreas, gemino de cardine mundi,
Hic nive Rhiphaea, libycis hic pastus arenis,
Bella cient: clamant amnes, freta, nubila, silvae;
Jamque patent strages: plangunt sua damna coloni;
Et tamen oppressos miserantur in aequore nautas.
Illas ut summo vidit pater altus Olympo
Incestare diem, trepidumque Hyperionis orbem
Suffundi maculis, torvo sic inchoat ore:

« Vidimus armiferos, quo fas erat usque, furores,
Coelicolae, licitasque acies, etsi impia bella
Unus init, aususque mea procumbere dextra.
Nunc par infandum, miserisque incognita terris
Pugna subest: auferte oculos: absentibus ausint
Ista deis, lateantque Jovem. Sat funera mensae
Tantaleae, et sontes vidisse Lycaonis aras,
Et festina polo ducentes astra Mycenas.
Nunc etiam turbanda dies: mala nubila tellus
Accipe, secedantque poli: stat parcere mundo,
Coelitibusque meis; saltem ne virginis almae
Sidera, Ledaei videant neu talia fratres. »

Sic pater omnipotens, visusque nocentibus arvis

Spingerli al reo duello. Enorme, grande,
Malagevole impresa! e pur non temo:
Gli odii loro, i furor daranci aiuto.
Perchè sospesa stai? su via, ti scegli
Qual dei due più t'aggrada: ambi son nostri,
Ambi facili e pronti a i nostri cenni.
Ben ne potrian tardar gli empii consigli
Il vulgo incerto e la piangente madre,
E d'Antigone i preghi, e il parlar blando.
Lo stesso Edippo, che invocar solea
Le nostre furie a vendicar suoi lumi,
Or si ricorda d'esser padre, e piange
Le sue sciagure in solitario luogo.
Ma perchè tardo io stessa a l'empia Tebe
Precipitarmi, ed a le note case?
Tu prendi cura del ramingo, e sprona
L'Argolico delitto, e attenta osserva
Che la plebe Lernea, che il mite Adrasto
Non ti facciano intoppo. Or parti, vola,
E torna me nemica al gran duello.
Gli empii uffizii tra lor così divisi,
Per diverso cammin presero il volo.

Tal da li due del mondo estremi poli
Muovono Borea e Noto aspre procelle,
L'un da i monti Rifei, l'altro da l'arse
Libiche arene: e fiumi e mari e selve
Fremono al gran fragore, e nubi e nembi.
Piange dell'anno la matura spene
L'agricoltore, e il conosciuto danno:
E pur nel suo dolor vie più gli duole
Mirar le navi ed i nocchier sommersi.
Ma poi che Giove rimirò da l'alto
L'enormi Dire funestare il giorno,
E di sanguigne macchie il sole asperso,
Con turbato sembiante a i Numi disse:

« Mirammo, o Dei, fin che ci fu permesso,
Le usate pugne ed i furor di Marte,
Quantunque un empio osò contro me stesso
Di muover guerra, e per mia man sen giacque.
Or si prepara fra due rei fratelli,
Infame coppia, scellerata pugna,
Nè pria veduta su la terra unquanco.
Volgete altrove il guardo, e senza i Numi
Osin tentar l'iniqua impresa, e resti
L'orrido fratricidio ignoto a Giove.
Pur troppo vidi le funeste mense
Di Tantalo, e mirai gl'iniqui altari
Di Licaone, e da Micene il carro
Volgere in fuga spaventato il sole.
Ed or di nuovo ha da ecclissarsi il giorno.
La caligine inferna abbiasi il suolo;
Ma ne sian mondi il cielo e i Numi eterni,
Nè cotanta empietà mirin d'Astrea
Le pure stelle, nè i Ledei gemelli. »

Così parlò l'onnipotente padre,
E volse gli occhi da l'infame campo,

Abstulit, et dulci terrae caruere sereno.
Jamque per argolicas Erebo sata virgo cohortes
Vestigat Polynicis iter, portisque sub ipsis
Invenit, incertum leto tot iniqua fugane
Exeat, et dubios turbabant omina sensus.
Viderat, obscura vallum dum nocte pererrat
Aeger consilii, curisque novissima volvens,
Conjugis Argiae lacera cum lampade moestam
Effigiem (sunt monstra deûm, sic ire parabat,
Has latura viro taedas erat): ergo roganti,
Quae via, quisve dolor, cur moesta insignia? tantum
Fleverat; atque manu timidos averterat ignes.
Scit mentem vidisse nefas: etenim unde Mycenis
Afforet, et vallum conjux inopina subiret?
Sed fati monitus, vicinaque funera sentit,
Ac sentire timet: quum vero Acherontis operti
Diva ter admoto tetigit thoraca flagello.
Ardet inops animi, nec tam considere regno,
Quam scelus, et caedem, et perfossi in sanguine fratris
Exspirare cupit, subitusque affatur Adrastum:
« Sera quidem, extremus sociûm, gentisque superstes
Argolicae, consulta, pater, jam rebus in arctis
Aggredior: tunc tempus erat, quum sanguis Achivûm
Integer, ire ultro, primamque capessere pugnam,
Non plebis Danaae florem, regumque verendas
Objectare animas, ut lamentabile tantis
Urbibus inducrem capiti decus: aspera quando
Praecepit virtus; nunc saltem exsolvere fas sit,
Quae merui. Scis namque, socer, licet alta recondas
Vulnera, et afflictum generi vereare pudorem;
Ille ego sum, qui te pacem et pia jura regentem
Infelix (utinamque aliis datus urbibus hospes)
Extorrem patria regnoque: sed exige tandem
Supplicia: fratrem suprema in bella (quid horres?
Decretum est fixumque) voco: desiste morari:

Privando il mondo del suo dolce lume.
Già per lo campo e per le tende Argive
La vergine crudel d'Erebo figlia
In traccia va dell'esule fratello.
Il ritrovò lungo le porte, incerto
Se con la morte o con la fuga a i mali
Il fine imponga, e pien d'augurii infausti.
Poichè, mentre pel campo errando giva
Povero di consiglio, e i casi estremi
Volgendo in mente, della moglie Argía
Veduta avea la sconsolata immago,
Con tronca face a lui mostrarsi innanzi;
(Tali de i Numi sono i segni, e tale
Gire al marito ella doveva in questa
Misera pompa, e con sì mesta fiamma)
E mentr'ei le chiedeva, ove sen gisse,
Ed a qual uopo in sì funesta guisa,
Sol rispose col pianto, e in altra parte
Volse la mano e i moribondi fuochi.
Conosce ei ben che sono larve e sogni;
Perchè, come così sola e improvvisa
Partirsi d'Argo, e penetrar nel vallo?
Ma del fato la voce e la vicina
Morte egli sente; e perchè teme, il crede.
Ma poi che l'empia figlia d'Acheronte
Tre volte a lui colla viperea sferza
La corazza percosse, in tutto privo
Di consiglio e di senno, avvampa d'ira;
Nè tanto pensa a racquistare il regno,
Quanto a le scelleraggini, a le stragi,
Ed a lavarsi nel fraterno sangue,
E a cader sopra lui. Corre ad Adrasto,
E in cotai sensi torbido favella:
« Tardi, e de' miei compagni unico avanzo,
E della Greca gente, amato padre,
Prendo consiglio a i disperati casi.
Ben io dovea, prima che il sangue Argivo
Fosse ancor sparso, a volontaria pugna
Offrirmi solo, e non esporre a morte
Tanti invitti guerrieri, e di tai regi
L'anime grandi, per ornarmi il crine
Di corona funesta a tante genti.
Ma poi che aspra virtù mi spinge e sforza,
Siami or permesso le dovute pene
Pagare almen. Quell'infelice io fui,
(E ben lo sai, ma per pietà mi celi
Le tue ferite, il tuo dolore interno)
Io quello fui, che, mentre tu reggevi
Con dolce freno di giustizia e pace
I popoli soggetti; te dal regno,
Te da la patria feci andare in bando.
Deh perchè almeno il mio crudel destino
Ospite non mi spinse ad altre terre!
Or prendine il castigo. Il mio fratello
(Che, inorridisci? Il mio voler è fermo)
Chiamo a mortal duello. Invan mi tieni;

Nec poteris; non si atra parens, miseraeque sorores
In media arma cadant; non si ipse ad bella ruenti
Obstet, et exstinctos galeae pater ingerat orbes,
Deficiam: anne bibam superest quodcumque cruoris
Inachii? et vestris etiamnum mortibus utar?
Vidi egomet propter ruptos telluris hiatus,
Nec subii: vidi exanimum, fecique nocentem
Tydea: me Tegee regem indefessa reposcit,
Orbaque Parrhasiis ululat mihi mater in antris.
Ipse nec Ismeni ripas, dum stagna cruentat
Hippomedon, Tyrias potui nec scandere turres,
Dum tonat, et tecum, Capaneu, miscere furores?
Quis tantus pro luce timor? sed digna rependam.
Conveniant ubicumque nurus, matresque Pelasgae,
Longaevique patres, quorum tot gaudia carpsi,
Orbavique domos: fratri concurro. Quid ultra est?
Spectent, et votis victorem Eteoclea poscant.
Jamque vale, conjux, dulcesque valete Mycenae.
At tu, care socer (nec enim omnis culpa malorum
Me penes; et Superi mecum, Parcaeque nocentes),
Sis lenis cineri, meque haec post proelia raptum
Alitibus, fratrique tegas, urnaque reportes.
Hoc tantum, et natae melius connubia jungas. »

Ibant in lacrymas; veluti quum vere reverso
Bistoniae tepuere nives, submittitur ingens
Haemus, et angustos Rhodope descendit in amnes.
Coeperat et leni senior mulcere furentem
Alloquio: scidit orsa novo terrore cruenta
Eumenis, alipedemque citum, fataliaque arma,
Protinus Inachii vultus expressa Perinthi
Obtulit, ac fidas exclusit casside voces.
Ac super haec: « Abrumpe moras: celeremus, et illum
Adventare ferunt portis. » Sic omnia vicit,
Correptumque injecit equo: volat aequore aperto
Pallidus, instantemque deae circumspicit umbram.

Sacra Jovi merito Tyrius pro fulmine ductor

Lasciami; nol potrai. Non se la madre
Squallida e mesta e le infelici suore
Opponessero il petto in mezzo a l'armi;
Non se frenarmi il cieco padre ardisse,
E mi fissasse in fronte i lumi spenti,
Non cesserò: forse degg'io l'estremo
Bever del sangue greco? e a mio profitto
Usar le vostre stragi? Io vidi aperto
Il suol, nè mi lanciai nella vorago:
Io colpevole feci il gran Tidéo,
E il vidi estinto. A me il suo re domanda
Sconsolato il Tegéo; per me negli antri
Parrasii urlando va l'afflitta madre:
Io non seppi cader ne i procellosi
Gorghi d'Ismeno, allor che Ippomedonte
Del suo sangue lo tinse, e non osai
Salir fra i tuoni l'alte torri, e i miei
Furori unir di Capaneo a i furori;
E perchè mai tanto timor di morte?
Or si compensin le passate colpe.
Vengan tutte a veder le greche madri,
E le vedove spose e i padri antichi,
Cui tolsi ogni piacere, e per me spente
Restàr le case: io col fratel combatto.
E che più resta? mirino, e coi voti
Preghin vittoria a l'emulo germano.
Addio dunque, consorte, addio Micene,
Sì cara un tempo, e tu diletto padre:
(S'egli è pur ver che di cotanti danni
Solo in colpa non fui, ma peccàr meco
Le Parche e i Numi) del mio cener freddo
Abbi pietade, e la mia esangue spoglia,
Tolta a i rapaci augelli ed al fratello,
Riporta indietro, e la rinchiudi in urna.
Questo sol chieggio, e la tua figlia poi
Ad altri dona con miglior destino. »

Già tutti intorno si sciogliean in pianto;
Siccome allor che le Bistonie nevi
Sciolgonsi a i lunghi soli, Emo rassembra
Liquefatto scemarsi, ed in più rivi
Scendere al piano Rodope diviso.
Già con placidi detti il re canuto
Cominciava a placar l'alma superba,
Ma con nuovo terror la sanguinosa
Furia ruppe i discorsi, ed in sembianza
Di Perinto scudier l'armi fatali
E il veloce corsier tosto gli offerse,
E chiuse l'elmo, ed il parlar n'escluse:
Indi soggiunse: « A che più far dimora?
Su via t'affretta: in su le porte stassi
Il tuo fratello, e te disfida e chiama. »
Così, vinto ogn'intoppo, in sul destriero
Lo sbalza. Ei corre per l'aperto piano
Pallido, e a tergo si rimira l'ombra
Della dea che l'incalza e che lo preme.

Intanto il re della Sidonia gente

Nequicquam Danaos ratus exarmassé ferebat.
Nec pater aetherius, divûmque has ullus ad aras;
Sed mala Tisiphone trepidis inserta ministris
Astat, et inferno praevertit vota Tonanti.
«Summe deûm, tibi namque meae primordia Thebae,
(Liveat infandum licet Argos, et aspera Juno,)
Debent, Sidonios ex quo per littora raptor
Turbasti thyasos, dignatus virgine nostra
Terga premi, et placidas falsum mugire per undas!
Nec te vana fides, iterum Cadmeia adeptum
Connubia, et Tyrios nimium irrupisse penates.
Tandem, inquam, soceros, dilectaque moenia gratus
Respicis, assertorque tonas: ceu regia coeli
Attentata tui, sic te pro turribus altis
Vidimus urgentem nubes, lateque benignum
Fulmen, et auditos proavis agnovimus ignes.
Accipe nunc pecudes, et magni turis acervos,
Votivumque marem: dignas sed pendere grates
Haud mortale opus est: certant tibi reddere Bacchus
Noster, et Alcides: illis haec moenia serva.»
Dixerat: ast illi niger ignis in ora genasque
Prosiluit, raptumque comis diadema cremavit.
Tunc ferus ante ictum spumis delubra cruentat
Taurus, et obstantum mediis e coetibus exit
Turbidus, insano feriens altaria cornu.
Diffugiunt famuli, et regem solatur haruspex.
Ipse instaurari sacrum male fortis, agique
Imperat, et magnos ficto premit ore timores.
Qualis ubi implicitum Tirynthius ossibus ignem
Sensit, et Oetaeas membris accedere vestes:
Vota incepta tamen, libataque tura ferebat
Durus adhuc, patiensque mali, mox grande coactus
Ingemuit, victorque furit per viscera Nessus.
Nuntius exanimi suspensus pectora cursu
Aepytus ad regem, portae statione relicta,
Tendit, et haec trepido vix intellectus anhelat:
« Rumpe pios cultus, intempestivaque, rector,

Vane grazie rendeva al gran Tonante
Per la dovuta folgore, credendo
Dal fatal colpo disarmati i Greci:
Non Giove al sacrifizio, e non i Numi
Furon presenti. A i trepidi ministri
Mista la Furia profanò gli altari,
Usurpò i voti, e li rivolse a Dite.
« O supremo de i Numi, il re dicea,
Da cui Tebe deriva (ancor che avvampi
Argo d'invidia, e la crudel Giunone)
Fin da quel dì che rapitor turbasti
Le Sidonie carole, e a la fanciulla
Di nostra gente sopponesti il dorso,
Dando finti muggiti in mar tranquillo;
Nè contento di ciò, ne' Cadmei tetti
Nuova moglie scegliesti, e fulminante
Pur troppo entrasti nelle Tirie case;
Benigno al fine il suocero e le mura
A te dilette rimirasti, e tuoni
Di Tebe difensor con tutto il braccio,
Come se al cielo tuo si desse assalto.
Tu fulmini poc'anzi, e nubi e nembi,
Per noi salvar, movesti: e le tue fiamme
Gli stessi fuochi riconobbe Tebe,
Che con terrore i nostri padri udiro.
Or prendi in sacrifizio il gregge e il toro
A te svenato, e gli odorosi incensi;
Ma non è già però mortale impresa
Renderti grazie al benefizio eguali.
Te le rendan per noi Bacco ed Alcide,
E ad essi, o Giove, queste mura serba.»
Mentr'ei ragiona, esce dal fuoco un vampo
Orrido e nero, che gli fere il viso,
E atterra il regal serto, e lo consuma:
Prima del colpo, di rabbiose spume
Il fiero toro sporca il tempio, e fugge
Rompendo il cerchio, e con l'insano corno
L'altar percuote, e il sacrifizio turba:
Fuggono i servi, e il sacerdote solo
Il re consola, ed ostinato impone
Che si rinnovi il sacrificio, e cela
Sotto forte sembianza il cor dubbioso.
Tale sull'Eta il glorioso Alcide,
Benchè sentisse in sen l'occulto fuoco,
E stargli a l'ossa affisso il reo veleno
Della biforme spoglia; invitto e forte
Diè fine al voto, ed offerì gl'incensi.
Ma poi che Nesso vincitore al fine
Serpendo al cor gli giunse, un alto strido
Mise, e fe' tutto rimbombare il monte.
Ma lasciata la porta a lui commessa
Epito corre ansante sì, che appena
Può avere il fiato, e in male intesi accenti
A l'attonito re così favella:
« I voti lascia, e il sacrifizio rompi,
Che fuor di tempo a i sordi Numi fai.

Sacra deûm: frater muris circum omnibus instat,
Portarumque moras frenis assultat, et hastis,
Nomine te crebro, te solum in proelia poscens. »
Flent moesti retro comites, et uterque loquenti
Adgemit, et pulsis exercitus obstrepit armis.
Ille vocat? nunc tempus erat, sator optime divûm.
Quid meruit Capaneus? » Turbatus inhorruit altis
Rex odiis, mediaque tamen gavisus in ira est.
Sic ubi regnator post exsulis otia tauri,
Mugitum hostilem summa tulit aure juvencus,
Agnovitque minas, magna stat fervidus ira
Ante gregem, spumisque animos ardentibus effert,
Nunc pede torvus humum, nunc cornibus aëra findens.
Horret ager, trepidaeque exspectant proelia valles.
Non desunt regi comites: « Sine, moenia pulset
Irritus: ille autem fractis huc audeat usque
Viribus? hic miseris furor est instare periclo,
Nec librare metus, et tuta odisse: resiste
Hoc fretus solio: nos propulsabimus hostem.
Hos bellare jube. » Sic proxima turba; sed ardens
Ecce aderat luctu, dicturusque omnia belli
Libertate Creon: urit fera corda Menoeceus:
Nulla patri requies: illum quaeritque tenetque.
Illum sanguineos proflantem pectore rivos
Aspicit, et saeva semper de turre cadentem.
Ut dubium, et pugnas cunctantem Eteoclea vidit:
« Ibis, ait, neque te ulterius, fratrumque ducumque
Pessime, funeribus patriae, lacrymisque potitum,
Eumenidum bellique reum, patiemur inulti.
Sat tua non aequis luimus perjuria divis.
Urbem armis opibusque gravem, et modo civibus arctam,
Ceu coelo dimissa lues, inimicave tellus,
Hausisti, vacuamque tamen sublimis obumbras?
Deest servitio plebes: hos ignis egentes
Fert humus, hos pelago patrius jam detulit amnis.

Gira a le mura intorno il tuo fratello
Su feroce destriero, e l'alte porte
Con l'asta insulta, e te chiamando a nome
Te ad alta voce a mortal pugna appella.
Piangongli dietro i suoi seguaci, ed ambi
Gemono i campi, e fan rimbombo e suono
D'armi percosse. Ahi qual orrore! adunque
Un fratel l'altro sfida? Adesso è il tempo,
Ora il fulmine tuo fora opportuno,
Sommo rettor de i Numi. E qual delitto
Fe' Capaneo più orribile di questo? »
A cotant'odio inorridissi ed arse
Il re di sdegno, e parte in mezzo all'ira
Sentì piacere del furor fraterno.
Tale il giovenco vincitor, se ascolta,
Dopo lungo riposo, il fier rivale
Muggir da lungi e minacciar vendetta,
Sta innanzi al gregge, e sbuffa d'ira e freme,
E versa ardenti spume, e il suol percuote
Col biforcuto piede, e l'aria vana
Col corno fere. N'han terrore i campi,
E le giovenche timide si stanno
Ad aspettar della battaglia il fine.
Molti dicono al re: « Lascia che insulti
Invan le mura, e disperato e vinto
Osi cotanto; a i miseri sol giova
Gire incontro a i perigli, e con la speme
Non librare la tema, ed i sicuri
Consigli odiare, ed abbracciar gli estremi:
Sta fermo e fida nel tuo trono: a noi
L'armi commetti, e fugherem gli Argivi.
Così dicean: ma pien di lutto e d'ira,
Ed a parlar con libertà di guerra
Del tutto accinto, ecco sen' vien Creonte.
Gli rode il fiero cor la rimembranza
Di Menecéo: nulla del padre afflitto
Può sedare la pena: a lui sol pensa,
Lui colla mente abbraccia, e ognor gli sembra
Vederlo tutto del suo sangue asperso
Dalla torre lanciarsi. Onde sdegnoso
Ad Eteócle, che sta ancor sospeso:
« Tu pure andrai, diss'egli, o del fratello
E de i duci il peggior: senza vendetta
Non soffrirem che tu di nostre stragi
Goda e de i nostri pianti, unica e infame
Delle furie cagione e della guerra.
Assai per te pagate abbiam le pene
A i spergiurati Numi. Una cittade
D'armi potente e di ricchezze, e piena
Poc'anzi pur di cittadine turbe,
Tu distruggesti, d'atra peste in guisa
Dal ciel discesa, e di nemica fame;
E così vòta ancor l'adombri e premi?
Manca la plebe al giogo: altri insepolti
Giaccion privi di fuoco, altri nel mare
Portò l'Ismeno, altri le membra tronche

Hi quaerunt artus, illi ardua vulnera curant.
Redde agedum miseris fratres, natosque patresque;
Redde arvis domibusque viros: ubi maximus Hypseus,
Finitimusque Dryas? ubi Phocidos arma sonorae,
Euboicique duces? illos tamen aequa duelli
Fors tulit ad Manes: at tu (pudet) hostia regni,
Hostia, nate, jaces, ceu mutus et e grege sanguis.
Hei mihi primitiis armorum, et rite nefasto
Libatus, jussusque mori, et cunctabitur ultra
Iste? nec adverso nunc saltem Marte vocatus
Stabit? an in pugnas alium jubet ire profanus
Tiresias? iterumque meos oracula nectit
In gemitus? quid enim misero super unicus Haemon?
Ille jube subeat, tuque hinc spectator ab alta
Turre sede? quid saeva fremis, famulamque cohortem
Respectas? hi te ire volunt, hi pendere poenas:
Ipsa etiam genitrix, ipsaeque odere sorores.
In te ardens frater ferrum mortemque minatur,
Saevaque portarum convellit claustra, nec audes?»
Sic pater infrendens, miseraque exaestuat ira.
Ille sub haec: « Non fallis, ait, nec te inclyta nati
Fata movent: canere illa patrem, et jactare decebat
Sed spes sub lacrymis, spes atque occulta cupido
His latet: insano praetendis funera voto,
Meque premis frustra, vacuae ceu proximus aulae.
Non ita Sidoniam fortuna reliquerit urbem,
In te ut sceptra cadant, tanto indignissime nato.
Nec mihi difficilis praesens vindicta; sed arma,
Arma prius famuli: coëant in proelia fratres.
Vult gemitus lenire Creon. Lucrare furorem;
Victori mihi cuncta lues.» Sic jurgia paulum
Distulit, atque ensem, quem jam dabat ira, repressit.
Ictus ut incerto pastoris vulnere serpens
Erigitur gyro, longumque e corpore toto
Virus in ora legit; paulum si devius hostis
Torsit iter, cecidere minae, tumefactaque frustra

Van ricercando; le profonde piaghe
Altri curando van laceri e infermi.
Rendi, crudele, i figli a i padri: rendi
Il fratello al fratello: a i tetti, a i campi
Rendi gli abitator, rendi i bifolchi.
E dove è il grande Ipséo? dove Driante?
Dove l' armi di Focida sonora,
E l' Euboiche falangi? In giusto marte
Quelli caddero almen: ma tu, mio figlio,
Vittima giaci dell' infame regno,
D' agnello in guisa. Oh mia vergogna e scorno!
Tu con rito crudele a i Numi offerto,
Qual primizia a la guerra, e dato a morte
Misero! fosti, e costui tarda ancora?
E v' è chi 'l chiama? e di pugnar ricusa?
Forse l' empio Tiresia altri per lui
Vorrà che vada? E i vaticinii infami
Cercan forse di nuovo i pianti miei?
Fuori d' Emone e ch' altro a me più resta?
Manda questo in tua vece, e tu sicuro
Mira da un' alta torre il suo periglio.
E perchè fremi? E perchè guardi in volto
La servil turba c' hai d' intorno? chiede
Ella che tu scenda alla pugna, e paghi
Le meritate pene: anche la madre,
Anche le tue sorelle in odio t' hanno:
E d' ira acceso l' esule germano
Armi minaccia e morte; e delle soglie
Spezza i ritegni, e tu sei sordo e lento? »
Così Creonte, e d' infelice sdegno
Smaniava furibondo. A i fieri detti
Così rispose il re: « Tu non m' inganni:
Non il gran fato dell' estinto figlio
È che ti muove: un generoso padre
Dovría vantar la gloriosa impresa.
Ma sotto il tuo dolor speme si cela,
Occulta speme e cupidigia infame.
D' infinto lutto infidi voti copri;
E già vicino al regno invan mi premi.
Ma non sia mai che la Fortuna avara
Tanto abbandoni le Sidonie mura.
Che tu non degno di cotanto figlio
Re ne divenga. Il vendicarmi fora
Facile impresa: ma recate l' armi,
L' armi recate, o servi: al gran duello
Discendano i fratelli: il nostro sangue
Può solo mitigare il costui pianto.
Godi del tuo furor; ma al mio ritorno
Me ne darai le meritate pene. »
E qui diè fine alle contese, e l' ira
Represse, e ritirò la man dal brando.
Qual lievemente dal villan percosso
Sviluppa l' angue i giri, e da le membra
Tutto accoglie a le fauci il fiero tosco;
Se dal cammin si leva, e cede il passo
Il percussor, cessano l' ire, e il collo

Colla sedent, irasque sui bibit ipse veneni.
At genitrix primam funestae sortis ut amens
Expavit famam (nec tarde credidit) ibat
Scissa comas, vultuque et pectore nuda cruento,
Non sexus, decorisve memor. Pentheia qualis
Mater ad insani scandebat culmina montis,
Promissum saevo caput allatura Lyaeo.
Non comites, non ferre ipsae vestigia natae
Aequa valent: tantum miserae dolor ultimus addit
Robur, et exsangues crudescunt luctibus anni.
Jamque decus galeae, jam spicula saeva ligabat
Ductor, et ad lituos hilarem, intrepidumque tubarum
Prospiciebat equum; subito quum apparuit ingens
Mater, et ipse metu famulûmque expalluit omnis
Coetus, et oblatam retro dedit armiger hastam.
«Quis furor? unde iterum regni integrata resurgit
Eumenis? ipsi etiam post omnia, cominus ipsi
Stabitis? usque adeo geminas duxisse cohortes,
Et facinus mandasse parum est? quo deinde redibit
Victor? in hosne sinus? o diri conjugis olim
Felices tenebrae! datis, improba lumina, poenas.
Haec spectanda dies? quo, saeve, minantia flectis
Ora? quid alternos vultus, pallorque ruborque
Mutat? et obnixi frangunt mala murmura dentes?
Me miseram, vinces! prius haec tamen arma necesse est
Experiare domi: stabo ipsa in limine portae
Auspicium infelix, scelerumque immanis imago.
Haec tibi canities, haec sunt calcanda, nefande,
Ubera, perque uterum sonipes hic matris agendus.
Parce: quid oppositam capulo parmaque repellis?
Non ego te contra Stygiis feralia sanxi
Vota deis, caeco nec Erinnyas ore rogavi.
Exaudi miseram: genitrix te, saeve, precatur,
Non pater: adde moram sceleri, et metire, quod audes.
Sed pulsat muros germanus, et impia contra
Bella ciet? non mater enim, non obstat eunti

Gonfiato indarno s'assottiglia e stende,
Ed egli stesso il suo velen ribeve.
Ma il primo avviso del furor fraterno
Appena giunge alla furente madre,
Che gli dà fede, e n'ha spavento, e corre
Lacera il crine e il volto, e sanguinosa,
E ignuda il petto di Baccante in guisa,
Dimenticando la vergogna e il sesso.
Tal di Penteo la madre a l'arduo monte
Salía, portando il pattuito capo
Del figlio ucciso al crudel Bacco in dono.
Non le giovani figlie e non le ancelle
Ponno seguirne i frettolosi passi;
Tanto il dolor le accresce forza, e tanto
Nel lutto estremo si rinforzan gli anni.
E di già il re del rilucente elmetto
Gravava il capo, ed impugnava i dardi,
In trattenersi su le lor sciagure.
Nè riedono alle case: a i morti intorno
Veglia la mesta turba: ed a vicenda
Scaccia le fiere ed i rapaci augelli
Co i gridi e colle fiamme: al dolce sonno
Non cede e non aggrava i stanchi lumi
Il pianto ch'esce d'inesausta vena.
Ma già tre volte precorrea l'aurora
Il mattutin Lucifero nel cielo,
Quando del loro onor spogliati i monti,
Scendeva dal Teumesso e dal Citero
Gran salmería di roveri e di pini.
S'alzan le pire, e i lacerati corpi
Ardono de i Tebani in mezzo a i roghi.
Godon gli onori dell'esequie estreme
L'ombre d'Ogige: ma la turba mesta
Delle Greche infelici ombre insepolte
Geme, e s'aggira intorno a i fuochi errante.
Arde Eteócle anch'egli in volgar fiamma,
Non con pompa regal: ma Polinice,
Come Greco, s'esclude, e va raminga,

At non plebeio fumare Menoecea busto
Rex genitor Thebaeque sinunt: nec robora vilem
Struxerunt de more rogum: sed bellicus agger
Curribus, et clypeis, Graiorumque omnibus armis
Sternitur: hostiles super ipse, ut victor, acervos,
Pacifera lauro crinem vittisque decorus
Accubat: haud aliter, quam quum poscentibus astris
Laetus in accensa jacuit Tirynthius Oeta.
Spirantes super inferias captiva Pelasgum
Corpora, frenatosque pater, solatia, fortes
Bellorum, mactabat equos: his arduus ignis
Palpitat, et gemitus tandem erupere paterni:
« O, nisi magnanimus tantae te laudis inisset
Ardor, Echionios mecum venerande penates,
Atque ultra recture puer: ventientia qui nunc
Gaudia et ingratum regni mihi munus acerbas.
Tu, Superùm convexa licet, coetusque perenni
(Credo equidem) virtute colas, mihi flebile semper
Numen eris: ponant aras, excelsaque Thebae
Templa dicent: uni fas sit lugere parenti.
Et nunc heu quae digna tibi solemnia, quasve
Largiar exsequias? nec si fatale potestas
Argos, et impulsas cineri miscere Mycenas.
Meque super, cui vita (nefas!) et sanguine nati
Partus honos. Eademne dies, eadem impia bella
Te, puer, et diros misere in Tartara fratres?
Et nunc Oedipodi par est fortuna doloris,
Ac mihi: quam similes gemimus, bone Juppiter, umbras!
Accipe, nate, tui nova libamenta triumphi,
Accipe, et hoc regimen dextrae, frontisque superbae
Vincula, quae patri nimium gestanda dedisti.
Regem te, regem, tristes Eteocleos umbrae
Aspiciant. » Simul haec dicens, crinemque manumque
Destruit, accensaque iterat violentius ira:
« Saevum agedum immitemque vocent, nunc funera Lernae
Tecum ardere veto: longos utinam addere sensus
Corporibus, coeloque animas Ereboque nocentes
Pellere fas; ipsumque feras, ipsum unca volucrum
Ora sequi, atque artus regum monstrare nefandos.

Dopo la morte ancor, esule l'ombra.
Formaro a Menecéo sublime rogo
Il padre e Tebe, e non di legna vili,
Ma di carri, di scudi e d'armi greche
Gli alzâr superba e bellicosa pira.
Di pacifico alloro il capo adorno,
E delle sacre bende, alto ei seri giace,
Qual vincitor, su le cataste ostili.
Tale arse lieto sovra l'Eta Alcide,
Quando fra gli astri lo chiamaro i Numi.
Vittime ancor spiranti, in cima al rogo,
Il padre uccise i prigionieri Argivi
Per suo conforto, e i bellici destrieri.
Stride la fiamma, e li consuma. In fine
Le paterne querele uscir dal petto.
« O se di troppa lode in te il desío
E un magnanimo ardor non s'accendea,
Forte garzon, dell'Echionia gente
Tu meco e dopo me terresti il regno.
Ed or le nuove gioie e il dono ingrato
Mi rendi amaro del novello scettro.
Tu, (chè certo io ne son) benchè su gli astri,
Ove t'alzò virtù, sieda fra i Dei,
Flebile sempre e lamentevol nume
A me sarai: ergati altari e tempii
Ricordevole Tebe, e sia permesso
Onorarti co i pianti al padre solo.
Ed or quai sacrifizii, ahi lasso! e quali
Esequie di te degne offrir ti posso?
Non se dato mi fosse Argo e Micene
Ridotte in polve di mandar confuse
Colle ceneri tue: non se sopra esse
Me stesso anche gettassi, a cui la vita
(Oh crudel fatto!) conservò del figlio
Il sangue, e fu cagion del regio onore.
Dunque una stessa guerra, un tempo stesso
Te, figlio uccise, e i barbari fratelli?
E il mio dolore a quel d'Edippo è uguale?
Forse, o Giove, piangiamo ombre simili?
Ma tu ricevi, o figlio, i primi doni
Del tuo trionfo, e questo scettro accetta,
Peso della mia destra, e queste bende,
Di cui circondo la superba fronte,
Che troppo, ahi troppo! tu acquistasti al padre.
Te vegga re nel Tartaro profondo,
E se ne roda d'Eteócle l'ombra. »
Così dicendo la man spoglia e il crine,
E con ira maggiore indi ripiglia:
« Me chiamin pur crudel; non vo' che teco
I cadaveri argivi ardan su i roghi.
Così dato mi fosse e vita e senso
Rendere a i corpi, e discacciar dal cielo
E dall'inferno l'anime nemiche;
E dietro me condur fiere ed augelli,
E a le lor fauci ed a i lor rostri i membri
Additar degli estinti empii regnanti.

Hei mihi, quod positos humus alma diesque resolvit.
Quare iterum repetens, iterumque edico, suprema
Ne quis ope, aut flammis ausit juvisse Pelasgos:
Aut nece facta luet, numeroque explebit adempta
Corpora: per Superos, magnumque Menoecea juro.»
Dixit, et abreptum comites in tecta ferebant.

Flebilis interea vacuis comitatus ab Argis,
(Fama trahit miseras) orbae, viduaeque ruebant
Inachides, ceu capta manus: sua vulnera cuique,
Par habitus cunctis, dejecti in pectora crines,
Accinctique sinus: manant lacera ora cruentis
Unguibus, et molles planctu crevere lacerti.

Prima per attonitas, nigrae regina catervae
Tristibus illabens famulis, iterumque resurgens,
Quaerit inops Argia vias: non regia cordi,
Non pater: una fides, unum Polynicis amati
Nomen in ore sedet. Dircen, infaustaque Cadmi
Moenia, posthabitis velit incoluisse Mycenis.

Proxima Lernaeo Calydonidas agmine mixtas
Tydeos exsequiis trahit haud cessura sorori
Deiphile. Scelus illa quidem, morsusque profanos
Audierat miseranda viri; sed cuncta jacenti
Infelix ignoscit amor: post aspera visu,
Ac deflenda tamen, digno plangore Nealce
Hippomedonta ciens: vatis mox impia conjux
Heu vacuos positura rogos. Postrema gementum
Agmina Maenaliae, ducit comes orba Dianae,
Et gravis Evadne: dolet haec, queriturque labores
Audacis pueri: magni memor illa mariti
It torvum lacrymans, summisque irascitur astris.
Illas, et lucis Hecate speculata Lycaeis
Prosequitur gemitu, duplexque ad litus euntes
Planxit ab Isthmiaco genitrix Thebana sepulcro:
Noctivagumque gregem, quamvis sibi luget, Eleusin
Flevit, et arcanos errantibus extulit ignes.
Ipsa per aversos ducit Saturnia colles,
Occultatque vias, ne plebs congressa suorum
Ire vetet, pereatque ingentis gloria coepti.

Ahi lasso, che la terra li ricetta,
E li consuma il tempo! Onde di nuovo
Comando e voglio ch' a li Greci estinti
Non sia chi doni l' urna, o il rogo accenda,
E chi 'l farà del tolto corpo il luogo
Ed il numero adempia, e per lui mora.
Così di Menecéo per la grand' ombra,
E per lo cielo e per li Numi il giuro. »
Disse, e i servi il portâr nel regio tetto.

Ma le vedove greche in mesta schiera
Lascian Argo deserta, e da la fama
Guidate van quai prigioniere e serve.
Ha ciascuna il suo lutto; a tutte uguali
Sono gli abiti e i pianti: i crini sparsi,
Ed i seni succinti, e dalle gote
Lacerate dall' unghie il sangue piove
A le lagrime misto, e le percosse
Livide fanno lor le braccia e il petto.
Regina e duce della bruna turba,
Ora cadendo delle serve in grembo,
Or risorgendo, e per gran doglia insana,
Prima sen vien la desolata Argía.
Non la patria rammenta, e non il padre;
Ma la fè coniugale, e fra i singulti
Solo di Polinice ha in bocca il nome,
E preferisce ad Argo ed a Micene
Dirce, e del fiero Cadmo i tetti infami.

Seconda vien Deifile dolente
Non men che la germana, e seco adduce
Di calidonie sconsolate donne
Miste a le greche numeroso stuolo,
Al suo Tidéo per dar gli estremi onori.
Ben sapev' ella l' esecrabil fame
Del consorte crudel; ma a lui, che giace,
Tutto perdona amor: segue Nealce
Acerba in viso, e di pietà ben degna;
Piange, e piangendo Ippomedonte chiama.
Va dopo lei la crudel moglie avara
Dell' augure a innalzargli un rogo vano:
Chiudon la schiera la Parrasia madre,
Di Diana seguace, orba del figlio,
E la feroce Evadne: il troppo ardire
Quella deplora del garzone audace;
Questa del gran marito si ricorda,
E fiera piagne, e contro il ciel s' adira.
Dal frondoso Liceo mirolle, e pianse
Ecate, e pianse la tebana madre
Dal sepolcro dell' Istmo, allor che i passi
Volsero al doppio lido, e benchè Eleusi
Per sè si dolga, accompagnò co i pianti
La nottivaga turba, e rese chiaro
Con le mistiche faci il lor cammino.
Giunone stessa per occulte strade
Le guida, a fin che il popol d' Argo accorso
Non le trattenga o le ritardi, e loro
Tolga l' onor d' un memorabil fatto.

Nec non functa ducum refovendi corpora curam
Iris habet: putresque arcanis roribus artus,
Ambrosiaeque rigat succis, ut longius obstent,
Exspectentque rogos, flammas neve ante fatiscant.
Squalidus ecce genas, et hianti vulnere pallens,
Ornitus (hic socio desertus ab agmine, tardat
Plaga recens) timidus secreta per avia furto
Debile carpit iter, fractaeque innititur hastae.
Isque ubi mota novo stupuit loca sola tumultu,
Foemineumque gregem, quae jam super agmina Lernae
Sola videt, non ille viam causasque requirit,
Quippe patent; moesto sed sic prior occupat ore:
« Quo miserae, quo fertis iter? funusne peremptis
Speratis, cineremque viris? stat pervigil illic
Umbrarum custos, inhumataque corpora regi
Annumerat: nusquam lacrymae, procul usque fugati
Accessus hominum: solis avibusque ferisque
Ire licet: vestrisne Creon dabit aequus honorem
Luctibus? immites citius Busiridos aras,
Odrysiique famem stabuli, Siculosque licebit
Exorare deos: rapiet fortasse precantes
(Si mens nota mihi), nec conjugalia supra
Funera, sed caris longe mactabit ab umbris.
Quin fugitis, dum tuta via est, Lernamque reversae
Nomina, quod superest, vacuis datis orba sepulcris,
Absentesque animas ad inania busta vocatis?
Aut vos Cecropiam (prope namque et Thesea fama est
Thermodontiaco laetum remeare triumpho)
Imploratis opem? bello cogendus et armis
In mores hominemque Creon. » Sic fatus, at illis
Horruerant lacrymae, stupuitque immanis eundi
Impetus, atque uno vultus pallore notati.
Non secus afflavit molles si quando juvencas
Tigridis hyrcanae jejunum murmur, et ipse
Auditu turbatur ager; timor omnibus ingens,
Quae placeat, quos illa fames descendat in armos.
Continuo discors vario sententia motu
Scinditur: his Thebas, tumidumque ambire Creonta,
His placet Actaeae si quid clementia gentis
Annuat: extremum curarum, ac turpe reverti.
At non foemineae subitum virtutis honorem
Colligit Argia, sexuque immane relicto

Commette ad Iri il conservare intatti
Gl' insepolti cadaveri de' regi.
Essa d' ignoti succhi e del divino
Néttare gli cosperge, acciò che interi
E incorrotti così serbinsi a i roghi,
Nè si consumin pria d' aver le fiamme.
Ed ecco Onìto: avean costui lasciato
In abbandono i fuggitivi Greci;
Ed ei pallido in viso il piè movea
Per occulto sentier, debole e infermo
Pe fresca piaga, ed appoggiava il fianco
Di rotta lancia al tronco. Egli nel bosco,
Poichè sentì il tumulto, e il femminile
Stuolo scoprì di già vicino a Lerna,
Non chiese lor qual del cammin la meta
Fosse, qual la cagion; chè ben si appose
Quell' infelice, e favellò primiero:
« Dove, misere, andate? a i morti duci
Sperate voi di dar l' esequie e i roghi?
Veglia un custode a l' ombre, e gl' insepolti
Corpi va numerando al reo tiranno;
Sono inutili i pianti, e da quel luogo
Ogni uomo si discaccia: augelli e fiere
Sol v' han l' ingresso: il perfido Creonte
Credete voi ch' a pietà pieghi, e onori
Il vostro lutto? i sanguinosi altari
Di Busiride prima, e l'empia fame
De i cavalli di Tracia, e i Dei sicani
Placar potrete. Il suo furor mi è noto:
Voi prenderà; nè su gli amati sposi
V' immolerà; ma lungi a l' ombre amiche.
Chè non fuggite, or che il fuggir v' è dato?
E ritornando in Argo, a i nomi vani
(Ciò che solo vi avanza) alzate l' urne;
E l' alme richiamate a i vôti roghi.
O che non gite a la famosa Atene
(Dicon che vincitor dal Termodonte
Téseo ritorni) ad implorare aita?
D' uopo è d' armi e di forza a far che rieda
L' empio Creonte ne' costumi umani. »
Così diss' egli, e per orrore i pianti
Si ristagnaro a le infelici, e in esse
Stupido restò il moto, e fur nel viso
Tutte dipinte d' un ugual pallore.
Così se lungi fremere si sente
Digiuna ircana tigre, e ne rimbomba
E se ne turba il campo; alto spavento
Occupa le giovenche, e stanno incerte
Su qual si lanci, e quali membra sbrani.
Son divisi i pareri: alcuna a Tebe
Vuol che si vada a supplicar Creonte,
L' altre ad Atene ad implorar pietade,
E vendetta e soccorso: a tutte sembra
Il ritornar ultima cura e infame.
Ma non aspira a femminil virtude
Argía dolente, e superando il sesso,

Tractat opus: placet egregii spes dura pericli
Cominus infandi leges accedere regni:
Quo Rhodopes non ulla nurus, nec alumna nivosi
Phasidis, innuptis vallata cohortibus, iret.
Tunc movet arte dolum, quo semet ab agmine fido
Segreget, immitesque deos, regemque cruentum
Contemptrix animae, et magno temeraria luctu
Provocet: hortantur pietas, ignesque pudici.
Ipse etiam ante oculos omni manifestus in actu
Nunc hospes miserae, primas nunc sponsus ad aras,
Nunc mitis conjux, nunc jam sub casside torva
Moestus in amplexu, multumque a limine summo
Respiciens: sed nulla animo obversatur imago
Crebrior, Aonii quam quae de sanguine campi
Nuda venit, poscitque rogos. His anxia mentem
Aegrescit curis, et, qui castissimus ardor,
Funus amat: tunc ad comites conversa Pelasgas:
« Vos, ait, Actaeas acies, Marathoniaque arma
Elicite, aspiretque pio fortuna labori.
Me sinite Ogygias, tantae quae sola ruinae
Caussa fui, penetrare domos, et fulmina regni
Prima pati: nec surda ferae pulsabimus urbis
Limina: sunt illic soceri mihi, suntque sorores
Conjugis, et Thebas haud ignoranda subibo.
Ne tantum revocate gradus: illo impetus ingens,
Auguriumque animi. » Nec plura: unumque Menoeten,
(Olim hic virginei custos monitorque pudoris)
Eligit; et quamquam rudis, atque ignara locorum,
Praecipites gressus, qua venerat Ornitus, affert.
Atque ubi visa procul socias liquisse malorum:
« Anne, ait, hostiles ego te labente per agros,
Heu dolor! exspectem, quaenam sententia lenti
Theseos? an bello proceres, an dexter haruspex
Annuat? interea funus decrescit: et uncis
Alitibus non hos potius supponimus artus?
Et nunc me duram, si quis tibi sensus, ad umbras

Orribil tenta e generosa impresa.
Del periglio la speme il cor le alletta,
E vuole andare, e disprezzar le leggi
Del fiero regno, e provocar la morte.
Non l'oserían del Rodope le nuore,
Nè del Fasi nevoso aspra regina
Seguíta da le vergini guerriere.
Accorto inganno ordisce, onde abbandoni
L'amica schiera, e prodiga di vita,
E per gran fatto audace, a la vendetta
Provochi il re tiranno e i Numi irati;
E ve l'esorta la pietà, la fede,
L'amor pudico: Polinice istesso
L'è sempre avanti in tutti gli atti e modi,
Ch'essa lo vide, or ospite, ora sposo
A i sacri altari, or facile marito,
Ed or già ascoso nel feroce elmetto
Mesto abbracciarla, e da l'estreme soglie
Rivolgere amoroso in essa il guardo.
Ma niuna immago a lei più torna in mente,
Che di lui, che sen giace in mezzo al campo
Nel sangue involto e nudo, e chiede il rogo.
Da tai cure agitata, essa nel core
Sente tormento e pena, e quel ch'è puro
E castissimo amore, ama il suo lutto;
Onde a l'altre si volge, e così dice:
« Gite voi pure, e l'attiche falangi
E l'armi vincitrici in Maratona
A favor vostro usate, e a i vostri voti
Fortuna arrida; e me, sola cagione
Di tanto scempio, gir lasciate a Tebe,
Penetrar nelle case, e prima l'ire
E le furie soffrir dell'empio regno.
Non fieno al batter mio sorde le porte
Della città crudele: entro quei muri
Ho suoceri, ho cognate, e non straniera
Giungerò a Tebe, e sconosciuta donna.
Non m'arrestate i passi: occulta forza
Colà mi tragge, e nel mio petto io chiudo
Un grande augurio. » Così dice e sceglie
Per compagno Menete, un tempo a lei
Del verginal pudor custode e mastro;
E benchè ignara delle strade, il passo
Precipitosa a quella parte muove,
Onde pria venne Onito; e quando lungi
Da le compagne fu, parlò in tal guisa:
« Io dunque aspetterò, mentre tu giaci
Sul nemico terren, qual sia la mente
E l'incerto consiglio di Teseo?
Se i duci (ahi lassa!) e il sacerdote approvi
La nuova guerra? e tu, mio sposo, intanto
Mi vai mancando al rogo: e tardo ancora
D'espor per te queste mie membra a i morsi
Delle rapaci fiere e degli augelli?
Ed or, s'hai senso, o mio fedel, coll'ombre
Di me ti lagni e con i Numi inferni,

Me tardam quereris Stygiis, fidissime, divis.
Heu si nudus adhuc, heu si jam forte sepultus,
Nostrum utrumque nefas: adeo vis nulla dolenti,
Mors nusquam, saevusque Creon: hortbaris euntem,
Ornite. » Sic dicens magno Magareia praeceps
Arva rapit passu: demonstrat proxima quisquis
Obvius, horrescitque habitus, miseramque veretur.
Vadit atrox visu, nec corde, nec aure pavescens,
Et nimiis confisa malis, propiorque timeri.
Nocte velut Phrygia quum lamentata resultant
Dindyma, piniger rapitur Simoentis ad amnem
Dux vesana chori, cujus dea sanguine lecto
Ipsa dedit ferrum, et vittata fronte notavit.
Jam pater Hesperio flagrantem gurgite currum
Abdiderat Titan, aliis rediturus ab undis,
Quum tamen illa gravem luctu fallente laborem
Nescit abisse diem: nec caligantibus arvis
Terretur, nec frangit iter, per et invia saxa.
Lapsurasque trabes, nemorumque arcana sereno
Nigra die, caecisque incisa novalia fossis,
Per fluvios secura vadi, somnosque ferarum
Praeter, et horrendis insessa cubilia monstris.
Tantum animi, luctusque valent! pudet ire Menoeten
Tardius, invalidaeque gradum miratur alumnae.
Quas non illa domos pecorumque hominumque modesto
Pulsavit gemitu? quoties amissus eunti
Limes, et errantem comites solatia flammae
Destituunt, gelidaeque facem vicere tenebrae?
Jamque supinantur fessis, lateque fatiscunt
Penthei devexa jugi, quum pectore anhelo
Jam prope deficiens, sic inchoat orsa Menoetes:
« Haud procul (exacti si spes non blanda laboris),
Ogygias, Argia, domos, et egena sepulcri
Busta jacere reor: grave cominus aestuat aër
Sordidus, et magnae redeunt per inane volucres.
Haec illa est crudelis humus; nec moenia longe.
Cernis, ut ingentes murorum porrigat umbras

E me di lenta e d'inumana accusi.
Ah che o tu sia insepolto, o che di terra
Altri t'abbia coperto, è mio delitto,
Se l'uno e l'altro il mio tardar condanna.
Temerà dunque il mio dolor la morte,
E la forza e il furor del reo Creonte?
Onito, a l'andar mio tu aggiungi sprone. »
Così dicendo, di Megara i campi
A gran passi divora; e chi l'incontra
Il sentiero le addita, e con orrore
Ne ammira il manto, e ne rispetta il duolo.
Feroce in vista ella sen' corre e nulla,
O che veda o che senta, il cor le turba:
Nei gran mali sicura, appar più degna
D'esser temuta, che temere altrui.
Siccome avvien nelle trojane notti,
Quando a gli urli e al fragore Ida risponde;
La conduttrice dell'insano coro,
Cui Cibele diè il ferro, e il sangue accolse,
E il crin le cinse delle sacre bende,
Rapida va del Simoenta a l'acque.
Già nell'onde d'Esperia avea tuffato
Il luminoso dio l'ardente carro,
Per sorger poscia da l'opposto mare.
Ma tanto può in Argía l'estremo lutto,
Che non sente fatica, o non l'apprezza,
E non s'avvede che già spento è il giorno.
Nulla teme l'orror che i campi adombra,
Nè interrompe il cammin; ma va sicura
Per sassi aspri e scoscesi, e ferma il passo
Sovra tronchi caduti, e varca i boschi
Anche di giorno oscuri, e i campi sparsi
Di cieche fosse, e varca i fiumi, e nulla
Teme de' guadi, e intrepida sen' passa
A le fiere vicina ed a i covili:
Tanto il dolore in lei puote e l'ardire!
Duolsi Menete di seguir più lento,
E dell'imbelle alunna ammira il corso.
Di quali case non battè a le porte,
Modesta nel dolore, ove pastori
Soggiornassero, o greggi? Oh quante volte
Errò dolente nel cammino, oh quante
L'abbandonò per via spenta la face,
Guida e conforto de' suoi lunghi errori,
E dal notturno gel fu vinto il lume!
Ma già di Penteo superato il giogo,
Verso Tebe scendean; quando Menete
Stanco e anelante favellò in tal guisa:
« Se del finito nostro aspro cammino
Non m'inganna la spene, Argía, non lungi
Siamo a Tebe, e a i cadaveri insepolti,
Il lezzo sento, e l'aere atro e grave,
Ed intorno volar rapaci augelli.
Questo è il suolo crudele, e son vicine
Le mura infami: dell'eccelse rocche
Non vedi tu, come si stende l'ombra

Campus, et e speculis moriens intermicet ignis?
Moenia sunt juxta; modo nox magis ipsa tacebat,
Solaque nigrantes laxabant astra tenebras. »
Horruit Argia, dextramque ad moenia tendens:
« Urbs optata prius, nunc tecta hostilia Thebae,
Et tamen illaesas si reddis conjugis umbras,
Sic quoque dulce solum; cernis quo praedita cultu,
Qua stipata manu, juxta tua moenia primum
Oedipodis magni venio nurus? improba non sunt
Vota: rogos hospes, planctumque et funera posco.
Illum, oro, extorrem regni, belloque fugatum,
Illum, quem solio non es dignata paterno,
Redde mihi: tuque, oro, veni, si Manibus ulla
Effigies, errantque animae post membra solutae.
Tu mihi pande vias, tuaque ipse ad funera deduc,
Si merui. » Dixit, tectumque aggressa propinquae
Pastorale casae, reficit spiramina fessi
Ignis, et horrendos irrumpit turbida campos.
Qualis ab Aetnaeis accensa lampade saxis
Orba Ceres magnae variabat imagine flammae
Ausonium Siculumque latus, vestigia nigri
Raptoris, vastosque legens in pulvere sulcos.
Illius insanis ululatibus ipse remugit
Enceladus, ruptoque vias illuminat igni.
Persephonen amnes, silvae, freta, nubila clamant:
Persephonen tantum Stygii tacet aula mariti.
Admonet attonitam fidus meminisse Creontis
Altor, et occultam submittere lampada furto.
Regina Argolicas modo formidata per urbes,
Votum immane procis, spesque augustissima gentis,
Nocte sub infesta, nullo duce et hoste propinquo,
Sola per offensus armorum, et lubrica tabo
Gramina, non tenebras, non circumfusa tremiscens
Concilia umbrarum, atque animas sua membra gementes,

Vasta pei campi? come da i veroni
Scorgonsi scintillar languide faci?
Certo siam giunti. Poco fa la notte
Era più cheta, e non splendean che gli astri. »
Argía fermossi, e di pietade in atto,
La man tendendo verso Tebe, disse:
« O desiata un tempo e a me diletta
Cittade, ora ostil sede, e pur se rendi
Illesa a me del buon consorte l'ombra,
Ancor grato terreno. Or mira come
E di quai fregi adorna, e da qual corte
Seguíta io tua regina, e al grand' Edippo
Nuora, la prima volta a te ne vengo.
Cose inique non bramo. Ospite io chieggio
Che tu m' accolga, e mi permetta i roghi,
E al caro sposo dar l'esequie e i pianti.
Quello esule dal regno, e da la guerra
Vinto, e cacciato dal paterno soglio,
Deh quello solo per pietà mi rendi.
E tu, o consorte, s' è pur ver che resti
Qualche immagine a l'ombre, e dopo morte
S' aggirin l'alme intorno a i corpi errando;
A me vieni, ti prego, e mi conduci,
E a i funerali tuoi tu mi fa scorta,
Se giammai ne fui degna. » E qui si tacque:
E in un vicino albergo di pastori
Ravvivò i fuochi moribondi, e corse
Precipitosa nel funesto campo.
Cerer così, poichè l'inferno amante
Rapì la figlia, con gran face accesa
Negli Etnei fuochi splendere facea
Di diversi color l'itala spiaggia
E la sicana, seguitando l'orme
Del nero rapitore, e per la polve
Mirando i solchi del tartareo carro:
A gli urli insani Encelado rimugge,
E vomitando fiamme, a lei le strade
Viè più rischiara; e fiumi e selve e mari,
E nembi e cielo suonano dintorno
Proserpina, Proserpina. Sol tace
Del tartareo consorte il regno oscuro,
E il dolce nome asconde, e il furto cela.
Ma Menete fedel dell' infelice
Compagno, a lei, che disperata corre,
Rammenta di Creonte il fiero editto,
E la consiglia ad occultare il lume.
Una regina riverita innanzi
Da le greche cittadi, immensa cura
Di mille e mille proci, augusta spene
Della paterna stirpe, or senza duce
In buia notte fra nemiche genti,
Sola sen' va sull' armi, e calca l'erbe
Lubriche di putredine e di sangue.
Non le tenebre teme, e non dell' ombre
La mesta turba, e intorno a le lor membra
L' anime che s' aggirano gemendo.

Saepe gradu caeco ferrum, calcataque tela
Dissimulat, solusque labor vitare jacentes,
Dum funus putat omne suum, visuque sagaci
Rimatur positos, et corpora prona supinat
Incumbens, queriturque parum lucentibus astris.
Forte soporiferas coeli secreta per umbras
Juno, sinu magni semet furata mariti,
Theseos ad muros, ut Pallada flecteret, ibat,
Supplicibusque piis faciles aperiret Athenas:
Atque ubi per campos errore fatiscere vano
Immeritam Argian supero respexit ab axe,
Indoluit visu: et lunaribus obvia bigis
Advertit currum, placidaque ita voce locuta est:
« Da mihi poscenti munus breve, Cynthia, si quis
Est Junonis honos: certe Jovis improba jussu
Ter noctem Herculeam: veteres sed mitto querelas.
En locus officio: cultrix placidissima nostri
Inachis Argia cernis qua nocte vagetur,
Nec reperire virum densis queat aegra tenebris?
Et tibi nimbosum languet jubar: exsere, quaeso,
Cornua, et assueto propior premat orbita terras.
Hunc quoque, qui curru madidas tibi pronus habenas
Ducit, in Aonios vigiles demitte Soporem. »
Vix ea, quum scissis magnum dea nubibus orbem
Protulit: expavere umbrae, fulgorque recisus
Sideribus; vix ipsa tulit Saturnia flammas.
Primum per campos infuso lumine, pallam
Conjugis ipsa suos noscit miseranda labores,
Quamquam texta latent, suffusaque sanguine moeret
Purpura: dumque deos vocat, et de funere caro
Hoc superesse putat, videt ipsum in pulvere paene
Calcatum: fugere animus, visusque sonusque,
Inclusitque dolor lacrymas: tunc corpore toto
Sternitur in vultus, animamque per oscula quaerit
Absentem, pressumque comis ac veste cruorem
Servatura legit: mox tandem voce reversa:
« Hunc ego te, conjux, ad debita regna profectum
Ductorem belli, generumque potentis Adrasti
Aspicio? talisque tuis occurro triumphis?

Spesso ferita da i giacenti ferri
Dissimula la piaga, e sol le cale
Ogni corpo schivar, mentre ogni corpo
Crede che sia il consorte; e attenta osserva
I distesi cadaveri, e li volge
Supini, e li riguarda, e si lamenta
Che poco in ciel risplendano le stelle.
Giunone intanto del suo gran marito
Toltasi al letto occultamente, giva
Per l' ombre sonnacchiose a l' alte mura
Del vincitor magnanimo Teséo
A pregar Palla che in Atene accolga
Delle supplici greche il mesto volgo.
Ma quando vide per lo campo invano
Volgersi Argía, da gran pietà commossa,
Verso il carro di Cintia il carro volse
E sì le disse in placida favella:
« Deh mi concedi, o Cintia, un picciol dono,
Se Giuno è degna pur di qualche onore.
Tu certo un tempo concedesti a Giove
Triplice notte a procreare Alcide.
Ma pongansi in obblío le andate cose.
Or luogo è a compensar le offese antiche.
Non vedi tu per quale oscura notte
Argia, fedele al nostro culto, indarno
Per quel campo s' aggiri, e le tenebre
Le tolgano il trovar l' amato sposo?
E tu pallida splendi infra le nubi?
Rischiara i corni, io te ne prego, e inchina
Più verso terra il luminoso carro;
E questo tuo Sopor che prono il guida,
E che ne regge i rugiadosi freni,
Negli Aonii custodi, o dea, diffondi. »
Appena disse, che squarciò le nubi
Cintia, e il gran disco tutto intero apparve.
Temeron l' ombre: impallidiro gli astri,
E Giuno appena ne sostenne il lume.
A lo schiararsi i campi, Argía conobbe
Del buon consorte la pomposa veste,
Opera di sua man; benchè il ricamo
Sia coperto di sangue, e scolorita
La porpora ne resti: e mentre grida,
Oh Numi! e che di lui null' altro resti,
Teme quell' infelice; ecco lo scopre.
Mancàrle a un tempo e spirto e vista e voce,
E il gran dolor le lagrime respinse.
Con tutto il corpo su l' amato viso
Cade, e co i baci l' anima raminga
Par che ne cerchi; e con il crin, col manto,
Per conservarlo ne raccoglie il sangue.
Al fin la voce le ritorna, e dice:
Tal dunque ora ti veggio, o caro sposo,
Che a racquistar l' a te dovuto regno
Gisti poc' anzi del potente Adrasto
Genero e capitan di tanta impresa?
E tale io stessa ai tuoi trionfi or vegno?

Huc attolle genas, defectaque lumina: venit
Ad Thebas Argia tuas: age, moenibus induc,
Et patrios ostende lares, et mutua redde
Hospitia: heu quid ago? projectus cespite nudo
Hoc patriae telluris habes? quae jurgia? certe
Imperium non frater habet: nullasne tuorum
Movisti lacrymas? ubi mater? ubi inclyta fama
Antigone? mihi nempe jaces, mihi victus es uni.
Dicebam, quo tendis iter? quid sceptra negata
Poscis? habes Argos: soceri regnabis in aula.
Hic tibi longus honos, hic indivisa potestas.
Quid queror? ipsa dedi bellum, moestumque rogavi
Ipsa patrem, ut talem nunc te complexa tenerem.
Sed bene habet, Superi: gratum est, Fortuna: peracta est
Spes longinqua viae: totos invenimus artus.
Hei mihi, sed quanto descendit vulnus hiatu!
Hoc frater? qua parte, precor, jacet ille nefandus
Praedator? vincam volucres, sit adire potestas,
Excludamque feras: an habet funestus et ignes?
Sed nec te flammis inopem tua terra videbit:
Ardebis, lacrymasque feres, quas ferre negatum
Regibus, aeternumque tuo famulata sepulcro
Durabit deserta fides, testisque dolorum
Natus erit, parvoque torum Polynice fovebo. »

Ecce alios gemitus, aliamque ad busta ferebat
Antigone miseranda facem, vix nacta petitos
Moenibus egressus: illam nam tempore in omni
Attendunt vigiles, et rex jubet ipse timeri,
Contractaeque vices, et crebrior excubat ignis.
Ergo deis, fratrique moras excusat, et amens,
Ut paulum immisso cessit statio horrida somno,
Erumpit muris: fremitu quo territat agros
Virginis ira leae, rabies cui libera tandem
Et primus sine matre furor: nec longa morata est,
Quippe trucem campum, et positus quo pulvere frater
Noverat: atque illam contra videt ire Menoetes,
Cui vacat, et carae gemitus compescit alumnae.

Quum tamen erectas extremus virginis aures

Innalza il volto, e me riguarda: a Tebe
Ecco Argía che sen vien. Su via le porgi
a destra, e dentro la città la guida:
Mostrale i patrii tetti, e grato rendi
A me l'ospizio; ma che parlo? ahi lassa:
Nudo tu giaci sul terreno, e questo
Solo di tanto regno è che ti resta.
Oh guerre! oh risse! il tuo fratel non regna.
Dunque de' tuoi nissun ti pianse? dove,
Dov'è la madre, e la famosa tanto
Antigone sorella? ahi, ch'a me sola
Tu giaci, e solo a me sei morto e vinto.
Quante volte ti dissi; e dove corri
Sconsigliato? a che cerchi il regno alterno,
Che ti si niega? Argo ti basti: impera
Nella corte del suocero: più lunghi
Tu qui godrai gli onori, e non diviso
Avrai qui il regno. Ma di chi mi dolgo?
Io la guerra affrettai; io fui che il mesto
Padre pregai, misera! ed a qual fine?
Per abbracciarti in sì crudele stato.
Ma pur sian grazie a i Numi, e a te, o Fortuna;
Del mio lungo cammin non fu delusa
La speme: il corpo ho ritrovato intero.
Ahi quanto immensa è mai questa ferita!
E la fece il fratello? e dove giace
Quell'infame ladrone? ah pur ch'il trovi,
Vincerò gli avoltoi: caccerò lungi,
Per lacerarlo io sola, e cani e lupi.
Ma forse l'empio ebbe già rogo e tomba?
Tu pur l'avrai, nè il tuo natío terreno
Ti vedrà senza fiamme e senza onori.
Arderai, sarai pianto; onor che a' regi
Raro si dona, e la mia fede eterna
Serberò al tuo sepolcro; e il picciol figlio
Fia testimonio al mio dolore, e a lui
Riscalderò le vedovili piume. »

Ed ecco nuovo pianto, e nuova face
Portando, a i roghi Antigone sen viene,
Appena uscita da le chiuse soglie;
Perocchè a lei stavan le guardie intorno,
E il re vuol che s'osservi, onde a vicenda
Si cambiavan tra loro, e più frequenti
Rinnovavano i fuochi: essa co i Numi
E col fratel la sua tardanza scusa.
Ma non sì tosto abbandonârsi al sonno
Stanchi i custodi; dalle mure uscío;
Come leonza che la prima volta
Senza la madre, e libera correndo,
Sfoga l'innata rabbia, e freme e rugge,
E di terrore empie le selve e i campi.
Nè tardò molto, chè l'è noto il campo,
E dove il corpo del fratel sen' giace.
In vederla venir Menete ha tema,
E fa cessar da le querele Argía.

Ma quando de i suoi pianti il suono estremo

Accessit sonus: utque atra sub veste, comisque
Squalentem, et crasso foedatam sanguine vultus
Astrorum radiis, et utraque a lampade vidit:
« Cujus, ait, Manes, aut quem temeraria quaeris
Nocte mea? » nihil illa diu, sed in ora mariti
Dejicit, inque suos pariter velamina vultus,
Capta metu subito, paulumque oblita doloris.
Hoc magis increpitans suspecta silentia, perstat
Antigone, comitemque premens ipsamque; sed ambo
Deficiunt, fixique silent: tandem ora retexit
Argia, corpusque tamen complexa, profatur:
« Si quid in hoc veteri bellorum sanguine mecum
Quaesitura venis, si tu quoque dura Creontis
Jussa times, possum, tibi me confisa, fateri.
Si misera es, (certe lacrymas lamentaque cerno,)
Junge, age, junge fidem: proles ego regis Adrasti:
(Hei mihi! num quis adest?) cari Polynicis ad ignes,
Etsi regna vetant. » Stupuit Cadmeia virgo,
Intremuitque simul, dicentemque occupat ultro:
« Mene igitur sociam (pro fors ignara!) malorum,
Mene times? mea membra tenes, mea funera plangis.
Cedo, ten' pudet? heu pietas ignara sororis!
Haec prior? » Hic pariter lapsae, junctoque per ipsum
Amplexu, miscent avidae lacrymasque, comasque,
Partitaeque artus redeunt alterna gementes
Ad vultum, et cara vicibus cervice fruuntur.
Dumque modo haec fratrem memorat, nunc illa maritum,
Mutuaque exorsae Thebas, Argosque renarrant,
Longius Argia miseros reminiscitur actus:
« Per tibi furtivi sacrum commune doloris,
Per socios Manes, et conscia sidera juro;
Non hic amissos, quamquam vagus exsul, honores,
Non gentile solum, carae non pectora matris,
Te cupiens unam, noctesque, diesque, locutus
Antigonen: ego cura minor, facilisque relinqui.
Tu tamen excelsa sublimis forsitan arce,
Ante nefas Graiis dantem vexilla maniplis
Vidisti, teque ille acie respexit ab ipsa
Ense salutatam, et nutantis vertice coni:
Nos procul: extremas sed quis deus egit in iras?

Giunse a ferir d'Antigone l'orecchie,
E a lo splendor degli astri o al doppio lume
D'ambe le faci squallida la vide,
E la mirò starsi col crin disciolto
Infetto di putredine e di sangue:
« Quali ombre, disse, temeraria cerchi
In questa notte mia? » nulla risponde
Quell'infelice, ma col manto copre
Il marito e sè stessa, il suo dolore
Per timor sospendendo. Allor di frode
Più Antigone sospetta, e minacciando
La donna a un tempo e il suo compagno incalza.
Ma l'una e l'altra sta confusa e tace.
Al fine Argía, sempre tenendo al seno
Stretto il consorte, scoprì il viso, e disse:
« Se tu qui meco a ricercar pur vieni
Un qualche estinto, e se tu pur paventi
L'iniqua legge del crudel Creonte,
Ben sicura scoprirmi a te poss'io.
E se infelice sei, qual ti palesa
Il tuo pianto e il lamento, amica dammi,
Dammi la fede: io son d'Adrasto figlia.
Del caro Polinice alcun non viene,
Ahi lassa! al rogo, benchè il re lo vieti?
Stupì a quel dir la vergine tebana,
E inorridissi, e l'interruppe: « Adunque
Da me ti guardi? (oh troppo cieca sorte!)
Da me compagna delle tue sciagure?
Tu le mie membra abbracci, e tu previeni
L'esequie mie? ti cedo. Oh di sorella
Troppo lenta pietade! oh mia vergogna!
Costei prima sen venne? » E qui sul corpo
Caddero a un tempo, e l'abbracciaro insieme,
E confusero insieme i crini e i pianti.
Sel dividon fra loro, ed a vicenda
Godonsi il volto con alterni baci.
E mentre una il fratel, l'altra il marito,
E questa Tebe, e quella Argo rimembra,
Più da lontan così comincia Argía:
« Per questo sacro e lagrimoso furto
Del comune dolore, e per quest'ombra
Ad ambe grata, e per le pure stelle
Che dal ciel ne rimirano, ti giuro:
Costui non tanto del perduto regno,
Benchè esule e ramingo, o del terreno
A lui nativo, o de la cara madre
Si ricordò; quanto di te bramoso
Sol d'Antigone aveva in bocca il nome,
E te sola chiamava il dì e la notte.
Minor cura io gli fui, e in abbandono
Più facile a lasciar. Ma tu il vedesti
Almeno da una torre anzi 'l delitto
Guidar le squadre greche, ed ei te vide
Dal campo, e con la spada a te i saluti
Mandò da lungi, ed inchinò il cimiero.
Noi misere e lontane! ahi qual crudele

Nil vestrae valuere preces? tibine iste negavit
Oranti? » Causas ac tristia reddere facta
Coeperat Antigone: fidus comes admonet ambas:
« Eja agite inceptum potius: jam sidera pallent
Vicino turbata die; perferte laborem.
Tempus erit lacrymis; accenso flebitis igne. »
Haud procul Ismeni monstrabant murmura ripas,
Qui turbatus adhuc, et sanguine decolor ibat.
Huc laceros artus socio conamine portant
Invalidae, jungitque comes non fortior ulnas.
Sic Hyperionium tepido Phaëthonta sorores
Fumantem lavere Pado: vix dum ille sepulcro
Conditus, et flentes stant circum flumina silvae.
Ut sanies purgata vado, membrisque reversus
Mortis honos, ignem miserae post ultima quaerunt,
Oscula: sed gelidae circum exanimesque favillae
Putribus in foveis, atque omnia busta quiescunt.
Stabat adhuc, seu forte rogus, seu numine divûm,
Cui torrere datum saevos Eteocleos artus,
Sive locum monstris iterum Fortuna parabat,
Seu discessuros servaverat Eumenis ignes.
Hic tenuem nigris etiamnum advivere lucem
Roboribus, pariter cupidae videre, simulque
Flebile gavisae; nec adhuc quae busta repertum,
Sed placidus quicumque, rogant, mitisque supremi
Admittat cineris consortem, et misceat umbras.
Ecce iterum fratres: primos ut contigit artus
Ignis edax, tremuere rogi, et novus advena bustis
Pellitur: exundant diviso vertice flammae,
Alternosque apices abrupta luce coruscant.
Pallidus Eumenidum veluti commiserit ignes
Orcus, uterque minax globus, et conatur uterque
Longius: ipsae etiam commoto pondere paulum
Secessere trabes: conclamat territa virgo:
« Occidimus, functasque manu stimulavimus iras.
Frater erat: quis enim accessus ferus hospitis umbrae
Pelleret? en clypei fragmen, semustaque nosco

Nume li spinse a così estremi sdegni?
Fur vane le tue preci? a te poteo
Cos' alcuna negar? » Già cominciava
Antigone a narrare i fatti antichi
Dal lor principio; ma il fedel compagno
Ambo ammonisce: « La proposta impresa
Prima finite: impallidiscon gli astri,
E s' avvicina il dì: l' opra avanzate,
E a lagrimar fia tempo: abbia le fiamme
Il rogo prima, e piangerete poi. »
Un roco mormorio senton vicino,
Che addita lor non lungi esser l' Ismeno,
Che brutto ancor di sangue al mar correa.
Quivi il lacero corpo ambe portaro
Congiungendo le destre, e non più forte
Il veglio anch' egli vi prestò la mano.
Così fumante ancor lavâr Fetonte
Dell' Eridano tepido nell' onde
Le pie sorelle. Ei fu sepolto appena,
Ch' esse forma cangiando in un momento,
Flebili selve fecer ombra al fiume.
Mondo che fu di sangue, e che sul viso
Tornò di morte il natural pallore,
Gli dier gli ultimi baci, e d' ogni parte
Cercâr le fiamme; ma gelati e spenti
Nelle putride fosse erano i fuochi,
Ed ogni rogo in cenere consunto.
O fosse caso, o pur voler de i Numi,
Un solo ne restava, ove le membra
D' Eteócle crudele arser poc' anzi:
O nuovi mostri disponea Fortuna,
O l' empia Furia lo mantenne acceso,
Perchè si dividessero le fiamme.
Splendere fra i carboni un picciol lume
Con flebile piacer mirâr le donne,
Nè san qual busto su quel rogo ardesse.
Ma qualunque egli sia, pregando vanno
Che mite al cener suo compagno accolga
Quell' infelice, e insiem confondan l' ombre.
Ecco di nuovo in campo i rei fratelli:
Caddero appena sul vorace fuoco
Quei nuovi membri, che tremaro i roghi
E da l' esequie l' ospite è respinto;
Scoppian le fiamme, e s' alzano divise
Tinte le corna di funerea luce.
Così se il torvo regnator d' Averno
Unì le fiamme di due Furie ultrici,
Sorgon discordi, ed infra lor disgiunte
L' una lungi dall' altra ardere agogna.
Gli stessi legni, quasi sentan l' ira,
L' un da l' altro si sparte, e il peso scuote.
« Ahi! gridò allor la vergine tebana,
Misere! Gli odii antichi e l' ire spente
Noi rinnovammo. Era il fratel costui.
Chi altro che il fratel l' ombra straniera
Respinto avria? del semiadusto cinto

Cingula; frater erat: cernisne ut flamma recedat,
Concurratque tamen? vivunt odia improba, vivunt.
Nil actum bello: miseri, sic dum arma movetis,
Vicit nempe Creon: nusquam jam regna, quis ardor?
Cui furitis? sedate minas, tuque exsul ubique
Semper inops aequi, jam cede: hoc nupta precatur,
Hoc soror; aut saevos mediae veniemus in ignes. »
Vix ea, quum subitus campos tremor, altaque tecta
Impulit, adjuvitque rogi discordis hiatus,
Et vigilum turbata quies, quibus ipse malorum
Fingebat simulacra sopor: ruit ilicet, omnem
Prospectum lustrans armata indagine miles.
Illos instantes senior timet unus: at ipse
Ante rogum, saevique palam sprevisse Creontis
Imperia, et furtum claro plangore fatentur
Securae, quippe omne vident fluxisse cadaver.
Ambigitur saeva de morte, animosaque leti
Spes furit: haec fratris rapuisse, haec conjugis artus
Contendunt, vicibusque probant: ego corpus, ego ignes:
Me pietas, me duxit amor: deposcere saeva
Supplicia, et dextras juvat insertare catenis.
Nusquam illa alternis modo quae reverentia verbis,
Iram, odiumque putes: tantus discordat utrimque
Clamor! et ad regem, qui deprendere, trahuntur.
At procul Actaeis dextra jam Pallade muris
Juno Phoroneas inducit praevia matres
Attonitas, non ipsa minus, coetumque gementem
Conciliat populis, et flentibus addit honorem.
Ipsa manu ramosque oleae, vittasque precantes
Tradit, et obtenta submittere lumina palla,
Et praeferre docet vacuas sine Manibus urnas.
Omnis et Actaeis effusa penatibus aetas
Tecta viasque replent: unde hoc examen? et una
Tot miserae? nec dum causas novere malorum,
Jamque gemunt. Dea conciliis se miscet utrisque

Mira gli avanzi, e dell' infranto scudo;
Vedi come la fiamma si divide,
E poi di nuovo si raccozza e pugna!
Vivono gli odii ancor: non fu bastante
La guerra a terminarli. Ah sfortunati!
Voi contrastate, e il fier Creonte ha vinto.
Per voi più non v' è regno. Ahi qual furore!
E di che contendete? omai cessate
Da le minacce: e tu primiero cedi,
Esule sempre, e ognor dal giusto escluso.
La consorte ven' prega e la sorella;
O in mezzo a voi ci getterem su i fuochi. »
Si disse appena, e dal profondo centro
Tremò la terra, e vacillâr le mura,
E dier muggiti le discorde fiamme
Del biforcuto rogo. A quel rumore
Si destaro i custodi, a i quali il sonno
Pingea l' immago de i vicini mali.
Tosto corrono armati e minacciosi,
E ricercando van per tutto il campo.
Temè in vederli il solo veglio: al rogo
Stanno le donne intrepide e sicure;
E poi che il corpo è in cenere disciolto,
Palesano co i pianti e colle strida
La disprezzata legge di Creonte,
E il pietoso lor furto: insiem contesa
Hanno di morte, e di morir la spene
Ambe infuria ed accende. Io del fratello,
Io del marito, or l' una or l' altra grida,
Arse ho le membra. Io tolsi 'l corpo: i fuochi
Io fui che accesi: me pietà, me amore
A ciò sospinse; e provocando a gara
Offrono l' innocenti invitte destre:
Quella che dianzi ne i lor detti apparve
Riverenza ed amore, ora rassembra
Furore ed ira: tanto ferve e cresce
D' ambe il contrasto e il grido! intanto i servi
Le conducon legate al re crudele.
Ma da altra parte avea Giunon condotto
(Consentendol Minerva) entro le mura
D' Atene il mesto attonito drappello
Delle vedove Argive: essa l' effetto
Lor del popolo acquista. Essa a i lor pianti
Pietà concilia e onore: essa lor porge
Di supplichevol benda i rami cinti,
E insegna loro a ricoprir col manto
Il volto e gli occhi, ed a mostrar dolenti
Delle ceneri vote in mano l' urne.
Fuor dell' antiche case escono a prova
D' ogni età, d' ogni sesso; e già le strade
Sono ripiene, e son coperti i tetti.
Onde vien questa turba? e da qual parte
Tante misere insieme? ancor non sanno
La cagion che le mena, e i lor disastri:
E già tutti ne piangono. La dea
Tra i drappelli si mesce, e il tutto narra:

Cuncta docens, qua gente satae, quae funera plangant,
Quidve petant: variis nec non affatibus ipsae
Ogygias leges, immansuetumque Creonta
Multum et ubique fremunt. Geticae non plura queruntur
Hospitibus tectis truncò sermone volucres,
Quum duplices thalamos, et iniquum Terea clamant.
Urbe fuit media nulli concessa potentum
Ara deûm: mitis posuit Clementia sedem,
Et miseri fecere sacram: sine supplice nunquam
Illa novo: nulla damnavit vota repulsa.
Auditi, quicumque rogant; noctesque diesque
Ire datum, et solis numen placare querelis.
Parca superstitio: non turea flamma, nec altus
Accipitur sanguis; lacrymis altaria sudant,
Moestarumque super libamina serta comarum
Pendent, et vestes mutata sorte relictae.
Mite nemus circa, cultuque insigne verendo,
Vittatae laurus, et supplicis arbor olivae.
Nulla autem effigies, nulli commissa metallo
Forma deae, mentes habitare et pectora gaudet.
Semper habet trepidos, semper locus horret egenis
Coetibus; ignotae tantum felicibus arae.
Fama est, defensos acie, post busta paterni
Numinis, Herculeos sedem fundasse nepotes.
Fama minor factis: ipsos nam credere dignum
Coelicolas, tellus quibus hospita semper Athenae,
Ceu leges, hominemque novum, ritusque sacrorum,
Seminaque in vacuas hinc descendentia terras,
Sic sacrasse loco commune animantibus aegris
Confugium, unde procul starent iraeque, minaeque,
Regnaque, et a justis Fortuna recederet aris.
Jam tunc innumerae norant altaria gentes.
Huc victi bellis, patriaque e sede fugati,
Regnorumque inopes, scelerumque errore nocentes
Conveniunt, pacemque rogant: mox hospita sedes
Vicit, et Oedipodae furias, et funus Olynthi
Texit, et a misero matrem submovit Oreste.
Hunc vulgo monstrante locum, manus auxia Lernae

La patria, la cagion de i loro pianti;
Che bramino in Atene: ed esse ancora
In varie parti accusano, fremendo,
L'empia legge di Tebe e il fier Creonte.
Non con tanto rumor le rondinelle
Narran con tronchi accenti a i tetti amici
Del lascivo Teséo lo stupro infame,
Il doppio letto e la crudel vendetta.
Nel mezzo a la città sorgeva un tempio
Non dedicato a i più possenti Numi,
Ma eretto in sede a la Clemenza, e sacro
Fatto l'aveva miserabil gente.
Ognor supplici nuovi, e ognor le preci
Sono esaudite. Ognun s'ascolta: aperto
È il dì e la notte, e a mitigar la dea
Bastano solo le querele e i pianti.
Parco n'è il culto: non l'incenso, o il sangue
Delle vittime pingui ivi s'adopra.
Son di lagrime aspersi i miti altari,
Pendono in voto le recise chiome,
E le vesti da i miseri lasciate,
Che a fortuna miglior condusse il nume.
Placida selva il cinge, in cui verdeggia
Il sacro lauro e il supplicante olivo.
Ma non v'è simulacro, e della dea
Nessuna immago in vivo bronzo espressa:
Le menti e i cori d'abitar sol gode.
Sempre di meste turbe e bisognose
E supplicanti è pieno il luogo, e solo
A i fortunati è quell'altare ignoto.
Fam'è che i figli dell'invitto Alcide,
Poi ch'arse in Eta, e al cielo ascese il padre
Cangiato in dio, dall'Attiche falangi
Contro Euristeo difesi, alla Pietade
Ergesser l'ara; ma minor del vero
È questa fama; e più credibil sembra
Che i Numi stessi, a cui diè albergo e sede
Ospite Atene; come a quella diero
Leggi e costumi, sacrifizi, e l'arte
Di coltivare e seminar la terra,
Che fu poi sparsa in peregrine piagge:
Così sacrasser quivi a gl'infelici
Un asilo sicuro, onde lontane
Fosser ire e minacce, e i regni iniqui,
E da quel giusto altare andasse in bando
La malvagia Fortuna e i Fati avversi.
Ad ogni gente è di già noto il tempio;
E i vinti in guerra e gli esuli e dal trono
I re scacciati, e quei che per errore,
Non per rea volontà, commiser fallo,
Vi concorreano a gara, e chiedan pace.
L'ospital sede avea poc'anzi accolto
Edippo, e sciolto da sue furie antiche;
E dall'eccidio preservata Olinto;
E dalla madre liberato Oreste.
Ivi, additando lor l'attica plebe

Deveniunt: cedit miserorum turba priorum.
Vix ibi sedatis requierunt pectora curis:
Ceu patrio super alta grues Aquilone fugatae
Quum videre Pharon; tunc aethera latius implent,
Tunc hilari clangore sonant: juvat orbe sereno
Contemsisse nives, et frigora solvere Nilo.
Jamque domos patrias, Scythicae post aspera gentis
Proelia, laurigero subeuntem Thesea curru
Laetifici plausus, missusque ad sidera vulgi
Clamor, et emeritis hilaris tuba nuntiat armis.
Ante ducem spolia et duri Mavortis imago,
Virginei currus, cumulataque fercula cristis,
Et tristes ducuntur equi, truncaeque bipennes,
Quis nemora et solidam Meotida caedere suetae,
Corytique leves portantur, et ignea gemmis
Cingula, et informes dominarum sanguine peltae.
Ipsae autem nondum trepidae, sexumve fatentur,
Nec vulgare gemunt, aspernanturque precari,
Et tantum innuptae quaerunt delubra Minervae.
Primus amor niveis victorem cernere vectum
Quadrijugis, nec non populos in semet agebat
Hippolyte, jam blanda genas, patiensque mariti
Foederis: hanc patriae ritus fregisse severos
Atthides obliquae secum mirantur operto
Murmure: quod nitidi crines, quod pectora palla
Tota latent, magnis quod barbara semet Athenis
Misceat, atque hosti veniat paritura marito.
Paulum et ab insessis moestae Pelopeides aris
Promovere gradum, seriemque et dona triumphi
Mirantur, victique animo rediere mariti.
Atque ubi tardavit currus, et ab axe superbo
Explorat causas victor, poscitque benigna
Aure preces, ausa ante alias Capaneia conjux:

Il tempio, entrâr le sconsolate Argive,
E dieron luogo le primiere turbe
Degl' infelici. Appena entrate furo,
Che ne i lor petti si calmâr gli affanni.
Così cacciate dal natio Aquilone
Dal freddo polo a più soave clima,
In discoprir le gru l'amata Faro,
Stendon per l'aria la volante nube,
E di lieti clamori empiono il cielo.
Dolce è loro sprezzar nel caldo Egitto
Le fredde nevi, e l'importuno gelo
Scior del tepido Nilo in su le sponde.
Ma gli applausi festivi, e della plebe
Le grida, che feriscono le stelle,
E il lieto suon delle guerriere trombe
Annunzio dan che di già vinte e dome
Le fiere Scite, vincitor ritorni
Su carro trionfale il gran Teséo.
Precedono le spoglie, e pria l'immago
Del fiero Marte; indi i falcati carri,
E i destrier privi delle lor guerriere,
E le bipenni infrante, onde le donne
Troncar le selve, ed ispezzare il ghiaccio
Solean della Meotica palude;
E salmerie d'elmi, di piume e d'archi,
E le lievi faretre, e risplendenti
Di varie gemme i militari cinti,
E scudi aspersi del femmineo sangue.
Seguono poi le Amazoni sicure,
Ancorchè vinte; nè si mostran donne,
Nè quai donne si lagnano; e a le preci
Sdegnano di piegarsi, e cercan solo
Della vergine Palla il culto e il tempio.
Ma il più gradito oggetto era Teséo
Su carro eccelso, cui traean superbi
Quattro destrier vie più che neve bianchi:
Nè Ippolita è minor vaghezza e spene
Del popolo, già placida in sembiante,
E al dolce nodo maritale avvezza.
Ne mormoran fra lor l'attiche donne,
E torve la rimirano fremendo,
Ch'essa i patrii costumi in abbandono
Lasci, e le chiome adorni, i membri copra
Con lungo manto, e nella grande Atene
Entri vinta in trionfo, e al vincitore
Consorte a partorir d'Egéo nel letto.
S'allontanaro allor del sacro altare
Alcuni passi le dolenti greche,
E in ammirare e l'ordine e le spoglie
Del superbo trionfo, i vinti sposi
(Crudele oggetto!) a lor tornaro in mente.
Ma poscia il carro soffermossi, ed alto
Richiese la cagion di lor querele
Il vincitore, e a le preghiere porse
Favorevole orecchio; a parlar prese
Di Capaneo la valorosa moglie:

« Belliger Aegide, subitae cui maxima laudis
Semina de nostris aperit Fortuna ruinis,
Non externa genus, dirae nec conscia noxae,
Turba sumus: domus Argos erat, regesque mariti,
Non utinam et fortes: quid enim septena movere
Castra, et Agenoreos opus emendare penates?
Nec querimur caesos: haec bellica jura, vicesque
Armorum: sed non Siculis exorta sub antris
Monstra, nec Ossaei bello cecidere bimembres.
Mitto genus, clarosque patres; hominum, inclyte Theseu,
Sanguis erant, homines, eademque in sidera, eosdem
Sortitus animarum, alimentaque vestra creati,
Quos vetat igne Creon, Stygiaeque a limine portae,
Ceu sator Eumenidum, aut Lethaei portitor amnis,
Submovet, ac dubio coelique Erebique sub axe
Detinet. Heu princeps natura! ubi numina? ubi ille
Fulminis injusti jaculator? ubi estis, Athenae?
Septima jam surgens trepidis Aurora jacentes
Aversatur equis: radios declinat, et horret
Stelligeri jubar omne poli: jam cominus ipsae
Pabula dira ferae, campumque odere volucres
Spirantem tabo, et coelum, ventosque gravantem.
Quantum etenim superesse rear? nuda ossa, putremque
Urere permittat saniem: properate, verendi
Cecropidae: vos ista decet vindicta, priusquam
Emathii, Thracesque dolent, quaeque extat ubique
Gens arsura rogis, manesque habitura supremos.
Nam quis erit saevire modus? bellavimus: esto;
Sed cecidere odia, et tristes mors obruit iras.
Tu quoque, ut egregios fama cognovimus actus,
Non trucibus monstris Sinin, infandumque dedisti
Cercyona, et saevum velles Scyrona crematum.
Credo et Amazoniis Tanain fumasse sepulcris,
Unde haec arma refers: sed et hunc dignare triumphum.
Da terris unum, coeloque Ereboque laborem.

« Magnanimo figliuol del grande Egéo,
Cui da le nostre stragi esce improvvisa
Occasion d'eterna lode e fama;
Noi non venghiamo a te turba straniera,
Nè rea d'alcun misfatto: Argo la culla
Ci diede, e furon regi i nostri sposi;
Così non fosser stati audaci tanto!
Perchè a qual pro muover ben sette campi
Per castigar d'Agenore i nipoti?
Nè però ci dogliam della lor morte:
Queste di guerra son leggi e vicende.
Ma quelli che cadêr, non fur Ciclopi
Mostri prodotti nell'Etnee caverne,
E non biformi abitator dell'Ossa:
Taccio la stirpe e i generosi padri.
Uomini fur, magnanimo Teséo,
(Basti sol tanto) e d'uman seme nati.
Ed ebbero con voi comune il cielo,
La patria e l'alme, e gli alimenti stessi,
Color che esclude da gli estremi fuochi
L'empio Creonte, e da le stigie porte;
Come s'ei fosse il torbido Acheronte,
Onde nacquer l'Eumenidi spietate,
O il reo nocchier dell'infernal palude;
E fa gir l'ombre vagabonde e incerte
Tra l'Erebo e le stelle. O delle cose
Produttrice natura, e tu il consenti?
E dove sono i Numi? e dell'ingiusto
Fulmine vibrator l'iniquo Giove?
Atene, e dove sei? Già sette volte
Sorgendo in cielo, volse altrove il carro
Spaventata l'Aurora, e oscurò il lume,
E con orror li rimirâr le stelle:
E già il putrido cibo odian le fiere;
E gli avoltoi, e quell'infame campo
Che lezzo spira, e l'aer puro aggrava.
Siane permesso almeno arderne l'ossa
E il putridume: e che di lor più resta?
Su, Cecropii, affrettatevi; a voi tocca
Questa vendetta: pria che mossi a sdegno
Vengan gli Emazii ed i feroci Traci,
E quanti son ch'usan d'esequie e fiamme
Dopo la morte avere estremi onori.
Perchè a l'incrudelir qual fia prescritto
Termine o meta? Noi pugnammo, è vero;
Ma morir colla morte e gli odii e l'ire.
Tu pur (che ancor a noi delle tue imprese
La fama giunse) non lasciasti a i mostri
Sini e Cercione, e con dolor mirasti
Il barbaro Sciron privo di rogo;
E ancor la tana, onde cotante spoglie
Ora riporti, certa son che vide
Delle Amazoni sue fumar le pire.
Deh questo ancora a i tuoi trionfi aggiungi,
Sol questa impresa al mondo, al cielo, a Dite,
Questa sol'opra intrepido concedi.

Si patrium Marathona metu, si tecta levasti
Cressia, nec fudit vanos anus hospita fletus.
Sic tibi non ullae socia sine Pallade pugnae,
Nec sacer invideat paribus Tirynthius actis,
Semper et in curru, semper te mater ovantem
Cernat, et invictae nil tale precentur Athenae. »

Dixerat: excipiunt cunctae, tenduntque precantes
Cum clamore manus: rubuit Neptunius heros
Permotus lacrymis: justa mox concitus ira
Exclamat: « Quaenam ista novos induxit Erinnys
Regnorum mores? non haec ego pectora liqui
Graiorum abscedens, Scythiam pontumque nivalem
Quum peterem: novus unde furor? victumne putasti
Thesea, dire Creon? adsum: nec sanguine fessum
Crede: sitit meritos etiamnum haec hasta cruores.
Nulla mora est: verte hunc adeo, fidissime Phegeu,
Cornipedem, et Tyrias invectus protinus arces
Aut Danais edice rogos, aut proelia Thebis. »

Sic ait, oblitus bellique viaeque laborum,
Hortaturque suos, viresque instaurat anhelas.
Ut modo connubiis taurus, saltuque recepto,
Quum posuit pugnas; alios si forte remugit
Bellatore nemus, quamquam ora et colla cruento
Imbre madent, novus arma parat, campumque lacessens
Dissimulat gemitus, et vulnera pulvere celat.
Ipsa metus Libycos, servatricemque Medusam
Pectoris, incussa movit Tritonia parma.
Protinus erecti toto simul agmine, Thebas
Respexere angues: nec dum Atticus ire parabat
Miles, et infelix expavit classica Dirce.

Continuo in pugnas haud solum accensa juventus,
Qui modo Caucasei comites rediere triumphi;
Omnis ad arma rudes ager exstimulavit alumnos.
Conveniunt, ultroque ducis vexilla sequuntur,
Qui gelidum Braurona viri, qui rura lacessunt
Munychia, et trepidis stabilem Piraeea nautis,
Et nondum Eoo clarum Marathona triumpho.
Mittit in arma manus, genialibus hospita divis
Icarii, Celeique domus, viridesque Melaenae,

Se d'ogni tema Maraton sciogliesti,
Se del mostro biforme il laberinto
Tu superasti, se non pianse invano
L'ospite vecchia; così teco ognora
Sia Minerva in battaglia, e non invidii,
Già fatto dio, l'emule imprese Alcide:
E sempre in carro trionfal ti veggia
La genetrice, e sempre invitta Atene
Mai non senta il dolor simile al nostro. »

Disse; e l'altre approvaro, e fra le strida
Supplichevoli a lui teser le mani.
Prima arrossì Teséo mosso da i pianti;
Indi di giusto sdegno il cuore acceso
Così esclamò: « Qual nuova Furia a i regni
Insegnò tai costumi? io non lasciai
Così barbari i Greci, allor ch'a i Sciti,
Varcando il freddo Eusino, il cammin volsi.
D'onde il nuovo furor? forse, Creonte,
Credevi tu che più Teséo non fosse?
Eccomi, e non ancor sazio di sangue.
Del sangue de i tiranni è sitibonda
Ognor quest'asta. Ma che indugio? sprona
A quella parte, o fido Fégeo, e giunto
A le Anfionie rocche altero intima
O il rogo a i Greci, o mortal guerra a Tebe. »

Sì dice; e delle pugne e del cammino
Scordato, i suoi conforta; e per un poco
L'affaticato esercito ristora.
Siccome toro che pur or l'amata
E il pasco antico vincitore ottenne,
E ne gode tranquillo e si riposa;
Se ode lungi muggir nuovo nemico,
Quantunque ancor grondino il collo e il petto
Di fresco sangue, rinnovella l'ire,
Cela il dolor, sparge col piè l'arena,
E le ferite sue copre di polve.
Lo scudo scosse, onde si copre il petto
Pallade stessa; e l'orrido Gorgone,
E gli angui, che le fan crine e corona,
Gonfiaro i colli e rimiraron Tebe:
Nè ancor movevan l'Attiche falangi,
E già Dirce temea le trombe ostili.
Non sol la gioventude a l'armi avvezza,
Che a parte fu del Scitico trionfo,
Segue l'eccelse vincitrici insegne
Del duce invitto; ma v'accorron pronti
E volontarii i popoli vicini.
Vengono quei che di Munichio i colli
E il gelido Braurona apron co i solchi;
E quei che sul Pireo, fido ricetto
A i nocchieri e a le navi, hanno la sede:
Nè ancor famosa per le palme Eoe
Sua gente al campo Maratone invia:
E le case d'Icario e di Celeo
Ospiti amiche a i geniali Dei;
E le verdi Melene; e d'ombre e boschi

Dives et Egaleos nemorum, Parnesque benignus
Vitibus, et pingui melior Lycabessos oliva.
Venit atrox Ileus, et olentis arator Hymetti,
Quaeque rudes thyrsos hederis vestistis, Acharnae.
Linquitur Eois longe speculabile proris
Sunion, unde vagi casurum in nomina ponti
Cressia decepit falso ratis Aegea velo.
Hos Salamis populos, illos Cerealis Eleusin
Horrida suspensis ad proelia misit aratris:
Et quos Calliroe novies errantibus undis
Implicat, et raptae qui conscius Orithyiae
Celavit Geticos ripis Ilissos amores.
Ipse quoque in pugnas vacuatur collis, ubi ingens
Lis Superûm, dubiis donec nova surgeret arbor
Rupibus, et longa refugum mare frangeret umbra.
Isset et Arctoas Cadmea ad moenia ducens
Hippolyte turmas: retinet jam certa tumentis
Spes uteri, conjuxque rogat dimittere curas
Martis, et emeritas thalamo sacrare pharetras.
Hos ubi velle acies, et dulci gliscere ferro
Dux videt, utque piis raptim dent oscula natis
Amplexusque breves, curru sic fatur ab alto:
« Terrarum leges et mundi foedera mecum
Defensura manus, dignas insumite mentes
Coeptibus: hac omnem divûmque hominumque favorem,
Naturamque ducem, coetusque silentis Averni
Stare palam est: illic Poenarum exercita Thebis
Agmina, et anguicomae ducent vexilla sorores.
Ite alacres, tantaeque, precor, confidite causae. »
Dixit, et emissa praeceps iter inchoat hasta.
Qualis hyperboreos ubi nubilus institit axes
Juppiter, et prima tremefecit sidera bruma;
Rumpitur Aeolia, et longam indignata quietem
Tollit hiems animos, ventosaque sibilat Arctos.
Tunc montes undaeque fremunt, tunc proelia caesis
Nubibus, et tonitrus insanaque fulmina gaudent.

Egalo pieno, e delle sacri viti
Abbondevole Parne, e Licabesso
Stimabil più per le feconde olive.
Vengono i fieri Illei, ed i cultori
D' Imetto lascian gli odorosi favi;
E Acarne, che di verde edera veste
I rozzi tirsi; e Sunione altera,
Che da le prore Eoe lungi si scorge;
Onde ingannato da le false vele
Egeo sen' cadde, e diè suo nome al mare.
E Salamina, e a Cerere divota
La sacra Eleusi, le campagne inculte
Lasciando, spingon le lor genti in guerra:
E quelli ancor che nove volte intorno
Calliroe cinge con girevol onda,
E quei che bevon dell' Iliso l' acque;
D' Iliso consapevole del furto
Della vaga Orizía, e che cortese
Diede al Tracio amatore occulto asilo.
Resta deserto ancor l' ameno colle,
Ov' ebber lite i Dei; finchè repente
Il pacifico olivo uscì da i sassi,
E fe' coll' ombra ritirare il mare.
Ippolita anco l' Iperboree schiere
A le mura di Cadmo avria condotte;
Ma la ritarda la sicura spene
Del ventre grave, e il vincitor la prega
Che di Marte si scordi, e che consacri
Al letto d' Imeneo faretra ed arco.
Ma poi ch' ei vide intorno a sè raccolti
I popoli feroci, e chieder guerra,
E respirar sol l' armi, e dare in fretta
Furtivi abbracci a le consorti e a i figli;
Da l' alto carro favellò in tal guisa:
« O valorose schiere, accinte meco
Del mondo i patti e delle genti il dritto
A vendicare; i generosi cuori
Mostrate degni di sì giusta impresa.
Pugneranno per noi uomini e Dei;
Ne fia scorta Natura, e fian con noi
Gli stessi abitator del muto inferno.
Condurran contro Tebe in ordinanza
Esercito di pene e di tormenti
L' anguicrinite Eumenidi spietate.
Gitene lieti, e con sicura spene
Per sì giuste cagion d' aver vittoria. »
Sì disse, e lanciò l' asta, e il campo mosse.
Così qualor la prima bruma e il gelo
Sciolse da l' Arto nuvoloso Giove,
E irrigidiron gli astri; Eolo le porte
Disserra a i venti e impaziente il verno
Di più lungo riposo acquista forze,
E soffian gli Aquiloni. Allora i monti
Fremono e il mare; allor spezzate e rotte
Pugnan le nubi; allora i tuoni in cielo
Scorrendo vanno, e i fulmini volanti.

Icta gemit tellus: virides gravis ungula campos
Mutat, et innumeris peditumque equitumque catervis
Exspirat protritus ager, nec pulvere crasso
Armorum lux victa perit, sed in aethera longum
Frangitur, et mediis ardent in nubibus hastae.
Noctem adeo, placidasque operi junxere tenebras,
Certamenque immane viris, quo concita tendant
Agmina, quis visas proclamet ab aggere Thebas,
Cujus in Ogygio stet princeps lancea muro.
At procul ingenti Neptunius agmina Theseus
Angustat clypeo, propriaeque exordia laudis,
Centum urbes umbone gerit, centenaque Cretae
Moenia: seque ipsum monstrosi ambagibus antri
Hispida torquentem luctantis colla juvenci,
Alternasque manus circum, et nodosa ligantem
Brachia, et abducto vitantem cornua vultu.
Terror habet populos, quum septus imagine torva
Ingreditur pugnas: bis Thesea, bisque cruentas
Caede videre manus: veteres reminiscitur actus
Ipse tuens sociumque gregem, metuendaque quondam
Limina, et absumpto pallentem Gnossida filo.
Saevus at interea ferro post terga revinctas
Antigonen, viduamque Creon Adrastida leto
Admovet: ambae hilares, et mortis amore superbae,
Ensibus intentant jugulos, regemque cruentum
Destituunt; quum dicta ferens Theseia Phegeus
Adstitit: ille quidem ramis insontis olivae
Pacificus, sed bella ciet, bellumque minatur
Grande fremens, nimiumque memor mandantis, et ipsum
Jam prope, jam medios operire cohortibus agros
Ingeminans: stetit ambiguo Thebanus in aestu
Curarum, nutantque minae, et prior ira tepescit.
Tunc firmat sese, fictumque, ac triste renidens:
« Parvane prostratis, inquit, documenta Mycenis
Sanximus? en iterum, qui moenia nostra lacessant.

Al muover dell' esercito possente
Trema lungi la terra; e i verdi campi
Tritati e pesti de i destrier feroci
Da l' unghie gravi, e le campagne intorno,
Ove passàr di fanti e di cavalli
Le immense schiere, son ridotte in polve.
Nè però basta ad occultare il lume
Dell' armi; e in mezzo a quella densa nube
Si veggon balenar corazze ed aste.
Vanno correndo il dì, nè li ritarda
L' ombra notturna e il placido riposo.
Han contesa tra lor, chi più veloce
L' altro preceda, e chi primier discopra
Da lungi Tebe, e nell' Ogigie mura
Chi primo vibri il dardo, o l' asta affigga.
Ma nel lucido scudo impresse porta
Il sommo duce sue famose imprese,
E delle glorie sue principio e fonte
Creta, cento cittadi e il laberinto.
Lui stesso vedi nel confuso albergo
Torcer l' ispido collo al Minotauro,
E in fiera lotta le robuste braccia
Legargli a tergo, e l' una e l' altra mano;
E dal cozzare delle insane corna
Ritrarre il volto ed ischivarne i colpi.
Quand' egli entra in battaglia, e lungi mostra
L' enorme selva, alto spavento ingombra
Le nemiche falangi in rimirarlo
Due volte aver le man di sangue tinte,
La prima nello scudo, e l' altra in guerra.
E s' ei talora vi rivolge il guardo,
Vede presenti il memorabil fatto,
Il drappel de i compagni, e l' aspre porte
Del formidabil tetto, ed Arianna
Mesta temer che a lui non manchi il filo.
Mandava intanto il fier Creonte a morte,
Legate di durissime catene,
Antigone, e la vedova di Tebe
Figlia del grande Adrasto. Ambe contente,
E per gran voglia di morir superbe,
Offron la gola al ferro, e del tiranno
Deludono la spene e sprezzan l' ire;
Quand' ecco giunge il messaggier d' Atene:
Porta egli in mano il ramuscel d' oliva
Segno di pace; ma fremendo e audace,
In virtù di chi 'l manda, armi minaccia,
E guerra intíma; e che Teséo è vicino,
Grida, e già ingombra colle schiere i campi.
Restò sospeso fra contrarij nembi
Di diversi pensier l' empio tiranno,
E mitigò l' orgoglio e le minacce.
Pur si rinfranca, e simulando il riso,
Ed il volto infingendo, al fin rispose:
« Non basta dunque il memorando esempio
D' aver pur or vinte Micene ed Argo.
Che nuova gente ad insultarci muove?

Accipimus: veniant; sed ne post bella querantur.
Lex eadem victis. » Dixit: sed pulvere crasso
Caligare diem, et Tyrios juga perdere montes
Adspicit: armari populos tamen, armaque ferri
Ipse jubet pallens, mediaeque in sedibus aulae
Eumenidas subitas, flentemque Menoecea cernit
Turbidus, impositosque rogis gaudere Pelasgos.

Quis fuit ille dies, tanto quum sanguine Thebis
Pax inventa perit? patriis modo fixa revellunt
Arma deis, clypeisque obducunt pectora fractis,
Et galeas humiles, et adhuc sordentia tabo
Spicula: non pharetris quisquam, non ense decorus,
Non spectandus equo: cessit fiducia valli:
Murorum patet omne latus, munimina portae
Exposcunt: prior hostis habet: fastigia desunt;
Dejecit Capaneus: exsanguis et aegra juventus
Jam nec conjugibus, suprema nec oscula natis
Jungit, et attoniti nil optavere parentes.

Atticus at contra, jubar ut clarescere ruptis
Nubibus, et solem primis adspexit in armis,
Desilit in campum, qui subter moenia nudos
Asservat manes: dirisque vaporibus aegrum
Aëra pulverea penitus sub casside ducens
Ingemit, et justas belli flammatur in iras.

Hunc saltem miseris ductor Thebanus honorem
Largitur Danais, quod non super ipsa jacentum
Corpora belligeras acies, Martemque secundum
Miscuit. At lacera ne quid de strage nefandus
Perderet, eligitur saevos potura cruores
Terra rudis: jamque alternas in proelia gentes
Dissimilis Bellona ciet: non clamor utrimque,
Non utrimque tubae: stat debilis altera pubes,
Submissos enses nequicquam, amentaque dextris
Laxa tenens: cedunt tellure, armisque reductis
Ostentant veteres etiamnum in sanguine plagas.
Jam nec Cecropiis idem ductoribus ardor,
Languescuntque minae, et virtus secura residit:
Ventorum velut ira minor, nisi silva furentes

Venga; ma vinta poi non si quereli,
Se avrà co i Greci una medesma legge.
Tacque, e vide repente immensa polve
Velare il giorno, ed adombrare i monti.
Impallidisce, e frettoloso impone
Che s'armi il vulgo, e l'armatura ei veste.
Ma tra fantasmi e larve entro la reggia
Vede baccar le Furie, e Menecéo
Torvo e piangente, e su i vietati roghi
Ardere i Greci e festeggiarne l'ombre.

Quale fu mai quel giorno in cui la pace
Compra con tanto sangue, e nata appena
Sparì da Tebe? timidi e confusi
Rapiscon l'armi a i patrii Numi appese,
E co i laceri scudi il petto coprono.
Staccano gli elmi d'ogni fregio ignudi,
E le saette ancor di sangue lorde.
Non v'è chi si distingua, o chi risplenda
Per gemmata faretra o terso brando,
O per destriero d'ostro e d'ôr guernito.
Non si fidan nel vallo; in mille lati
Son le mura squarciate, e delle porte
Cercan le ferree spranghe, e l'opra è vana;
Chè le spezzaro i Greci; e torri e merli
Abbattè Capaneo: pigra ed esangue
La gioventù non dà gli usati amplessi
A le consorti, e i dolci baci a i figli,
Nè san quai voti far gli antichi padri.

Ma poi che vide il capitan d'Atene
Spezzar le nubi, e rischiarare il mondo
Il nuovo sole, e lampeggiar su l'armi;
Scende nel campo, ove stan l'ombre inulte,
E giacciono i cadaveri insepolti;
E in respirare, dentro il chiuso elmetto,
Delle fracide membra il grave olezzo,
Intenerissi e pianse, e in lui lo sdegno
Vie più forte s'accese alla vendetta.

Da l'altra parte quest'onore almeno
Concesse a i Greci il perfido Creonte,
Che al nuovo Marte non guidò le schiere
Su i corpi estinti: della prima strage,
Forse per conservar gli ultimi avanzi,
E a bere il sangue un altro campo scelse.

Ma già condotte avea le genti a fronte
La disugual Bellona: un grido stesso
Non è d'ambe le parti, e delle trombe
Non è simile il suono. Inferma e lenta
Quindi sen' vien la gioventù Tebana
Co i brandi chini, e strascinando l'aste,
E cedendo il terren, co i scudi a tergo
Mostran grondanti ancor le prime piaghe.
E già i Cecropii stessi il primo ardore
Vanno perdendo, e cessan le minacce,
E langue la virtù senza contrasto.
Così minore è l'impeto de i venti,
Se non s'oppone al lor furor la selva;

Impedit, insanique tacent sine litore fluctus.
Ut vero aequoreus quercum Marathonida Theseus
Extulit, erectae cujus crudelis in hostes
Umbra cadit, campumque trucem lux cuspidis implet:
Ceu pater Edonos Haemi de vertice Mavors
Impulerit currus, rapido mortemque fugamque
Axe vehens, sic exanimis in terga reducit
Pallor Agenoridas: taedet fugientibus uti
Thesea, nec facilem dignatur dextra cruorem.
Cetera plebeio desaevit sanguine virtus.
Sic juvat exanimis projectaque praeda canesque
Degeneresque lupos: magnos alit ira leones.
Attamen Olenium, Thamirumque, hunc tela pharetra
Promentem, hunc saevi tollentem pondera saxi
Dejicit, et triplici confisos robore gentis
Alcidas fratres, totidem quos eminus hastis
Continuat: ferrum consumit pectore Phileus,
Ore momordit Helops, humero transmisit Iapix.
Jamque et quadrijugo celsum petit Haemona curru,
Horrendumque manu telum rotat: ille paventes
Obliquavit equos: longo perlata tenore
Transiit hasta duos: sitiebat vulnera nec non
Tertia, sed medio cuspis temone retenta est.
Sed solum votis, solum clamore fremendo
Omnibus in turmis, optatque vocatque Creonta.
Atque hunc diversa bellorum in fronte maniplos
Hortantem dictis, frustraque extrema minantem
Conspicit: abscedunt comites, et Thesea jussi
Linquebant, fretique deis, atque ipsius armis.
Ille tenet, revocatque suos: utque aequa notavit
Hinc atque hinc odia, extrema se colligit ira,
Jam letale furens, atque audax morte futura:
« Non cum peltiferis, ait, haec tibi pugna puellis,
Virgineas nec crede manus: hic cruda virorum
Proelia: nos magnum qui Tydea, quique furentem
Hippomedonta neci, Capaneaque misimus umbris
Pectora. Quae bellum praeceps amentia suasit,
Improbe? nonne vides, quos ulciscare, jacentes? »
Sic ait, et frustra periturum missile summo

E se non frange a i lidi, il mar non freme.
Ma poi che l'asta Maratonia in alto
Alzò il figlio d'Egeo, la cui grand'ombra
Stese l'orror su l'inimiche schiere,
E il balenar del ferro ingombrò il campo;
Qual se da l'Emo i corridori Traci
Marte sospinga, e seco in carro porti
E morte e fuga; le Agenoree schiere
Pallide danno il tergo, e in rotta vanno:
Fassi della vil plebe aspro governo
Dagli altri tutti; ma Teséo non degna
Contro chi fugge usar la forza e l'armi.
Così l'esangue ed abbattuta preda
A i cani piace ed a i codardi lupi;
Ma si pasce il leon di nobil ira.
E pure Olenio abbatte e il fier Tamiro;
L'uno sceglica da la faretra i dardi,
L'altro alzava da terra un sasso immenso.
Quindi i figli d'Alceo, c'hanno fidanza
Nella triplice union, con tre grand'aste
Tutti da lungi un dopo l'altro uccide:
A Fileo il petto, ad Elope la gola,
E nella spalla Japige trafisse.
Poi con quattro destrier su carro eccelso
Emone ei scorge, e orribil asta vibra.
Quegli i destrieri timidi rivolge
In fianco, e cede; lungo tratto vola
La ferrea trave, e due cavalli uccide,
Ed il terzo feria; ma vi si oppose
Il timone, ed in sè ritenne il colpo.
Ma gli altri non curando il gran Teséo,
Solo brama co i voti e colle grida
Il fier Creonte, e lui sol cerca e chiama.
Ed ecco il vede dall'opposto corno
Esortar le sue schiere, e con minacce
Spingerle, lor malgrado, a la battaglia,
Al domandar del duce, indietro il passo
Ritirano i Cecropii, e il lascian solo,
Affidati ne i Numi e in suo valore;
Ma l'altro i suoi ritiene, e li rappella.
E poi che vide che egualmente in ira
Era a i nemici ed a le proprie squadre,
Tutto raccolse il suo furore estremo.
E infuriando disperatamente,
Lo fe' più audace la vicina morte.
« Queste non son le verginali destre,
Dice, con cui pugnasti, e qui non sono
Di lievi targhe le guerriere armate.
Qui pugnerai co i forti; e noi siam quelli
Per le cui mani il gran Tidéo sen' giace.
Noi uccidemmo Ippomedonte altero,
E noi mandammo Capaneo fra l'ombre;
E qual follia ti spinse a farne guerra?
Mira color, che a vendicare aspiri,
Come deformi giacciano e insepolti. »
Così diss'egli, e lanciò l'asta indarno,

Affixit clypeo: risit, vocesque manumque
Horridus Aegides, ferrataque arbore magnos
Molitur jactus, nec non prius ore superbo
Intonat: « Argolici, quibus haec datur hostia, Manes,
Pandite Tartareum chaos, ultricesque parate
Eumenidas, venit ecce Creon. » Sic fatus, et auras
Dissipat hasta tremens: tunc qua subtemine duro
Multiplicem tenues iterant thoraca catenae,
Incidit; emicuit per mille foramina sanguis
Impius: ille oculis extremo errore solutis
Labitur: assistit Theseus gravis, armaque tollens:
« Jamne dare exstinctis justos, ait, hostibus ignes,
Jam victos operire placet? vade atra dature
Supplicia, extremique tamen secure sepulcri. »

Accedunt utrimque pio vexilla tumultu,
Permiscentque manus medio jam foedera bello,
Jamque hospes Theseus: orant succedere muris,
Dignarique domos; nec tecta hostilia victor
Aspernatus init: gaudent matresque, nurusque
Ogygiae: qualis thyrso bellante subactus
Mollia laudabat jam marcidus Orgia Ganges.

Ecce per adversas Dircaei verticis umbras
Foemineus quatit astra fragor, matresque Pelasgae
Decurrunt: quales Bacchea ad bella vocatae
Thyades amentes, magnum quas poscere credas,
Aut fecisse nefas: gaudent lamenta, novaeque
Exsultant lacrymae: rapit huc, rapit impetus illuc,
Thesea magnanimum quaerant prius, anne Creonta,
Anne suos; vidui ducunt ad corpora luctus.

Non ego, centena si quis mea pectora laxet
Voce deus, tot busta simul, vulgique, ducumque
Tot pariter gemitus, dignis conatibus aequem:
Turbine quo sese caris instraverit audax
Ignibus Evadne, fulmenque in pectore magno

Chè lo scudo toccando, a terra cadde.
Sorrise amaramente il fiero Egide,
E disprezzando le minacce e il braccio,
Ferrata trave innalza, e il colpo libra;
Ma pria lo sgrida con parlar superbo:
« Ombre Argive insepolte, a cui consacro
Questa vittima infame in olocausto,
Spalancate l'Inferno, e preparate
Le Furie ultrici; ecco sen vien Creonte. »
Vola la fatal asta, e l'aria fende,
E le anella del giaco, ond' ei raddoppia,
Sotto l'usbergo, le difese al petto,
Smaglia e fracassa, e fuor per cento vie
Della rotta lorica il sangue sgorga.
Cad'egli, e in morte gli occhi erranti scioglie.
Teséo gli è sopra, e col gran piè lo preme,
E dell'armi lo spoglia, e lo rampogna.
« Crudel, ti piace ancor le giuste fiamme
Dare agli estinti, e gl' infelici Greci
Coprir di terra? Or vanne, ove t'aspetta
Il dovuto supplizio; e va sicuro,
Che il corpo tuo non mancherà d'avello. »

Morto il tiranno, l'uno e l'altro campo
Mesce le insegne, e porgonsi le destre,
E germoglia la pace in mezzo all'armi;
Ed ospite è Teséo, non più nemico.
Lo pregano che il piede entro le mura
Ponga, ed onori i lor paterni alberghi;
E lor compiace il vincitor cortese.
Tutto va in festa, e con piacer l'accoglie
La turba delle madri e delle spose.
Così già domi i popoli del Gange
Ebbri e giulivi, e 'l crin di fronde cinti,
Lodàr di Bacco i sacrifizii insani.

Quando di grida e di femminei pianti
Sonàr le opposte selve, e giù da i colli
Sceser di Dirce le Pelasghe madri
E le vedove afflitte; in quella guisa
Che van talor le furiose Menadi
Chiamate al suon de i timpani e de' cimbali,
Che par, cotanto son feroci e tumide,
Che fuggan dal delitto, o che vi corrano.
Godono ne i lamenti, e trionfando
Vanno fra i pianti: un impeto, un tumulto
Nasce fra lor; se prima al gran Teséo
Corrano a rendere i dovuti onori,
O a incrudelire nel tiranno ucciso,
O ad accender le fiamme a i corpi amati:
Vedovanza e pietà le guida a i corpi.

Non io, sebben mi fecondasse il petto
Con cento voci alcun benigno nume,
Dell'umil volgo e de i sublimi regi
Cotanti roghi e tanti pianti insieme
Con degno carme raccontar potrei:
Come l'audace Evadne in mezzo al fuoco
Si lanciasse a cercar, del gran consorte

Quaesierit: quo more jacens supra oscula saevi
Corporis infelix excuset Tydea conjux,
Ut saevos narret vigiles Argia sorori:
Arcada quo planctu genitrix Erymanthia clamet,
Arcada consumpto servantem sanguine vultus,
Arcada, quem geminae pariter flevere cohortes.
Vix novus ista furor, veniensque implesset Apollo:
Et mea jam longo meruit ratis aequore portum.
   Durabisne procul, dominoque legere superstes,
O mihi bissenos multum vigilata per annos
Thebai? jam certe praesens tibi fama benignum
Stravit iter, coepitque novam monstrare futuris.
Jam te magnanimus dignatur noscere Caesar,
Itala jam studio discit, memoratque juventus.
Vive, precor: nec tu divinam Aeneida tenta,
Sed longe sequere, et vestigia semper adora.
Mox tibi, si quis adhuc praetendit nubila livor,
Occidet, et meriti post me referentur honores.

Per entro il seno, il fulmine celeste:
Come distesa sulle fiere membra
Deifile fra i baci il suo Tidéo
Scolpando vada: come Argía racconti
Il furor de i custodi a la germana:
Con quali strida la Parrasia madre
Chiami Partenopeo; Partenopeo,
Che serba ancor beltà nel volto esangue;
Partenopeo, cui piansero ambi i campi,
Non novello furor, novello Apollo
Tante cose potria stringer cantando.
E già rotte ho le vele, e i remi stanchi,
E già la nave mia domanda il porto.
   Ma tu, cara Tebaide, al cui lavoro
Sudai due stati sotto 'l Sirio ardente,
Ed altrettanti verni infra le brume
Alsi e gelai, dopo la morte nostra
Avrai tu vita e fama? e fia che alcuno
In questo nuovo stil ti legga e onori?
Certo, so ben, tra i più sublimi ingegni,
Che te videro ancora incolta e rozza,
Molti vi son che me ne dan speranza.
Vivi felice: e come l'altra un tempo
L'orme seguì del gran cantor di Manto,
Che innalzò al ciel con sì famosa tromba
Il figliuolo d'Anchise e della Diva;
Così tu ancor di nuovi fregi adorna
Nell'Etrusca dolcissima favella
   L'armi pietose e 'l capitan rispetta;
E se ben nata su le stesse sponde,
Da lungi adora il ferrarese Omero.
E se avverrà che te l'invidia adombri,
Dileguerassi: e la futura etade
Ti darà forse i meritati onori;
Posciachè dal suo fral mio spirto sciolto,
Onde partì, ritornerà fra gli astri.

PUBLII PAPINII STATII

ACHILLEIDOS

LIBRI DUO

PUBLII PAPINII STATII

ACHILLEIDOS

LIBER PRIMUS

Magnanimum Aeaciden, formidatamque Tonanti
Progeniem, et patrio vetitam succedere coelo,
Diva, refer. Quamquam acta viri multum inclyta cantu
Maeonio, sed plura vacant: nos ire per omnem,
Sic amor est, Heroa velis, Scyroque latentem
Dulichia proferre tuba: nec in Hectore tracto
Sistere, sed tota juvenem deducere Troja.
Tu modo, si veteres digno depſevimus haustu,
Da fontes mihi, Phoebe, novos, ac fronde secunda
Necte comas: neque enim Aonium nemus advena pulso,
Nec mea nunc primis albescunt tempora vittis.
Scit Dircaeus ager: meque inter prisca parentum
Nomina, cumque suo numerant Amphione Thebae.
At tu, quem longe primum stupet Itala virtus,
Graiaque, cui geminae florent vatumque ducumque
Certatim laurus (olim dolet altera vinci),
Da veniam, ac trepidum patere hoc sudare parumper,

Il magnanimo Achille, ancor da Giove
Prole temuta sì, che sede in cielo
Dar non gli volle, e il tenne indi lontano,
Donde la prima origine traea,
Musa mi narra; che se ben cantonne
Meonio vate le più chiare imprese,
Molte ne tacque ancora, e del mio ingegno
Un fervido disío spiega le vele
A celebrarle tutte ad una ad una.
Di lui nascoso fra le ancelle in Sciro
La fama spargerò con greca tromba;
Ma poi che il forte Ettore al Xanto in riva
Strascinò per la polve al carro avvinto,
Non vuo' restare, e seguirà il mio canto
Le di lui sotto Troja inclite prove.
Tu, se altra volta nel sagrato fonte
Non invano attuffai le ardenti labbra;
Colà mi riconduci, o dio di Delo,
E mi cingi d'allor le tempia e il crine:
Nè vengo già dentro l'Aonio bosco
Le prime orme a segnare ospite novo,
Nè questo è il primo dì che al capo avvolgo
Sparse di stille Ascree le bianche bende;
Sallo di Dirce il celebre paese,
E me dei padri fra gli antichi nomi
Con Anfione suo Tebe risuona.
Voi che tra Greci e tra Latini avete
D'alto sapere il più eccellente onore,
Cui fioriscono a gara i doppii allori
Onor d'imperadori e di poeti
(Nè i primi agli altri san cedere il vanto)
Porgete al canto mio cortese orecchio
Per breve tempo, fin che alla prefissa
Meta, ver dove io mossi il piede, arrivi.
Lungo tempo è che medita mia Musa
Argomento più vasto, e dir di voi,

Pulvere: te longo, necdum fidente paratu
Molimur, magnusque tibi praeludit Achilles.
Solverat Oebalio classem de litore pastor
Dardanus, incautas blande populatus Amyclas,
Plenaque materni referens praesagia somni
Culpatum relegebat iter, qua condita ponto
Fluctibus invisis jam Nereis imperat Helle:
Quum Thetis Idaeos, heu nunquam vana parentum
Auguria! expavit vitreo sub gurgite remos.
Nec mora: et undosis turba comitante sororum
Prosiluit thalamis: fervent coëuntia Phrixi
Litora, et angustum dominas non explicat aequor.
Illa ubi discusso primum subit aëra ponto:
« Me petit haec, mihi classis, ait, funesta minatur:
Agnosco monitus, et Protea vera locutum.
Ecce novam Priamo, facibus de puppe levatis,
Fert Bellona nurum: video jam mille carinis
Ionium, Aegaeumque premi: nec sufficit, omnis
Quod plaga Graiugenum tumidis conjurat Atridis:
Jam pelago, terrisque meus quaeretur Achilles,
Et volet ipse sequi: quid enim cunabula parvo
Pelion, et torvi commisimus antra magistri?
Illic, ni fallor, Lapitharum proelia ludit
Improbus, et patria jam se metitur in hasta.
O dolor, o seri materno in corde timores!
Non potui infelix, quum primum in gurgite nostro
Rhoetaeae cecidere trabes, attollere magnum
Aequor? et incesti praedonis vela profunda
Tempestate sequi? cunctasque inferre sorores?
Nunc quoque; sed tardum est, jam plena injuria raptae.
Ibo tamen, pelagique deos, dextramque secundi,

Nè per tanto apparecchio ancor si fida.
Onde a formar degno d'eroe lo stile
Col grande Achille vuol tentarne il saggio.
Il dardano pastor le armate navi
Dai laconici lidi sciolte avea,
E sotto l'ospital fede sicura
Con sue lusinghe saccheggiato Amicle;
E riportando la fatal cagione,
Ed avverati della madre i sogni,
Sul mal preso viaggio risolcava
Il mar, là dove fra i temuti flutti
Elle sommersa gli dà il nome ancora,
Quando Tetide vide (ahi che gli augurii
Dei genitori mai vani non furo!)
Il caldo sforzo della ciurma idea,
Temendo sotto l'onde cristalline
I gravi colpi dei piegati remi;
Alzò la testa dall'ondoso letto
Delle sorelle sue coll'ampio coro.
Bollir vidersi allor gli stretti lidi
Di Frisso, che spiegar l'angusto mare
Tutta non può la numerosa schiera
Di tante Ninfe, c'han di lui l'impero.
Trattasi Teti appena dal profondo
Galleggiante su l'acque all'aer novo:
« Contro di me, contro di me, dicea,
Drizzate son coteste armate navi,
Che minacciano strage: or mi sovviene
Ciò che Proteo avvertì: ne parlò indarno.
Ve' che Bellona la novella nuora
Coi fanali innalzati all'alta poppa
Conduce a Priamo, e già da mille legni
L'Ionio e il mare Egeo vedo ingombrati.
Nè val che tutti congiurati sieno
I Greci insieme coi superbi Atridi,
Che in terra e in mare il mio figliuolo Achille
Ricercherassi; anzi vorrà seguirli
Egli stesso al cimento. E che mi giova
L'averlo dalla culla trasportato
Sul monte Pelio, e in orrida spelonca
Sotto rigida sferza ammaestrato?
Ivi; così non fosse! il cattivello
Altro giuoco non ha che le battaglie
Dei Lapiti, e misura colla lancia
Del padre suo la sua statura. O duolo!
O tardi nel mio cuor nato timore!
E non potei tosto che date furo
All'onde salse le trojane navi
Gonfiare il vasto mar, e del pirata
Incestuoso dissipar le vele,
Tutte contro di lui le mie sorelle
Incitando a furor? Lo posso ancora;
Ma tardi omai, che già dal reo fellone
La greca donna se ne va rapita.
Andronne pure, e tutti i Dei del mare
Colle preghiere mie, colle mie lagrime

Quod superest, complexa Jovis, per Tethios amnes,
Grandaevumque patrem, supplex miseranda rogabo
Unam hiemen. » Dixit, magnumque in tempore regem
Aspicit. Oceano veniebat ab hospite, mensis
Laetus, et aequoreo diffusus nectare vultus:
Unde hiemes, ventique silent, cantuque quieto
Armigeri Tritones eunt, scopulosaque cete,
Tyrrhenique greges circumque infraque rotantur
Rege salutato. Placidis ipse arduus undis
Eminet, et triplici telo jubet ire jugales.
Illi spumiferos glomerant a pectore fluctus;
Pone natant, delentque pedum vestigia cauda.
Cui Thetis: « O magni rector genitorque profundi,
Aspicis, in quales miserum patefeceris usus
Aequor? eunt tutis terrarum crimina velis,
Ex quo jura freti, majestatemque repostam
Rupit Iasonia puppis Pagasaea rapina.
En aliud furto scelus, et spolia hospita portans
Navigat injustae temerarius arbiter Idae,
Eheu quos gemitus terris pelagoque daturus!
Quos mihi! sic Phrygiae pensamus praemia palmae.
Hi Veneris mores, hoc gratae munus alumnae?
Has saltem (non Semideos, nostrumque reportant
Thesea), si quis adhuc undis honor, obrue puppes,
Aut permitte fretum: nulla inclementia: fas sit
Pro nato timuisse mihi. Da tollere fluctus,
Nec tibi de tantis placeat me fluctibus unum
Litus, et Iliaci scopulos habitare sepulcri. »

Orabat laniata comas, et pectore nudo
Caeruleis obstabat equis: tunc ductor aquarum

Spero ammollir. Lo stesso Giove ancora,
(Che quest' ultimo sforzo mi rimane)
Scongiurerò per li sagrati fiumi.
E per la maestà del padre antico;
Nè lascerò di stringerli la destra
Sinchè per una volta mi conceda
L' onde salse agitar colla burrasca. »

Mentre così dicea volge lo sguardo
Al re del mare, che opportuno viene,
Lieto e sparso del nettare marino,
Dalle mense del gran padre Oceano.
Tacciono i venti e l' orride tempeste:
Gli armigeri Tritoni a lui dinanzi
Nuotando van con adagiato canto.
Ai fianchi le balene smisurate,
Col muto gregge del Tirreno mare,
Chi qua chi là guizzando a spessi giri
Corteggiano il suo re, che maestoso
Tutto dall' onde placide s' innalza,
E col tridente stimola i cavalli,
Che al par nuotando, gli spumosi flutti
Sbalzano sopra il petto, e colle code
Cancellano dai piè l' orme segnate.
A lui Teti rivolta così disse:
O gran padre e rettor del mar profondo
Vedi pur in qual uso al fin la via
Per lo povero mare hai tu concessa?
Tutte le reità commesse in terra,
Sciolte le vele, qui scorrono franche.
Da che la nave di Giasone offese
Del mar la maestà, le sacre leggi,
Col vello che da Colco ebbe rapito,
Ecco di nuovo il reo giudice d' Ida
Con pari scelleraggine di furto
Naviga lieto, e l' ospite sen' porta
Di lagrime cagione in cielo, e in terra,
E a me di quante! Oh in ver bella merccde
Per la frigia vittoria a lui concessa!
Tali sono di Venere i costumi.
E questo è il dono della grata alunna?
Deh mi concedi almen, che queste navi,
(Nè alcun de' Semidei, o Téseo nostro
Riconducono già dal suo viaggio)
Se ancora v' è nell' onde idea d' onore,
Si sommergano al fondo, o se ti piace,
Ch' io disponga del mar sola una volta.
Nè sarà crudeltà; che ben è giusto
L' aver io del mio figlio attenta cura;
Di sconvolgerlo, deh, dammi licenza;
Nè voler che di tanti e tanti flutti
Un lido sol mi tocchi, e sia ristretta
Fra quattro scogli d' un sepolcro d' Ilio. »

Così pregava, le sue belle gote
Lacerando coll' unghie, ed opponea
Ai cerulei cavalli il petto ignudo.
Il gran rettor del mare allor l' invita

Invitat curru, dictisque ita mulcet amicis:
«Ne pete Dardaniam frustra, Theti, mergere classem.
Fata vetant: ratus ordo deis, miscere cruentas
Europaeque Asiaeque manus, consultaque bella
Juppiter, et tristes edixit caedibus annos.
Quem tu illic natum Sigeo in pulvere? quanta
Aspicies victrix Phrygiarum funera matrum?
Quum tuus Aeacides tepido modo sanguine Teucros
Undabit campos; modo crassa exire vetabit
Flumina, et Hectoreo tardabit funere currus,
Impelletque manu nostros, opera irrita, muros.
Pelea jam desiste queri, thalamosque minores:
Credideris peperisse Jovi; nec inulta dolebis,
Cognatis utere fretis: dabo tollere fluctus,
Quum reduces Danai, nocturnaque signa Caphareus
Exseret, et dirum pariter quaeremus Ulyssem.»
Dixerat: illa gravi vultum demissa repulsa,
Quae jam excire fretum, et ratibus bellare parabat
Iliacis, alios iterum commenta paratus,
Tristis ad Haemonias detorquet brachia terras.
Ter conata manu, liquidum ter gressibus aequor
Reppulit, et niveas feriunt vada Thessala plantas.
Laetantur montes, et connubialia pandunt
Antra sinus, lateque deae Sperchios abundat
Obvius, et dulci vestigia circuit unda.
Illa nihil gavisa locis, sed coepta fatigat
Pectore consilia, et solers pietate magistra
Longaevum Chirona petit. Domus ardua montem

Sul carro algoso, e con amiche voci
La consola così; « Teti diletta,
Di sommergere omai le navi dardane
Lascia di domandar: nol vuole il Fato.
L'immutabil decreto degli Dei
È che d'Asia, e di Europa il sangue scorra
Per feroci battaglie. Il sommo Giove
Alle stragi ha prescritto i modi e il tempo.
Nell'arena Sigea oh come il figlio
Lieta vedrai, e delle frigie madri
Vincitrice udirai l'amaro lutto,
Quando il tuo Achille, or di trojano sangue
Innonderà li campi, ed ora i fiumi
Torbidi stringerà nel proprio letto;
E strascinando attorno il morto Ettorre,
Il carro guiderà meno veloce;
Allorchè lo vedrai romper le mura,
Ch'opra infelice fur di nostre mani.
Cessa omai di dolerti, se le nozze
Con Peleo ti toccaro, e non con Giove
Per fortuna peggior, che il figlio tuo
Di Giove stesso crederassi figlio,
Nè invendicata sempre ti dorrai,
E del nativo mar potrai far uso.
Allor farò che a tuo piacer turbato
Si gonfierà, quando le vele ai venti
Daranno i Greci di ritorno, e quando
Ingannatrice fiamma nella notte
Si accenderà sopra il Cafareo monte.
Allor, cara, del pari al fiero Ulisse
Naufragio in un recar potremo, e morte.»
Sì disse il dio del mar: Tetide intanto,
China la fronte, in petto racchiudea
Dell'acerba ripulsa il duolo amaro,
E cangiato il pensier d'agitar l'onde,
Colle quali assorbir le navi d'Ilio
Già meditato avea, mesta si volge
Ai lidi della prossima Tessaglia.
Rompe tre volte colle braccia i flutti,
Altrettante coi piè dietro si spinge,
Mentre alle bianche membra e delicate,
Fan questi offesa con lascivo assalto.
Già si allegrano i monti e quei rimoti
Antri, che un tempo alle sue nozze diero
Il gradito ricetto, i conosciuti
Luoghi di nuovo all'occhio le presentano.
Lo Sperchio ancor più dell'usato gonfio
Si fa incontro alla diva, e di dolci acque
Le vestigie di lei tutte circonda.
Non perciò rasserena il mesto ciglio,
Ma il suo disegno dentro sè rivolge,
E impaziente a più poter si spinge
Là dove natural pietà la guida
Verso la stanza di Chirone antico.
Cavata ell'è nello scosceso monte
Dallo scalpello in parte, e in parte ancora

Perforat, et longo suspendit Pelion arcu.
Pars exhausta manu, partem sua ruperat aetas.
Signa tamen, divûmque tori, et quem quisque sacrarat
Accubitu, genioque, locus monstratur; at intra
Centauri stabula alta patent, non aequa nefandis
Fratribus. Hic hominum nullos experta cruores
Spicula, nec truncae bellis genialibus orni,
Aut consanguineos fracti crateres in hostes;
Sed pharetrae insontes, et inania terga ferarum.
Haec quoque dum viridis; nam nunc labor unus inermi
Nosse salutiferas dubiis animantibus herbas,
Aut monstrare lyra veteres heroas alumno.
At tunc venatu rediturum in limine primo
Opperiens, properatque dapes, largoque serenat
Igne domum: quum visa procul de litore mater
Nereis, erumpit silvis: dant gaudia vires,
Motaque desueto crepuit senis ungula campo. —
Tunc blandus dextra, atque imos submissus in armos
Pauperibus tectis inducit, et admovet antris.
Jamdudum tacito lustrat Thetis omnia visu;
Nec perpessa moras: « Ubinam mea pignora, Chiron?
Dic, ait, aut cur ulla puer jam tempora ducit
Te sine? num merito trepidus sopor? atraque matri
Signa deûm? magnos utinam mentita timores!
Namque mihi infestos utero modo contuor enses
Nunc planctu livere manus, modo in ubera saevas
Ire feras: saepe ipsa (nefas!) sub inania natum
Tartara, et ad stygios iterum fero mergere fontes.
Hos abolere metus magici jubet ordine sacri
Carpathius vates, puerumque sub axe probato
Secretis lustrare fretis, ubi litora summa
Oceani, et genitor tepet illabentibus astris

Dall' età lunga; e sopra l' ampie volte
Il gran Pelio sostien tutto sospeso.
Ivi ancor le vestigie intatte sono,
E il letto nuzial pur vi si mostra,
Che consacraro gli amorosi Numi,
E alla dolce dimora i luoghi usati.
Riposte son più addentro del Centauro
L' ampie stalle, che un tempo infauste furo
Agl' infami fratelli, ed all' intorno
Non vi son dardi, che l' umano sangue
Tingesse mai, o pur l' aste pungenti,
Che si spezzaro a nuzial battaglia,
Nè tazze infrante, che vibrasse l' ira
Su l' inimico del medesmo sangue,
Ma faretre innocenti, e cuoi di belve.
Se Primavera la rinverde, allora
Il vecchio abitator, deposte l' armi,
Pone in cercare al timoroso armento
Le salutifere erbe ogni sua cura,
O di narrare al giovanetto alunno
L' imprese degli eroi a suon di lira.
Or mentre al limitar dell' antro attende
Ch' ei se ne torni dalla caccia, e intanto
Preparando la mensa, colle fiamme
Tutta la grotta sfavillante alluma,
Tetide da lontan scorge sul lido.
Sbalza fuor della selva, e mentre corre,
L' allegrezza del cuor gli accresce lena;
E calpestato dal ferino piede,
Che ben conosce all' unghie e al moto usato,
Il solitario campo ne risuona.
Fattosi a lei dappresso festeggiante
Colla destra, e dagli omeri chinato
Riverente l' accoglie, e poi l' invita
Nella povera casa, e l' introduce.
Tacita lungo tempo intorno gira
Teti lo sguardo, e impaziente poi:
« Dov' è, disse, o Chirone, il figliuol mio?
Come? da te si scosta un sol momento?
Dunque a ragion saranno i miei timori,
Che mi turbano il sonno, ed i funesti
Segni mostrati dai superni Dei?
Ah voglia il ciel, che questi sien bugiardi.
Miro talor contro di me rivolte
Acute spade a lacerarmi il seno,
E le mani da poi livide farsi,
L' una e l' altra battendo in mezzo al pianto,
E avventarsi al mio sen mostri feroci:
Anzi (o fiero spettacolo!) mi pare
Ch' io stessa il figlio mio porti all' inferno
Per bagnarlo di nuovo al fiume Stige.
Bene a scacciar dal cor sì rei spaventi
Proteo colla virtù dell' arte maga
Vuol che il fanciullo ad un benigno aspetto
Di celeste pianeta in mar si lavi
Del lido estremo in più rimota parte,

Pontus, ubi ignotis horrenda piacula Divis,
Donaque: sed longum cuncta enumerare, vetorque;
Trade magis. » Sic fata parens: neque enim ille dedisset,
Si molles habitus et tegmina foeda fateri
Ausa seni: tunc ille refert: « Duc, optima, quaeso,
Duc genitrix, humilique deos infringe precatu.
Nam superant tua vota modum, placandaque multum
Invidia est: non addo metum, sed vera fatebor:
Nescio quid magnum (nec me patria omina fallunt)
Vis festina parat, tenerosque supervenit annos.
Olim ferre minas et obire audita solebat
Imperia, et nostris procul haud discedere ab antris.
Nunc illum non Ossa capit, non Pelion ingens,
Thessaliaeve nives: ipsi mihi saepe queruntur
Centauri raptasque domos, abstractaque coram
Armenta, et campis semet fluviisque fugari.
Insidias et bella parant, tumidique minantur.
Olim equidem, Argoos pinus quum Thessala reges
Hac veheret, juvenem Alciden, et Thesea vidi;
Sed taceo. » Figit gelidus Nereida pallor.

Ille aderat multo sudore, et pulvere major.
Attamen arma inter, festinatosque labores,
Dulcis adhuc visu, niveo natat ignis in ore
Purpureus, fulvoque nitet coma gratior auro.
Nec dum prima nova lanugine vertitur aetas,
Tranquillaeque faces oculis, et plurima vultu
Mater inest: qualis Lycia venator Apollo
Quum redit, et saevis permutat plectra pharetris.
Forte et laetus adest (o quantum gaudia formae
Adjiciunt!): fetam Pholoës sub rupe leaenam

Allorchè vi si attuffano le stelle,
E intiepidite vi si senton l' acque.
Ivi a gl' ignoti Dei carmi terribili,
E vittime offerir: ma troppo lungo
Ne sarebbe il racconto, e mel contese.
Dammi dunque più tosto il figlio mio. »
Così Tetide disse, e il buon Centauro
Presentato giammai quel non avrebbe,
Se palesato il suo pensier gli avesse
Di volerlo celar sotto mentite
Spoglie di donna abbominate e molli.
« Deh tel conduci pur, madre, risponde,
Io ten' priego, il conduci, e con divote
Suppliche i Dei però fa che scongiuri,
Che tropp' oltre sen vanno i tuoi disegni,
E l' invidia del ciel convien che plachi.
Accrescerti non voglio il tuo timore;
Ma bene è forza confessarti 'l vero:
Qualche cosa di grande, io non so mai
(Pur troppo certi son però gli augurii)
Presagisce quel suo viril vigore,
Che la tenera età di molto avanza.
Alle sole minacce ubbidiente
Egli era prima, e ciò che imposto avessi,
Al solo profferir tosto eseguía,
Nè da quest' antro mai si discostava:
Or mai sazio non è di gir vagando
Sopra l' Ossa scosceso, e sopra il Pelio,
Nè le tessale nevi lo trattengono;
I miei Centauri poi tutti si dolgono,
Ch' egli rubando va le case loro,
Che a viva forza il gregge anco rapisce,
Ch' or gli scaccia dai fiumi, ed or dai pascoli.
Gliel' han giurata, o già fra lor gli tessono
Insidie, ed arrabbiati lo minacciano.
Io vidi pur, quando degli Argonauti
Approdò qui la nave, Alcide e Téseo;
Ma vuo' tacer. Gelido stringe intanto
Timore il cor di lei, che impallidisce.
Achille sopravvien, che tutto asperso
Di sudore, e di polve, l' ha per giuoco.
Armato ancor sotto sì grave peso
Dolce all' aspetto appare, e quel suo bianco
Volto di un bel rossor si colorisce:
La chioma più dell' oro assai risplende:
Tenero ancor d' età non ha vestite
Della prima lanugine le gote.
Viva fiamma ha negli occhi, ma tranquilla,
E si conosce nel gradito aspetto
Quanto alla madre sua si rassomiglia.
Tale appunto ritorna il biondo Apollo
Dalla caccia colà nei campi licii,
E il dolce plettro suo cambia coll' arco.
Lieto il fanciullo se ne viene (oh quanto
L' allegrezza del cuor grazia gli accresce!)
Di Foloe ucciso avea sotto la rupe

Perculerat ferro, vacuisque reliquerat antris
Ipsam, sed catulos apportat, et incitat ungues.
Quos tamen, ut fido genitrix in limine visa est,
Abjicit, exceptamque avidis circumligat ulnis,
Jam gravis amplexu, jamque aequus vertice matri.

Insequitur magno jam tum connexus amore
Patroclus, tantisque extenditur aemulus actis.
Par studiis, aevique modis, sed robore longe,
Et tamen aequali visurus Pergama fato.

Protinus ille subit rapido, quae proxima, saltu
Flumina, fumantesque genas, crinemque novatur
Fontibus. Eurotae qualis vada Castor anhelo
Intrat equo, fessumque sui jubar excitat astri.
Miratur, comitque senex, nunc pectora mulcens,
Nunc fortes humeros: angunt sua gaudia matrem.
Tunc libare dapes, Baccheaque munera Chiron
Orat, et attonitam vario oblectamine mulcens,
Elicit extremo chelyn et solantia curas
Fila movet, leviterque expertas pollice chordas
Dat puero: canit ille libens immania laudum
Semina, qui tumidae superarit jussa novercae
Amphitryoniades: crudum quo Bebryca caestu
Obruerit Pollux: quanto circumdata nexu
Ruperit Aegides Minoi brachia tauri:
Maternos in fine toros, Superisque gravatum
Tale fu Bacco allor che affaticato
In Tebe serenò l' animo e il volto;
Il petto colmo del natio licore
Colla ghirlanda in capo, e colla mitra,
Di tirso verdeggiante armò la mano,
E più forte assalì gl' Indi feroci.
Mezza la via del ciel già corsa avea
Cintia col carro suo sparso di rose:
Quando piegate le sue placid' ale
Il pigro Sonno sopra noi si posa,
E il mondo cheto d' ogn' intorno abbraccia.
Dello donzelle il coro avea riposo,
E i bronzi a lungo suono affaticati
Nel silenzio comun taceano muti:
Lontano allor dall' amorosa schiera
Solo Achille fra sè così dicea:
« E fin dove condur dalle menzogne
Ti lascerai dell' atterrita madre?
Dunque in carcere tanto effeminato
Perder tu vuoi dei più begli anni il fiore?
Forse trattar non puoi spada guerriera?
O pur cacciar le timorose belve?
Dov' è l' Emonio campo, e dove i fiumi?
Ch' io mi ti getti a nuoto, o Sperchio, forse
Aspetti, e il voto delle offerte chiome?
O pur di me qual mal seguace alunno
La memoria condanni? O che la fama
Sparsa è ch' io sia là su la Stigia riva?
E della morte mia piange Chirone?

Tu nunc tela manu, nostros tu dirigis arcus,
Nutritosque mihi scandis, Patrocle, jugales:
Ast ego pampineis diffundere brachia thyrsis,
Et tenuare colos (pudet heu, taedetque fateri!)
Jam scio: quin etiam dilectae virginis ignem,
Aequaevamque facem, captus, noctesque diesque
Dissimulas? quonam usque premes urentia pectus
Vulnera? teque marem (pudet heu!) nec amore probabis? »

Sic ait, et densa noctis gavisus in umbra
Tempestiva suis torpere silentia furtis,
Vi potitur votis, et toto pectore veros
Admovet amplexus: risit chorus omnis ab alto
Astrorum, et tenerae rubuerunt cornua Lunae.
Illa quidem clamore nemus montemque replevit;
Sed Bacchi comites, discussa nube soporis,
Signa choris indicta putant: fragor undique notus
Tollitur, et thyrsos iterum vibrabat Achilles.
Ante tamen dubiam verbis solatur amicis:
« Ille ego (quid trepidas?) genuit quem coerula mater
Peliacis silvis, nivibusque immisit alendum
Thessalicis; neque ego hos cultus, aut foeda subissem
Tegmina, ni primo te visa in litore: cessi
Te propter: tibi pensa manu, tibi mollia gesto
Tympana: quid defles magno nurus addita ponto?
Quid gemis ingetes coelo paritura nepotes?
Sed pater ante igni, ferroque excisa jacebit
Scyros, et in tumidas ibunt haec versa procellas
Moenia, quam saevo mea tu connubia perdas
Funere: non adeo parebimus omnia matri.
Vade, sed ereptum taceas, celesque pudorem. »

Obstupuit tantis regina exterrita monstris,

Tu maneggi i miei dardi e l'arco mio,
Patroclo amico, e tu di quei destrieri,
Ch'io già nutriti avea, governi il freno.
Io qui giucar col pampinoso tirso
(Troppo d'onta è per me, troppo m'annoia!)
E di avvolger le lane intorno al fuso,
Arte di me non degna, ahi troppo appresi.
Anzi di donna gli amorosi sguardi,
E d'una stessa età la face ardente
Innamorato Achille e notte e giorno
Dissimulando vai? e quanto ancora
Dentro di te nasconderai la piaga
Che ti lacera il petto? adunque mai
Amando (hai che pur troppo mi arrossisco!)
Di tuo viril vigor non farai prova? »
Così disse fra sè: poi nella densa
Ombra notturna allegro il cupo e muto
Silenzio ai furti suoi visto opportuno,
A viva forza le sue brame appaga,
E tra le sue sì poderose braccia
Con avido disio l'accoglie e stringe.
Riser gli astri nel cielo, e della casta
Diana il volto di rossor si tinse.
Empie quella di grida il bosco e il monte:
Deste già credon le Baccanti suore,
Che la nube del sonno dissipata,
Sia quello il segno a riunire il coro.
S'alza tosto il romore in ogni lato:
Di nuovo Achille il tirso in man riprende;
Ma pria lei, che si lagna, con lusinghe
Così consola: « Io quegli son; che temi?
Quegli son'io, che la cerulea madre
In mezzo ai boschi partorì del Pelio,
E mi diede a nutrir fra l'alte nevi
Della Tessaglia. Io già non sarei mai
Così comparso, e questi abiti molli
Certamente vestito io non avrei,
Se te sul lido, Deidamia, veduto
La prima volta non avessi. Allora
Solo per tua cagion vinto mi diedi,
Per tua cagione porto la rocca e il fuso,
Per tua cagione i timpani di donna.
Che piangi, or che tu pur sei fatta nuora
Del maestoso mar, e che darai
Al cielo i famosissimi nipoti?
Prima dal fuoco il padre mio consunto,
O dal ferro cadrà disfatta Sciro,
E queste mura diroccate andranno
A mescersi in orribili procelle,
Che tu perda giammai la maritale
Mia fede, se non sia colla mia morte.
No che in questo ubbidir non vuo' la madre:
Ma vanne, e taci tu d'aver perduto
Il primo fiore, e quanto puoi, l'ascondi. »
Atterrita da tante maraviglie,
Stupida la donzella si rimane.

<table>
<tr><td>Quamquam olim suspecta fides, et cominus ipsum
Horruit, et multum facies mutata fatentis.
Quid faciat? casusne suos ferat ipsa parenti?
Seque simul, juvenemque premat, fortassis acerbas
Hausurum poenas? et adhuc in corde manebat
Ille diu deceptus amor: silet aegra, premitque
Jam commune nefas: unam placet addere furtis
Altricem sociam, precibus quae victa duorum
Annuit: illa astu tacito raptumque pudorem,
Surgentemque uterum, atque aegros in pondere menses
Occuluit, plenis donec stata tempora metis
Attulit, et partus index Lucina resolvit.</td>
<td>Se bene in cuor di lei nato il sospetto
S' inorridì quando sel vide a lato,
E allorchè confessava il proprio inganno
Molto cangiato lo conobbe in volto.
Che potea fare? palesar al padre
La sua sventura? e ad ambi alta rovina
Recar? chè forse troppo acerbo il fio
Il giovine pagar n' avria dovuto.
E poi fisso così stavale in cuore
Quell' amor, che ingannata gli portava.
Mesta dunque si tace, e in sè racchiude
Il delitto comun; ma chiama in parte
La sola sua nutrice dell' errore,
Che d' ambo ai preghi al fin si dà per vinta.
Questa il rapito onor con modo accorto,
Questa il tumido ventre, e le moleste
Noie che seguon cautamente ascose,
Sinchè del tempo già compito il corso,
Della maturità giunse alle mete,
E l' indice Lucina aprille il parto.</td></tr>
</table>

PUBLII PAPINII STATII

ACHILLEIDOS

LIBER SECUNDUS

Jamque per Aegaeos ibat Laërtia fluctus
Puppis, et innumerae mutabant Cycladas aurae;
Jam Paros, Olearosque latent; jam raditur alta
Lemnos, et a tergo decrescit Bacchica Naxos,
Ante oculos crescente Samo: jam Delos opacat
Aequor; ubi excelsa libant charchesia puppe,
Responsique fidem, et verum Calchanta precantur.
Audiit Arcitenens, Zephyrumque e vertice Cynthi
Impulit, et dubiis pleno dedit omina velo.
It pelago secura ratis: quippe alta Tonantis
Jussa Thetin certas fatorum vertere leges
Arcebant aegram lacrymis, ac multa gementem,
Quod non erueret pontum, ventisque fretisque
Omnibus invisum jam tunc sequeretur Ulyssem.
Frangebat radios humili jam pronus Olympo
Phoebus, et Oceani penetrabile litus anhelis
Promittebat equis; quum se scopulosa levavit
Scyros: in hanc totos emisit puppe rudentes
Dux Laërtiades, sociosque resumere pontum
Imperat, et remis Zephyros supplere cadentes.
Accedunt jussi: magis indubitata magisque
Scyros erat, placidique super Tritonia custos

Già la nave d' Ulisse il mare Egéo
Lieve scorreva, e spinta da secondi
Venti, le molte Cicladi passava:
Paro al guardo s' invola, e l' Olearo;
L' alta Lenno si rode, ed alle spalle
S' impicciolisce Nasso a Bacco sacra:
Cresce all' incontro innanzi agli occhi Samo,
E Delo stende l' ombre alla marina:
Ivi dall' alta poppa offrono i calici,
Perchè sia dell' oracolo sicura
La risposta, e Calcante veritiero.
Il re del cielo accolse amico i voti:
Del monte Cinto dalla cima spinse
Zefiro, e ai naviganti ancor dubbiosi
A vele gonfie diede i lieti augurii.
Vassene per lo mar franca la nave,
Poichè di Giove l' immortal decreto
De' fati variar le certe leggi
A Tetide vietava, che spargendo
Amarissime lagrime, si duole
Ch' egli con tutt' i venti e le tempeste
Non sconvolgesse il mar; anzi che allora
Già secondasse l' odiato Ulisse.
Era il tempo, che il sol nel basso Olimpo
Incurvato rompea li raggi d' oro,
E ai focosi cavalli promettea
Dell' immenso Ocean facile il guado;
Quando cinta di scogli apparve Sciro.
Tutte verso di lei dalla sua poppa
Le sarte spiega di Laerte il figlio,
E ai compagni di darsi all' alto mare,
E coi remi supplir là dove il fiato
Manca de' lieti zefiri comanda.
Pronti color del saggio duce al cenno
Sforzano il corso, e quanto più si avanzano,
Appare al guardo lor distinta Sciro,

Litoris. Egressi numen venerantur amicae
Aetolusque Ithacusque deae: tum providus heros,
Hospita ne subito terrerent moenia coetu,
Puppe jubet remanere suos: ipse ardua fido
Cum Diomede petit: sed jam praevenerat arcis
Litoreae servator Abas, ignotaque regi
Ediderat (sed Graia tamen) succedere terris
Carbasa: procedunt, gemini ceu foedere juncto
Hiberna sub nocte lupi; licet et sua pulset
Natorumque fames, penitus rabiemque minasque
Dissimulant, humilesque meant, ne nuntiet hostes
Cura canum, et trepidos moneat vigilare magistros.
Sic segnes heroës eunt, campumque patentem,
Qui medius portum celsamque interjacet urbem,
Alterno sermone serunt: prior occupat acer
Tydides: « Qua nunc verum ratione paramus
Scrutari? namque ambiguo sub pectore quondam
Verso, quid imbelles thyrsos mercatus et aera,
Urbibus in mediis, Baccheaque terga, mitrasque
Huc tuleris, varioque adspersas Nebridas auro?
Hisne gravem Phrygibus Priamoque armamus Achillem? »
Illi subridens Ithacus paulum ore remisso:
« Haec tibi, virginea modo si Lycomedis in aula
Fraude latens, ultro confessum in proelia ducent
Peliden: tu cuncta citus de puppe memento
Ferre, ubi tempus erit, clypeumque his jungere donis,
Qui pulcher signis, auroque asperrimus ardet.
Haec sat erunt: tecum lituo bonus adsit Agyrtes,
Occultamque tubam tacitos apportet in usus. »

E il lido sacro alla triforme dea.
Approdati alla riva i due guerrieri
Quel d' Itaca, e d' Etolia il nume adorano:
Indi l' astuto eroe, perchè tumulto
Dall' improvviso arrivo de' compagni
Cagionato non sia dentro le mura,
Vuol che ognuno de' suoi resti alla nave;
Del fido Diomede in compagnia
Egli poscia intraprende la salita.
Ma già il custode della torre al mare
Prevenuto l'avea, chiamato Abante,
Al re narrando che scorrean quei mari,
E avvicinate si vedeano al lido
Non conosciute sì, ma greche vele.
Come stretti fra lor di compagnia
Di verno al buio della fredda notte
Vanno due lupi, e benchè il ventre loro,
E quel dei figli una digiuna fame
Stimoli ognora, pur sopportan tutto,
Cauti nel trattener la rabbia e l' ira,
E cheti cheti se ne vanno attenti,
Che dei cani non dia la vigilanza
Di loro un qualche avviso, e dai latrati
Si risveglino i timidi pastori.
Così fanno cammino a passo lento
I due famosi eroi, e mentre varcano
L' aperto campo, che nel mezzo giace
Tra il porto e la città posta sul monte,
Alternamente ragionando vanno:
Incomincia così l' aspro Diomede:
« Orsù qual via terrem perchè possiamo
Il vero rintracciar? chè da gran tempo
Io meco stesso ruminando vado,
Perchè dopo d' aver già provveduti
Nelle nostre città li tirsi, e i naccari,
E le pelli di tigri anco e di damme
Sì vagamente ricamate d' oro,
E le mitre donnesche da Baccanti,
L' hai qua recate? e che? forse disegni
Di armar con queste il giovanetto Achille
Ai Trojani, ed a Priamo funesto? »
Ulisse sorridendo alquanto a lui
Col volto chino: « Queste cose al certo,
Purchè fra l' altre vergini nascoso
Di Licomede nella reggia alberghi,
Da sè medesmo palesato in guerra
Ti condurranno il ricercato Achille.
Tu ricordati ben che tutto sia
Subitamente, allor che sarà tempo,
Dalla nave recato, e a quelle cose
Uno scudo vi aggiungi, il cui lavoro
Sia di gran pregio, e rilucente d' oro.
Questo avverrà che basti; e venga teco
Agirte, dotto in dare ai bronzi il fiato.
Seco porti la tromba, e la nasconda,
E all' uso, ch' io disegno, egli la serbi. »

Dixerat, atque ipso portarum in limine regem
Cernit, et ostensa pacem praefatur oliva.
« Magna, reor, pridem vestras pervenit ad aures
Fama trucis belli, regum placidissime, quod nunc
Europamque Asiamque quatit: si nomina quaeras
Huc perlata ducum, fidit quibus ultor Atrides,
Hic tibi, quem tanta meliorem stirpe creavit
Magnanimus Tydeus; Ithacis ergo ductor Ulysses.
Caussa viae (metuam quid enim tibi cuncta fateri,
Quum Graius, notaque fide celeberrimus unus?)
Explorare aditus, invisaque litora Trojae,
Quidve parent. » Medio sermone intercipit ille:
« Annuerit Fortuna, precor, dextrique secundent
Ista dei: nunc hospitio me, tecta, piumque
Illustrate larem. » Simul intra limina ducit.

Nec mora, jam mensas famularis turba torosque
Instruit: interea visu perlustrat Ulysses,
Scrutaturque domum, si qua vestigia magnae
Virginis, aut dubia facies suspecta figura:
Porticibusque vagis errat, totosque penates,
Ceu miretur, adit: velut ille cubilia praedae
Indubitata tenens muto legit arva molosso
Venator, videat donec sub frondibus hostem
Porrectum somno, positoque in cespite dentes.

Rumor in arcana jamdudum perstrepit aula,
Virginibus qua fida domus, venisse Pelasgûm
Ductores, Graiamque ratem, sociosque receptos.
Jure pavent aliae: sed vix nova gaudia celat

Ciò detto appena avea, che su la porta
Stessa della città vede il re starsi,
E innalzando l'ulivo, amica pace
Gli annunzia, e il primo in guisa tal favella:
« Giunto sarà da qualche tempo il grido
Ai vostri orecchi di quell' aspra guerra,
O re sopra d'ogni altro placidissimo,
Ch'ora mette a rumor l'Asia e l'Europa:
Se brama forse hai di saper chi sieno
I rinomati capitani, in cui
Il risoluto Agamennon si fida
Per far la sanguinosa sua vendetta:
Uno è questi figliuol del gran Tidéo
Dell'illustre sua stirpe anco maggiore;
Ed io d'Itaca sono il duce Ulisse.
Or del nostro viaggio la cagione
(A che tenersi mai da noi celato
Alcun nostro disegno a te, che sei
Greco non men, che di provata fede?)
Egli è per indagar come possiamo
L'entrata aver nell'inimico regno,
Per visitarne i lidi, e de' Trojani
La difesa spiare, e i lor consigli. »
A mezzo il ragionar quegli interrompe:
« Che propizia vi sia la sorte io prego,
E secondin gli Dei col favor loro
Impresa tal; ma dar vi piaccia intanto
A me, alla casa il desiato onore
Della vostra dimora; » e mentre parla
Nella vicina reggia l'introduce.

Tosto accorre la turba de' famigli,
E prepara le mense, e i ricchi letti.
Ulisse intanto gira il guardo intorno
Per ogni lato della casa, e cerca
Se mai vestigio della gran donzella
Indagar possa, o se tra tutte veda
Chi sospetta gli sia nel portamento,
O che dalla virile aria del volto
Indizio porga di mentito sesso;
E come tratto da stupor si avanza,
Nè luogo lascia ove non ponga il piede.
Tale allor che non lungi esser la tana
Si accorge il cacciator d'aspro cinghiale,
De' cani collo stuolo numeroso
Tutta scorre dintorno la foresta,
Finchè sotto le frondi in un profondo
Sonno disteso l'inimico vegga,
Che ad un cespuglio colle zanne posa.

Già nelle stanze più rimote, dove
Sicure fra di lor fanno dimora
Di Licomede le donzelle, scorre
Strepitosa la fama, che venuti
Erano i greci capitani, e al lido
La nave lor, che il re, come a' compagni,
Concesso aveva lor l'albergo in corte.
Tutte l'altre a ragion da un gran timore

Pelides, avidusque novos heroas et arma
Vel talis vidisse cupit: jamque atria fervent
Regali strepitu, et picto discumbitur ostro.
Tum pater ire jubet natas, comitesque pudicas
Natarum: subeunt, quales Maeotide ripa,
Quum Scythicas rapuere domos, et capta Getarum
Moenia, suppositis epulantur Amazones armis.
Tum vero intentus vultus ac pectora Ulysses
Praelibat visu; sed nox, illataque fallunt
Lumina, et extemplo latuit mensura jacentis:
Et tamen erectumque genas, oculisque vagantem,
Nullaque virginei servantem signa pudoris,
Defigit, comitique obliquo lumine monstrat.
Quod nisi praecipitem blando complexa moneret
Deidamia sinu, nudataque pectora semper,
Exsertasque manus, humerosque in veste teneret,
Et prodire toris, et poscere vina vetaret
Saepius, et fronti crinale reponeret aurum;
Argolicis ducibus jam tunc patuisset Achilles.
Ut placata fames epulis bis terque repostis,
Rex prior alloquitur, paterisque hortatur Achivos:
« Invideo vestris, fateor, decora inclyta gentis
Argolicae, coeptis: utinam mihi fortior aetas,
Quaeque fuit, Dolopas quum Scyria litora adortos
Perdomui, fregique vadis: quae signa triumphi,
Vidistis celsas murorum in fronte carinas.
Saltem si soboles, aptam quam mittere bello
Possem, plena forent mihi gaudia: namque juvarem.

Turbate son, ma il suo non aspettato
Piacere Achille può celare appena.
Avidamente di veder desia
Gli eroi stranieri, ancorchè ad essi uguale
Sia di valore il giovanetto, e l'armi.
Di real pompa intanto in ogni parte
Risuonan gli atrii del palagio, e sopra
I letti d'ostro e d'or tutti fregiati
Alla mensa ciascun disteso giace.
Chiama il buon padre allor tutte le figlie,
E con esse le vergini compagne.
Se n'entran queste nella guisa appunto,
Che là su la Meotide palude,
Poichè le case dei vicini Sciti,
E le prese città dei Geti a sacco
Han già messo le Amazoni guerriere,
Tra l'armi, e tra gli scudi a lieta mensa
Alle fatiche lor danno ristoro.
Getta fra tanto Ulisse i primi sguardi
Sui volti, e sopra i petti attentamente;
Ma nella notte delle faci il lume
L'inganna troppo, e già poste a giacere
La statura di lor non ben discerne.
Lui però, che si sta con fronte alzata,
E con gli occhi all'intorno va girando,
Nè ha segno alcun di virginal rossore
All'altre ugual, tosto di mira prende,
E con un torto sguardo al suo compagno
L'accenna; che se allora il già scomposto
Giovin Deidamia sul bianco seno
Stringendolo avvertito non avesse,
E il nudo petto, e le scoperte mani,
E le spalle celate in modo onesto
Sotto le vesti, e lo sbalzar dal letto
Non gli avesse ed il ber spesso impedito,
E la corona d'oro acconcia in capo;
Ai due famosi capitani argivi
Da quel momento era scoperto Achille.
Ma poi che sazii fur delle vivande
Per tre volte alla tavola riposte,
Il re incomincia, e colle tazze piene
Gli ospiti salutando a bere invita.
« Oh quanto invidio mai; forz'è che il dica;
L'alto disegno della bella impresa,
Che tant'onor fia della greca gente,
Al valor vostro! oh fosse al ciel piaciuto,
Che in più robusta età mi ritrovassi
A questi moti, e quale io m'era in tempo,
Che i Dolopi domar seppi, che i lidi
M'infestavan di Sciro, e vinsi in mare!
Voi ne vedeste bene appese ai muri
L'alte poppe, segnal di mie conquiste.
Oh se un figliuolo almeno avessi l'armi
Atto a portar, e che spedire in guerra
Potessi, ah qual ne proverei contento,
Poichè pur vi sarei di qualche aiuto!

Nunc ipsi viresque meas, et cara videtis
Pignora: quando novos dabit haec mihi turba nepotes? »
Dixerat, et solers arrepto tempore Ulysses:
« Haud spernenda cupis: quis enim non visere gentes
Innumeras, variosque duces, atque agmina regum
Ardeat? omne simul róburque decusque potentis
Europae meritos ultro juravit in enses.
Rura, urbesque vacant: montes spoliavimus altos.
Omne fretum longa velorum obtexitur umbra.
Tradunt arma patres, ruit irrevocata juventus.
Non alias unquam tantae data copia famae
Fortibus, aut campo majore exercita virtus. »
Aspicit intentum, vigilique haec aure bibentem,
Quum paveant aliae, demissaque lumina flectant,
Atque iterat: « Quisquis proavis et gente superbus,
Quisquis equo jaculoque potens, qui praevalet arcu,
Omnis honos illic; illic ingentia certant
Nomina; vix timidae matres, vix agmina cessant
Virginea: hic multum steriles damnatus in annos,
Invisusque deis, si quem haec nova gloria segnem
Praeterit. » Exisset stratis, nisi provida signo
Deidamia dato, cunctas hortata sorores,
Liquisset mensas, ipsum complexa: sed haeret
Respiciens Ithacum, coetuque novissimus exit.
Ille quidem incepto paulum ex sermone remisit,
Pauca tamen jungens: « At tu tranquillus in alta
Pace mane, carisque para connubia natis,
Quas tibi sidereis divarum vultibus aequas
Sors dedit: ut me olim tacitum reverentia tangit!

Ma già le forze mie, li cari pegni
Vedete voi. E quando sarà mai,
Che da così gran numero di figlie
Abbia a vedere i teneri nipoti? »
Ciò detto appena avea, che preso il tempo
L'astuto Ulisse l'interrompe: « In vero
Cosa non dispregevole vorresti.
E chi mai sarà quei che poi non brami
Di veder tante numerose genti,
E li diversi capitani, e insieme
Di tanti re le squadre? ha congiurato
Alla pur troppo meritata guerra
Di spontaneo voler quanto ha di prode,
Quanto ha di ricco la possente Europa.
Le ville e le città rimangon vote:
Degli alberi spogliato abbiamo i monti,
E tutto il mar si vede ricoperto
Dalla lung'ombra delle alzate vele.
Danno gli stessi padri ai figli in mano
L'armi, e sen va precipitosa in guerra
La gioventù, nè vien chiamata indietro.
Mai più non fia che s'offra una sì bella
Occasion di acquistar fama ai forti,
Nè più bel campo aperto unqua si vide,
Ove della virtù sia fatta prova. »
Così dicendo guarda fisso Achille,
Il qual raccoglie con attente orecchie
Le sue parole, mentre le compagne
Piegano intimorite gli occhi a terra.
Ripiglia poi: « Ognun che aver dagli avi,
O dalla sua prosapia il pregio vanta,
O che a regger destriero atto si vegga,
O che il dardo vibrar sappia con forza,
Ovver prevaglia in saettar coll'arco,
Ivi accolto sarà con grande onore:
Gareggian ivi li più chiari eroi.
Delle timide madri, e delle vergini
Le schiere appena dal venir si restano.
Ben'è dannato ad un ignobil vita,
E mal avventuroso quel, che pigro
Di questa nova lode non si curi. »
Sbalzato allor dal letto egli sarebbe,
Se Deidamia con provido consiglio
Dato il segno, e avvertite le sorelle,
Non avesse le mense abbandonato,
Abbracciata con lui, che pur si ferma
D'Itaca il duce a rimirar, che parla,
E dal convito l'ultimo si parte.
Dal cominciato ragionare alquanto
Si tace Ulisse, e in fin poche parole
Aggiungendovi dice: « Or tu tranquillo
Nella tua lunga pace ti rimani,
E prepara le nozze alle tue care
Figlie, che avesti dalla sorte uguali
Alle celesti deità di volto.
Oh quanto è mai, che fra di me le onoro!

His decor est, formae species permixta virili. »
Occurrit genitor : « Quid si Bacchea ferentes
Orgia, Palladias aut circum videris aras?
Et dabimus, si forte novus cunctabitur Auster. »
Excipiunt cupidi, et tacitis spes addita votis.
Cetera depositis Lycomedis regia curis
Tranquilla sub pace silet, sed longa sagaci
Nox Ithaco; lucemque cupit, somnoque gravatur.
Vix dum exorta dies, et jam comitatus Agyrta
Tydides aderat, praedictaque dona ferebat.
Nec minus egressae thalamis Scyreides ibant
Ostentare choros, promissaque sacra verendis
Hospitibus : nitet ante alias regina, comesque
Pelides : qualis Siculae sub rupibus Aetnae
Naides Etnaeas inter Diana, feroxque
Pallas, et Elysii lucebat sponsa tyranni.
Jamque movent gressus, thyasisque Ismenia buxus
Signa dedit, quater aera Rheae, quater Evia pulsant
Terga manu, variosque quater legere recursus.
Tunc thyrsos pariterque levant, pariterque reponunt,
Multiplicantque gradum; modo quo Curetes in actu,
Quoque pii Samothraces eunt : nunc obvia versae
Pectine Amazonio, modo quo citat orbe Lacaenas
Delia, plaudentesque suis intorquet Amyclis.
Tunc vero, tunc praecipue manifestus Achilles,
Nec servare vices, nec jungere brachia curat.
Tunc molles gressus, tunc aspernatur amictus

Han tutte di bellezza un chiaro lume,
Mista però di certa idea virile. »
Allora il padre : « O se alle sacre feste
Di Bacco le vedessi, e intorno all' are
Di Pallade; chi sa? vo' che le vegga,
Se cessa l' Austro nel futuro giorno. »
Con gran piacere i duci ascoltan queste
Voci del re, che al desiderio loro,
E al meditato fine accrescon speme.
Di Licomede già tutta la corte,
Cessate le fatiche, in dolce sonno
Tranquillamente riposando tace;
Ma troppo lunga è pel sagace Ulisse
La notte : impaziente aspetta il giorno,
Ed il sonno gl' incresce. Appena sorto
Dall' Oriente il nuovo sol, Diomede
D' Agirta se ne viene in compagnia,
E seco porta i concertati doni.
Levate ancor di Sciro le donzelle,
De' loro usati balli e sagrifizii
Dal re promessi ad ospiti sì degni
Mostra volendo far, s' incamminavano,
E Deidamia dinanzi a tutte l' altre
Bella compar col giovanetto accanto.
Come colà dell' Etna siciliano
Appiè delle fumose ardenti rupi
Luceva fra le Najadi Diana,
E Pallade feroce, o pur la sposa,
Che piacque tanto all' infernal tiranno.
Or la danza incomincia, e ai sacri balli,
Che tiasi li Greci nominaro,
Il suono di quei zufoli, che Ismenia
In Tebe usò, l' aria ed il segno diede.
Quattro volte li naccari di bronzo
Da' furiosi Coribanti usati
Di Rea ne' sagrifizii, e quattro volte
I tamburetti dedicati a Bacco
Battono colle mani, ed altrettante
Varie guidan coi piè belle carole.
I tirsi poi talor levano in alto,
Abbassano talora, e i passi addoppiano
Nella maniera, che in battaglia vanno
I Candiotti, o i Samotraci all' are :
Or l' una opposta all' altra in doppia fila
Coll' ordine, che fu delle guerriere
Amazoni col nome un tempo in uso,
Ed or legate a cerchio in quella guisa,
Che della dea triforme ai sacri giuochi
Movono in giro il lor veloce piede
Le donne di Laconia, e in bella treccia
Saltando van per l' Amiclée contrade.
Oh allora sì fu conosciuto Achille,
Mentre nè passi movere a vicenda,
Nè a tempo dar le mani egli si cura.
Più del solito allora i molli passi
Disprezza, e sdegna il femminile ammanto,

Plus solito, rumpitque choros, et plurima turbat.
Sic indignantem thyrsos, acceptaque matris
Tympana, jam tristes spectabant Penthea Thebae.
Solvuntur laudata cohors, repetuntque paterna
Limina, ubi in mediae jamdudum sedibus aulae
Munera, virgineos visus tractura, locarat
Tydides, signum hospitii, pretiumque laboris:
Hortaturque legant, nec rex placidissimus arcet.
Heu simplex, nimiumque rudis, qui callida dona,
Graiorumque dolos, variumque ignorat Ulyssem!
Hinc aliae, quas sexus iners, naturaque ducit,
Aut teretes thyrsos, aut respondentia tentant
Tympana, gemmatis aut nectunt tempora limbis:
Arma vident, magnoque putant donata parenti.
At ferus Aeacides, radiantem ut cominus orbem
Caelatum pugnis saevis, et forte rubentem
Bellorum maculis, acclinem et conspicit hastam;
Infremuit, torsitque genas, et fronte relicta
Surrexere comae: nusquam mandata parentis,
Nusquam occultus amor, totoque in pectore Troja est.
Ut leo, materno quum raptus ab ubere mores
Accepit, pectique jubas, hominemque vereri
Edidicit, nullasque ruit nisi jussus in iras;
Si semel adverso radiavit lumine ferrum,
It jurata fides, domitorque inimicus; in illum
Prima fames, timidoque pudet servisse magistro.
Ut vero accessit propius, luxque aemula vultum
Reddidit, et similem tandem se vidit in auro,
Horruit, erubuitque simul. Tunc acer Ulysses
Admotus lateri submissa voce: « Quid haeres?

E rompe i balli, e l'ordine confonde.
Così mirò la sfortunata Tebe
Bacco sdegnare i timpani, e' quei tirsi.
Che dalla madre sua già prese in dono.
Dopo le molte lodi la brigata
Si scioglie al fine, e lieta se ne torna
Ver la reggia del padre, ove disposti
Ulisse aveva già dell' ampia sala
Nel mezzo i doni, che allettar gli sguardi
Dovevan delle vergini bramose,
D'amicizia ospital come per segno,
E come premio della lor fatica.
Di sceglier prega ciò che loro piaccia,
E il dolcissimo re nè pur lo vieta.
Troppo credulo invero, o troppo incauto
Chi non conosce i fraudolenti doni,
E gl' inganni dei Greci, e il doppio Ulisse!
Or le figlie là dove il debol sesso,
E il natural talento le conduce,
Chi ai pieghevoli tirsi il braccio stende,
Chi del suono dei timpani fa prova,
Chi le gemmate fasce al crine adatta:
Volgono all' armi pure il guardo, e quelle
Credono al padre lor recate in dono.
Ma il fiero Achille allor che l' occhio pose
Più da vicino al rilucente scudo,
Che sanguinose guerre al vivo esprime,
Ed appoggiata rimirò la lancia,
Che tinta in guerra, per fortuna ancora
Di rugginose macchie ne rosseggia,
Irato ne fremè, gli occhi ne torse,
Le chiome su la fronte si drizzaro:
Della madre il comando più non cura,
E il suo celato amor più non gli piace,
Ma Troja sola gli sta fitta in cuore.
Come un leone, che lattante ancora
Dalle poppe materne sia rapito,
Nella tenera età mansuefatto,
Il pettine a soffrir nei sparsi crini,
E l' uomo a rispettare abbia imparato,
E se non comandato unqua si adira:
Se di lucido acciar mai dal temuto
Splendor gli venga l' occhio abbarbagliato,
Cessa in un tratto la primiera fede,
Al domator fatto inimico; in lui
Spegne la prima rabbiosa fame,
E fra sè stesso par che si vergogni
A timido maestro aver servito.
E poichè più d' appresso egli si fece
Colà, dove il chiaror del terso scudo
L' immagine di lui rendere a gara
Più lucida pareva, e nel bell' oro
Non dissimile al fine egli si vide,
S' inorridì, poi di rossor si tinse.
L' astuto Ulisse allora al di lui fianco
Avvicinato con sommessa voce,

Scimus, ait, tu semiferi Chironis alumnus,	« Che stai pensando? già il sappiamo, disse, Del Centauro Chiron tu sei l'alunno,
Tu coeli, pelagique nepos: te Dorica classis,	E del cielo, e del mare il gran nipote. Te l'armata naval dorica aspetta,
Te tua suspensis exspectat Graecia signis,	E la tua Grecia colle insegne appese;
Ipsaque jam dubiis nutant tibi Pergama muris.	Di Troja stessa i mal fondati muri Già vacillanti attendono a cadere
Eja, age, rumpe moras: sine perfida palleat Ide,	La tua venuta. Orsù, non più dimora: Fa ch' Ida scellerata impallidisca,
Et juvet haec audire patrem, pudeatque dolosam	E tuo padre in udir cotesta impresa Lieto divenga, e si vergogni insieme,
Sic pro te timuisse Thetin; » jam pectus amictu	Che l'ingegnosa Tetide tua madre Abbia avuto per te tanto timore. »
Laxabat, quum grande tuba, sic jussus, Agyrtes	Slacciando Achille il femminile ammanto Giva dal petto, quando Agirte al cenno
Insonuit: fugiunt disjectis undique donis,	Altamente suonò colla sua tromba. Chi qua, chi là spargendo al suolo i doni
Implorantque patrem, commotaque proelia credunt.	Fuggon le figlie, a lor soccorso il padre Chiamano sbigottite, e già la guerra
Illius intactae cecidere a pectore vestes,	Credono a quel romore incominciata: E da sè stesse allor sciolte le vesti
Jam clypeus, breviorque manu consumitur hasta,	Cadder dal petto del garzon feroce: Lo scudo imbraccia, e poi quell'asta impugna,
(Mira fides!) Ithacumque humeris excedere visus,	Che divenuta par molto minore. O portento mirabile, ma vero!
Aetolumque ducem: tantum subita arma, calorque	Ulisse stesso, e Diomede ancora Parve ch'egli avanzasse dalle spalle.
Martius horrenda perfundit luce penates!	Dall'improvviso lampeggiar dell'armi, E dall'acceso marzial calore
Immanisque gradu, ceu protinus Hectora poscens,	Tanto di luce in tutta quella sala Orribilmente fu sparso all'intorno!
Stat medius trepidante domo. Peleia virgo	Indi con passo generoso e franco, Quale se gisse allor d'Ettore incontro,
Quaeritur. Ast alia plangebat parte retectos	Sen' va nel mezzo della regia corte, Che tutta era disordine e spavento.
Deidamia dolos, cujus quum grandia primum	Cercano in tanto di Peléo la figlia L'atterrite donzelle, altrove piange
Lamenta, et notas accepit pectore voces,	Deidamia, che l'amoroso furto Teme scoperto sia; ma sente appena
Haesit, et occulto virtus infracta calore est.	I lamenti di lei l'amante Achille Ben conosciuti dalla nota voce,
Dimittit clypeum, regisque ad lumina versus,	Stupido si rimane, e quel vigore Sì bellicoso indebolito cede
Attonitum fatis, inopinaque monstra paventem,	Alla forza de' suoi nascosi affetti; Lo scudo abbassa, rimirando in volto
Sicut erat, mediis Lycomedem affatur in armis:	Licomede, che attonito si resta, E di sì strano avvenimento teme;
« Me tibi, care pater (dubium dimitte timorem),	Tutto armato, com'è, così gli parla: « Io, caro padre, non temer, ti fui
Me Thetis alma dedit: te pridem tanta manebat	Dato dall'alma Tetide mia madre. I Fati riserbaro a te l'onore
Gloria: quaesitum Danais tu mittis Achillem.	Di dare ai Greci il desiato Achille.
Gratior et magno, si fas dixisse, parente,	O padre, che, se a me pur lice il dirlo, Di quel famoso, che mi diè i natali,
Et dulci Chirone mihi: sed corda parumper	Dello stesso Chiron mi sei più caro, Chirone il mio dolcissimo maestro,

Hac adverte libens, atque has bonus accipe voces.
Te Pelus nato soecrum, et Thetis hospita jungunt,
Allegantque suos utroque a sanguine divos.
Unam virgineo natarum ex agmine poscunt.
Dasne? an nos humiles tibi, degeneresque videmur?
Non renuis. Junge ergo manus, et concipe foedus,
Atque ignosce tuis: tacito jam cognita furto
Deidamia mihi: quis enim his obstare lacertis,
Quae potuit nostras possessa evadere flammas?
Me luere ista jube: pono arma, et reddo Pelasgis,
Et maneo: quid triste fremis? quid lumina mutas?
Jam socer es (natum ante pedes projecit, et addit):
Jamque avus: immitis quoties tractabitur ensis,
Turba sumus. » Tunc et Danai, per sacra fidemque
Hospitii, blandusque precum compellat Ulysses.
Ille, etsi carae comperta injuria natae,
Et Thetidis mandata movent, prodique veretur
Depositum tam grande deae, tamen obvius ire
Tot metuit fatis, Argivaque bella morari.
Fac velit: ipsam illic matrem sprevisset Achilles.
Ne tamen abnueret genero se jungere tali,
Vincitur. Arcanis effert pudibunda tenebris
Deidamia gradum, veniam nec protinus amens
Credit, et opposito genitorem placat Achille.
Mittitur Haemoniam, magnis qui Pelea factis
Impleat, et classem comitesque in proelia poscat.
Nec non et geminas regnator Scyrius alnos

Porgi a me per un poco amico orecchio,
E il mio schietto parlar con pace ascolta.
Peleo vuol che suocero tu sii
A me suo figlio, il vuol Tetide ancora,
Ch' ebbe da te sì grazioso albergo.
L' uno e l' altra d' origine celeste
Vanta le deità del proprio sangue.
Una da tanto numero di figlie
Ti chiedon essi. Vuoi tu darla? o troppo
Di umil natale, o forse tralignati
Dal primiero splendor noi ti sembriamo?
Veggo ben che il consenti: orsù la mano
Mi porgi, e meco stringi il sacro nodo.
Poichè figlio ti sono, a me concedi
Generoso perdono. Deidamia
Mi tolsi già con amoroso furto.
E come non dovea tra queste braccia
Ceder donzella fral? qual donna mai
Da me sorpresa, alle lusinghe, ai baci
Resistere potrebbe, ai caldi amori?
E se dell' error mio vuoi tor vendetta,
Ecco l' armi depongo, ed ai Pelasgi
Le rendo, e in tuo poter qui mi rimango.
Ma perchè d' ira fremi, e i lumi offuschi?
Suocero già tu sei; e ciò dicendo
Il pargoletto fa recargli ai piedi,
E poi soggiunge; anzi, avo, ecco il nipote.
Dunque di tua vendicatrice spada
Un sol colpo non basta, che più d' uno
I colpevoli siamo. » Allora i Greci
Supplichevoli anch' essi aggiungon preghi
Per quanto v' ha di sacro, e per la fede
Ospitale, e coi vezzi il placa Ulisse.
Il re se ben molto agitato sia
Della figlia in udir la grave offesa,
E per ciò che già Tetide gl' impose,
Recando a suo rossor che discoperto
Venga il ricco deposito di lei;
Pur non ardisce opporsi a tanti fati,
O de' Greci la guerra differire;
Ma poi, se bene ei lo volesse ancora,
La stessa madre sua in quel cimento
Achille non avrebbe rispettato.
Per non mostrare al fin che a sdegno avesse
Per genero un tal uom, si dà per vinto.
Dalle tenebre allor, dove nascosa
Deidamia piangea, mesta compare,
Nè del perdono ancor si persuade,
Vinta dal suo timore, e placar tenta
Il padre, e del suo Achille si fa scudo.
Poi si spedisce nell' Emonia terra
Chi a Peleo, di sì strani avvenimenti
L' avviso rechi, e la navale squadra
Gli chieda, e truppe da spedire in guerra.
Il re di Sciro anch' esso due navigli
Al genero prepara, e con li Greci

Deducit genero, viresque excusat Achivis.

Tunc epulis consumpta dies, tandemque receptum

Foedus, et intrepidos nox conscia jungit amantes.

Illius ante oculos nova bella, et Xantus, et Ide,

Argolicaeque rates: atque haec jam cogitat undas,

Auroramque timet: cara cervice mariti

Fusa novi, lacrymas jam solvit, et occupat artus.

« Aspiciamne iterum, meque hoc in pectore ponam,

Aeacide? rursusque tuos dignabere partus?

An tumidus Teucrosque lares, et capta reportans

Pergama, virgineae nolis meminisse latebrae?

Quid precer, heu, timeamve prius? quidve anxia mandem,

Cui vix flere vacat? modo te nox una deditque,

Inviditque mihi. Thalamis haec tempora nostris?

Hicne est liber Hymen? o dulcia furta, dolique,

O timor! eripitur miserae promissus Achilles.

I, neque enim tantos ausim revocare paratus,

I, cautus, nec vana Thetin timuisse memento.

I felix, nosterque redi: nimis improba posco.

Jam te spectabunt lacrymis planctuque decorae

Troades, optabuntque tuis dare colla lacertis,

Et patriam pensare toris: aut ipsa placebit

Tyndaris, incesta nimium laudata rapina.

Ast ego vel primae puerilis fabula culpae

Narrabor famulis, aut dissimulata latebo.

Quin age, duc comitem: cur non ego Martia tecum

Signa feram? tu pensa manu, Baccheaque mecum

Sacra, quod infelix non credet Troja, tulisti.

Attamen hunc, quem moesta mihi solatia linquis,

Hunc saltem sub corde tene: et concede precanti

Hoc solum, pariat ne quid tibi barbara conjux,

Delle deboli sue forze si scusa.
Nei banchetti alla fin tutto quel giorno
Allegramente si consuma, e furo
Tra gli augurii le nozze celebrate.
Quindi la notte coi segreti suoi.
Congiunse insieme i due felici amanti;
Ma sempre son di lui dinanzi agli occhi
E la guerra di Troja, e il Xanto, e l'Ida
Coll'argoliche navi: ella non pensa
Che allo spazioso mare, al gran viaggio,
E teme che spuntar debba l'aurora.
Al collo stretta del novello sposo
In lagrime si scioglie, e al sen lo stringe.
« Sarà che ti rivegga un'altra volta,
E che posar mi possa in questo petto
Achille mio? di nuovi amplessi ancora
Mi farai degna? o pur gonfio e superbo,
Allor che de' Trojani avrai le case
Saccheggiate, e verrai con gran trionfo,
D'esser qui stato tra le donne ascoso
Più rammentarti non vorrai? che debbo
O pria pregare, o pria temer? che mai
Raccomandar ti posso in questo affanno,
Che mi lascia il poter piangere appena?
Ecco dato e rapito a me tu sei
Da questa notte sola. E tanto dunque
È il tempo che al giacer nostro è concesso?
Questa è la libertà dell'Imeneo?
O dolci furti, o inganni, o rio timore!
Promesso appena mi vien tolto Achille.
Ma va, ch'io mai turbar tanto apparecchio
Non ardirei; va pur, ma vanne cauto,
E ricordati ancor che non in vano
Di Tetide il timor sarà poi stato.
Vanne felice sì, ma mio ritorna:
Cosa grave per te so che domando.
Con lagrime e sospir ti mireranno
Le vezzose Trojane, e averti in braccio
Sarà loro desío per compensare
Del tuo amor col piacer l'acerba doglia
Della patria disfatta. Elena stessa
Chi sa che non ti piaccia: Elena, quella
Solo dall'error suo fatta famosa.
Io della giovenil primiera colpa
Favola diverrò tra li tuoi servi,
O disprezzata rimarrommi ascosa.
Piuttosto per compagna mi conduci.
E perchè non potrò con te portare
Guerriere insegne? poichè tu portasti
Meco la rocca, e i vasi a Bacco sacri,
Nè Troja l'infelice il potrà credere.
Ma questo almen, questo sì caro pegno,
Che a misero sollievo qui mi lasci,
Fa che ti resti a cuore. A me concedi
Per grazia questo sol, di cui ti prego:
Padre non divenir con moglie barbara,

Ne qua det indignos Thetidi captiva nepotes. »

Talia dicentem non ipse immotus Achilles
Solatur, juratque fidem, jurataque fletu
Spondet, et ingentes famulas, captumque reversus
Ilion, et Phrygiae promittit munera gazae.
Irrita ventosae rapiebant verba procellae.

Exuit implicitum tenebris humentibus orbem
Oceano prolata dies, genitorque coruscae
Lucis, adhuc hebetem vicina nocte, levabat,
Et nondum excusso rorantem lampada ponto.
Et jam punicea nodatum pectora palla,
Insignemque ipsis, quae prima invaserat, armis
Aeaciden (quippe aura vocat, cognataque suadent
Aequora) prospectant cuncti, juvenemque, ducemque
Nil ausi meminisse, pavent: sic omnia visu
Mutatus rediit, ceu nunquam Scyria passus
Litora, Peliaco raptus descendat ab antro.

Tunc ex more deis (ita namque monebat Ulysses),
Aequoreis, Austrisque litat, fluctuque sub ipso
Coeruleum regem tauro veneratur, avumque
Nerea; vittata genitrix placata juvenca est.
Hic spumante salo jaciens tumida exta profatur:
« Paruimus, genitrix, quamquam haud toleranda jubebas,
Paruimus nimium: bella ad Trojana, ratesque
Argolicas quaesitus eo. » Sic orsus, et alno
Insiluit, penitusque Noto stridente propinquis
Abripitur terris: jamque ardua crescere nubes
Incipit, et Scyros longe decrescere ponto.

Turre procul summa, lacrymis comitata sororum,
Confessumque tenens, et habentem nomina Pyrrhum,
Pendebat conjux, oculisque in carbasa fixis
Ibat, et ipsa fretum et puppem jam sola videbat.

Nè Tetide riceva da una schiava
Altri men convenevoli nipoti. »

Mentre parla così, commosso Achille
Consolando la va, le giura fede,
Col pianto i giuramenti poi conferma.
E tornato che sia, nobili serve,
Ilio disfatta, e della Frigia in dono
Tutte l'ampie ricchezze le promette.
Ma troppo vane le di lui parole
Dissipavano i venti e le procelle.

Uscito fuor del mare il nuovo giorno,
Fra l'umid' ombre il basso mondo involto
Scoprendo giva, e della luce il padre
Dall' onde salse non riscosse pria
La face rugiadosa, e pigra ancora
Per la notte vicina in alto alzava;
E già dell' africana sopravvesta,
Che sul petto annodata indietro pende
Pomposo Achille, e di quell'armi stesse,
Che le prime poc' anzi avea vestite,
(Or che lo chiama il vento, e la partenza
Il suo congiunto mar già persuade)
Giovine, e capitan rimiran tutti;
Nè v'è chi rammentar cosa veruna
Delle passate ardisca, e già si teme:
Così tornò tutto cangiato in volto,
Come se mai stato non fosse a Sciro,
E come se dall' antro di Chirone
E dal Pelio rapito or or ne vegna.
Ai Dei poscia del mar, secondo l'uso,
E agli Austri (che così ricorda Ulisse)
Fa sacrifizio, e presso l'onde stesse
Al ceruleo signore, all' avo Nereo
Un bel toro offerisce, e placa insieme
Con bendata giovenca la sua madre.
Indi gettate agli spumosi flutti
Le gonfie interiora, così prega:
« Ubbidito ti abbiam, madre, quantunque
Cosa non tolerabile volevi:
Ubbidito ti abbiam, madre, pur troppo;
Ma ricercato infin d'Argo alle navi,
E alla guerra di Troja or or ne vado. »
Così Achille incomincia, e su la nave
Subitamente sale: poichè il vento
A più poter gagliardo in aria stride,
Dalla vicina terra è slontanato.
Densa nube di già cresce dintorno,
Sciro dall' alto mar s' impicciolisce.

La moglie intanto della torre in cima
Dal pianto delle suore accompagnata
Col pargoletto in braccio, che poc' anzi
Manifestò, ed ha di Pirro il nome,
Pendente da lontan stava col guardo,
E fissi gli occhi alle gonfiate vele
Corre per l'onde anch' essa, e l'accompagna,
E già la nave e il mar sola discerne.

Ille quoque obliquos dilecta ad moenia vultus
Declinat, viduamque domum, gemitusque relictae
Cogitat: occultus sub corde renascitur ardor,
Datque locum virtus: sensit Laërtius heros
Moerentem, et placidis aggressus flectere dictis:
« Tene, inquit, magnae vastator debite Trojae,
Quem Danaum classes, quem divûm oracula poscunt,
Erectumque manet reserato limine bellum,
Callida foemineo genitrix velavit amictu?
Commisitque ullis tam grandia furta latebris?
Speravitque fidem? nimis o suspensa, nimisque
Mater! an haec virtus tacita torperet in umbra,
Quae, vix audito litui clangore, refugit
Et Thetin, et comites, et quos suppresserat ignes?
Nec nostrum est, quod in arma venis, sequerisque precantes;
Venisses ultro. » Quem talibus occupat heros
Aeacides: » Longum est resides exponere caussas,
Maternumque nefas: hoc excusabitur ense
Scyros, et indecores, fatorum crimina, cultus.
Tu potius, dum lene fretum, Zephyrisque feruntur
Carbasa, quae Danais tanti primordia belli,
Ede: libet justas hinc sumere protinus iras. »
Hic Ithacus paulum repetito longius orsu:
« Fertur in Hectorea, si talia credimus, ora
Electus formae certamina solvere pastor
Sollicitas tenuisse deas, nec torva Minervae
Ora, nec aetherei sociam rectoris, amico
Lumine, sed solam nimium vidisse Dionen.
Atque adeo his ista tuis exorta sub antris
Concilio Superûm, dum Pelea dulce maritat
Pelion, et nostris jam tunc promitteris armis.

Rivoglie Achille ancor gli obbliqui lumi
Alle dilette mura, e fra sè stesso,
E la vedova casa, e il pianto amaro
Di lei, che si riman, va ripensando,
E rinasce nel cuor occulto amore,
Cui la stessa virtù forza è che ceda.
Ma ben conosce di Laerte il figlio
Di lui l'affanno, e frastornarlo tenta
Con queste lusinghevoli parole:
« Adunque te, che sei meritamente
Della superba Troja il distruttore,
Quello che voglion sol le greche squadre,
Che destinan gli oracoli divini,
E su le porte spalancate attende
Per suo forte campion la guerra desta,
Vestir di femminil debole ammanto
Quella tua scaltra madre avrà potuto?
Ed un sì raro pegno entro le tenebre
Tener furtivamente seppellito?
E ne sperò il segreto? Ahi timorosa
Madre, pur troppo timorosa, e come
Ozioso restar potea tra l'ombre
Tanto valor, che il suono udito appena
Della tromba, la madre, le donzelle,
Ed i celati amor pose in non cale?
Opra nostra non è, se prendi l'armi,
E noi, che ti preghiam, seguiti al campo;
Di tuo voler saresti pur venuto. »
Ripiglia allor con tai parole Achille:
« Dell'ozio annoverare le cagioni
Lungo sarebbe, ed il materno errore.
Sciro, e quelle cangiate indegne vesti,
Che violenta fur colpa de' Fati,
Emendate saran da questa spada.
Ma tu, mentre così tranquillo è il mare,
E de' zefiri s'empiono le vele,
Dimmi quale occasione ebbero i Greci,
Quale il principio sia di tanta guerra,
Poichè sin da colà sentir mi giova
L'impeto primo di sì giusto sdegno. »
Ulisse ripigliando alquanto indietro,
L'istoria a raccontar così comincia:
« È fama, che colà, nel regno d'Ettore,
Se prestarle però dobbiamo fede,
A sciorre di bellezza la contesa
Fosse eletto un pastor, che le tre Dive
Colla speranza tenne in lunga pena,
Nè pregiò di Minerva il torvo aspetto,
O colei riguardò con occhio amico,
Ch'è del re dell'Olimpo e suora e moglie,
Ma di Venere sola si compiacque:
Perciò negli antri tuoi la gran tenzone
Agitossi al consiglio degli Dei,
Allorchè il Pelio in amorosi lacci
Il padre tuo tenea fatto marito,
E all'armi nostre n'eri tu promesso.

Ira quatit victas: petit exitialia judex
Praemia: raptori faciles monstrantur Amyclae.
Ille Phrygas lucos, matris penetralia caedit
Turrigerae, vetitasque solo procumbere pinus
Praecipitat, terrasque freto delatus Achaeas
Hospitis Atridae, (pudet heu, miseretque potentis
Europae!) spoliat thalamos, Helenaque superbus
Navigat, et captos ad Pergama devehit Argos.
Inde dato passim varias rumore per urbes,
Undique inexciti sibi quisque, et sponte coimus
Ultores: quis enim genialia foedera rumpi
Capta dolis, facilique trahi connubia raptu,
Ceu pecus, armentumve, aut viles messis acervos
Perferat? haec etiam fortes jactura moveret.
Non tulit insidias divûm imperiosus Agenor,
Mugitusque sacros, et magno numine vectam
Quaesiit Europen, aspernatusque Tonantem est
Ut generum. Raptam et Scytico de litore prolem
Non tulit Aeetes, ferroque et classe secutus
Semideos reges, et ituram in sidera puppim.
Nos Phryga semivirum portus et litora circum
Argolica incesta volitantem puppe feremus?
Usque adeo nusquam arma et equi, fretaque invia
Quid si nunc aliquis patriis rapturus ab oris Graiis?
Deidamian eat, patriaque a sede revellat
Attonitam, et magni clamantem nomen Achillis?»
Illius ad capulum rediit manus, et simul ingens
Impulit ora robor: tacuit contentus Ulysses.

Excipit Oenides: « Quin, o dignissima coeli
Progenies, ritusque tuos, elementaque primae
Indolis, et valida mox accedente juventa,
Quae solitus laudum tibi semina pandere Chiron,
Virtutisque aditus, quas membra augere per artes,
Quas animum, sociis, multumque faventibus ede.

Quelle, che vinte fur, move lo sdegno:
Il giudice richiede il fatal premio,
E mostrato gli vien dove in Amicle
Facilmente seguir possa il bel furto.
Ei di Frigia li boschi, sacrosanti
Ritiri della gran madre turrita,
E dalla scure non offesi mai
Al suolo abbatte li sacrati pini.
Naviga poscia verso i lidi Achei,
E dell'ospite Atride (ahi che rossore,
E compassion mi fa la nostra Europa!)
Il letto spoglia, e d'Elena rapita
Superbo indietro torna, ed Argo presa
Con pompa trionfal conduce a Troja.
Or per varie città sparsa la fama,
Senza ch'altri ci desti a prender l'armi,
D'ogni parte ciascuno a far vendetta
Dell'onor suo, ci collegammo insieme
Di spontaneo voler: mentre chi mai
Così rotta veder potria la fede
Dei patti maritali con inganno,
E la sposa rapirsi facilmente
Così come un agnella, ed un giumento,
O come un sacco vil di poche biade?
Perdita tal dorrebbe anche ai più forti.
Agenore soffrir nè pur dei Numi
Potè l'insidie, nè il muggito sacro
Europa ricercò da un Dio rapita,
E genero sprezzò lo stesso Giove.
Aete ancor della sua figlia il ratto
Dagli Scitici lidi non sofferse;
Ma prese l'armi con potente squadra
Quei re seguì, che furo semidei,
E la nave che in ciel dovea salire.
Un mezzuomo di Frigia intorno ai porti,
E ai lidi d'Argo colla nave adultera
Impunemente noi girar vedremo?
E che? forse giammai l'armi, e i cavalli,
E il vasto mar noti non furo ai Greci?
Che se taluno dai paterni lidi
A rapir Deidamia ora n'andasse,
E a forza sbigottita si togliesse
Dalla casa del padre lei chiamando
In vano il nome del suo grande Achille?
Alla spada costui la mano stende,
E di un vivo rossor la faccia tinge.»
Contento allor qui fece fine Ulisse.
Ripiglia Diomede: « Anzi, o progenie
Degnissima del ciel, dicci quai furo
Gli studii nella tua tenera etade
E dell'indole prima i primi saggi:
E quai venendo poi gli anni più fermi
Semi di lode a te spargea Chirone,
E quali del valor mostrò le vie,
O l'arti, che ad accrescere son atte
Delle membra, e dall'animo le forze,

Sit pretium longas penitus quaesisse per undas
Scyron, et his armis primum intendisse lacertos. »
Quem pigeat sua facta loqui? tamen ille modeste
Inchoat, ambiguus paulum, propiorque coacto:
« Dicor, et in teneris, et adhuc crescentibus annis,
Thessalus ut rigido senior me monte recepit,
Non ullas ex more dapes habuisse, nec almis
Uberibus satiasse famem, sed spissa leonum
Viscera, semianimesque lupae traxisse medullas.
Haec mihi prima Ceres, haec laeti munera Bacchi,
Sic dabat ille pater: mox ire per avia secum
Lustra gradu majore trahens, visisque docebat
Arridere feris, nec fracta ruentibus undis
Saxa, nec ad vastae trepidare silentia silvae.
Jam tunc hasta manu, jam tunc cervice pharetrae,
Et ferri properatus amor, durataque multo
Sole geluque cutis; tenero nec flexa cubili
Membra, sed ingenti saxum commune magistro.
Vix mihi bissenos annorum torserat orbes
